This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600089940-

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBRI XXXVII.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS CRITICIS INDICIBUSQUE

INSTRUXIT

IULIUS SILLIG.

VOLUMEN III.

BIBLIOTHECA NAZIONALE

HAMBURGI ET GOTHAE,

SUMPTIBUS FRIDERICI ET ANDREAE PERTHES.

MDCCCLIII.

294. e. 17.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIA.

VOLUMEN III.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XVI.

SECT. 1. Pomiferae arbores quaeque mitioribus sucis vo- § 1
luptatem primae cibis attulerunt et necessario alimento delicias miscere docuerunt, sive illae ultro sive ab homine didicere blandos sapores adoptione et connubio idque munus etiam feris volucribusque dididimus, intra praedictas constant. Proxumum erat narrare glandiferas quoque, primo victu mortalium alvorum nutrices inopis ac ferae sortis, ni praeverti cogeret admiratio usu conperta, quaenam qualisque esset vita sine arbore ulla, sine frutice viventium.

CAP. I. Diximus et in oriente quidem iuxta oceanum con- 2
pluris ea in necessitate gentis; sunt vero et in septentrione visae nobis Chaucorum qui maiores minoresque appellantur. Vasto ibi meatu bis dierum noctiumque singularum intervallis effusus in inmensum agitur oceanus, operiens aeternam rerum naturae controversiam dubiamque terrae situm an

Ad hunc librum toti sunt excussi a d; de D v. ad initium libri XIV.

§ 1. *miscere*, T θ a d r. *immiscere*, β. — *ille*, a. — *sive*, om. a. — *blando saporis*, a. — *conubio*, a. — *minus*, d. — *volucribus*, d. — *dididimus*, ita nos scripsimus. *didicimus*, θ a r. *dedimus*, d β γ. V. Horat. sat. II. 2, 67. — *constat*, a d. — *quoque*, a d r. *quoque quae*, β γ. — *primo*, r. *primae*, T θ a d γ. Cui si lectioni aliquid tribuendum, *primo e* legendum est; vid. Hand. Tursell. 2, 637. no. 41. — *victu*, r. *victum*, a d β γ. — *alvorum*, a r. *aluerunt*, d β γ.

§ 2. *Diximus* 13, 139. — *vero et*, θ T a. *vero*, d β γ. — *Caucorum*, θ a. — *qui*, a. *que*, T d. — *appellentur*, d. — *bis*, a. *prope*, T d. *perpetuis bis*, r. — *operiens aeternam*, a d. *aet. oper.*, β γ. — *dubiamque*, T d. *dubiamve*, r. *dubiumque*, a β γ. — *situm an*, ita nos scripsimus. *sitam*, d. *sit an*, T a β γ. *Situs* pro *regio* proprie est Plinianum; v. 2, 168. 4, 102. 5, 62. 6, 44. 12, 85. 108.

partem maris. Illic misera gens tumulos optinet altos aut tri- 3
bunalia exstructa manibus ad experimenta altissimi aestus, casis ita inpositis, navigantibus similes cum integant aquae circumdata, naufragis vero cum recesserint, fugientisque cum mari piscis circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali ut finitimis, ne cum feris quidem dimicare contingit, omni procul abacto frutice. Ulva et palustri 4
iunco funis nectunt ad praetexenda piscibus retia captumque manibus lutum ventis magis quam sole siccantes terra cibos et rigentia septentrione viscera sua urunt; potus non nisi ex imbre servato scrobibus in vestibulo domus. Et hae gentes, si vincantur hodie a populo Romano, servire se dicunt! Ita est profecto: multis fortuna parcior in poenam.

2. Aliud e silvis miraculum: totam reliquam Germaniam 5
replent adduntque frigori umbras, altissimae tamen haud procul supra dictis Chaucis circa duos praecipue lacus. Litora ipsa optinent quercus maxuma aviditate nascendi, subfossaeque fluctibus aut propulsae flatibus vastas conplexu radicum silvas secum auferunt atque ita libratae stantes navigant ingentium ramorum armamentis, saepe territis classibus nostris, cum velut industria fluctibus agerentur in proras stantium noctu inopesque remedi illi proelium navale adversus arbores inirent.

II. In eadem septentrionali plaga Hercyniae silvae robo- 6
rum vastitas intacta aevis et congenita mundo prope inmortali sorte miracula excedit. Ut alia omittantur fide caritura, constat attolli collis occursantium inter se radicum repercussu aut, ubi secuta tellus non sit, arcus ad ramos usque et ipsos

partem, T a d. *pars*, r. *parte in*, β. *partus*, γ operarum, ut videtur, vitio.

§ 3. *obtinet*, D². *optinent*, a. *obtinent*, D¹ d. — *ut*, Pint. — *exstructa*, a. *structa*, d $\beta\gamma$. — *ita*, om. r. — *circumdata*, a d (codd. Gelen.) *circumdantes*, K. *circumdatae*, Dalec. Ipsam vocem om. Pint. — *naufragiis*, a. — *his*, a (codd. Gel.) *hos*, T d.

§ 4. *capiuntve*, Pint. — *lotum*, Sabell. — *cibo sed rigentia*, d. *cibo sed rigantia*, a. *ciboque sed rigentia* vel *sibi os et rigentia*, codd. Barbari. — *suburunt*, Pint. — *potus*, T d r. *potius*, a. *potus iis*, codd. Gelen. β. — *hae gentes*, d (codd. Gelen.) *accente*, a. *hae terrae*, r. — *parcior*, a. *pactior*, r. *parcit*, d $\beta\gamma$. *pacatior*, Dalec. — *poenam*, d. *poena*, a r.

§ 5. *replent*, d (codd. Barbari). *reperiunt*, θ. *referunt*, a r. *replerunt*, Dalec. Vulgatam scripturam ferri non posse docent et ceterae codicum lectiones, et quod hae silvae non propter ambitum suum, sed propter altitudinem arborum (v. statim infra) celebrantur; hinc scribendum puto *eçferunt* i. e. in altitudinem

inter se rixantis curvari portarum patentium modo, ut turmas equitum transmittant, III. glandiferi maxume generis omnes quibus honos apud Romanos perpetuus.

IV. 3. Hinc civicae coronae, militum virtutis insigne cla- 7
rissimum, iam pridem vero et clementiae inperatorum, postquam civilium bellorum profano meritum coepit videri civem non occidere. Cedunt his murales vallaresque et aureae quamquam pretio antecedentes, cedunt et rostratae quamvis in duobus maxume ad hoc aevi celebres, M. Varrone e piraticis bellis, dante Magno Pompeio, itemque M. Agrippa, tribuente Caesare e Siculis quae et ipsa piratica fuere. Antea 8
rostra navium tribunali praefixa fori decus erant, veluti populo Romano ipsi corona inposita; postquam vero tribuniciis seditionibus calcari ac pollui coepere, postquam vires ex publico in privatum agi singulisque civium quaeri et sacrosancti omnia profana facere, tum a pedibus eorum subiere in capita civium rostra. Dedit hanc Augustus coronam Agrippae, sed civicam a genere humano accepit ipse.

4. Antiquitus quidem nulla nisi deo dabatur; ob id Ho- 9
merus caelo tantum eam et proelio universo tribuit, viritim vero ne in certamine quidem ulli, feruntque primum omnium Liberum patrem inposuisse capiti suo ex hedera. Postea deorum honori sacrificantes sumpsere, victimis simul coronatis. Novissime et in sacris certaminibus usurpatae, in qui- 10
bus hodieque non victori datur sed patriam ab eo coronari pronuntiatur. Inde natum ut et triumphaturis conferrentur in templis dicandae, mox ut et ludis darentur. Longum est

erigunt, altiorem reddunt, uti apud Lucanum 3, 397. *collibus Appenninus Italiam erigit.* — *altissime*, a. — *Chausis*, a. — *maxima*, a d. *maxime*, θ T. — *complexa*, a. — *silvas*, a. *insulas*, d βγ. — *librata*, a. — *prora*, d. *prospera*, θ a. — *illi*, a. *illae*, d βγ.

§ 6. *Hircaniae*, a. — *aevis*, a. *in aevis*, T d. Omitt. K r.

§ 7. *profano*, a. *profanum*, T d (Ambr. II.) *profanatio*, r (Ambr. I.) *profanatione*, K.

§ 8. *Ante*, d. — *foro*, Ambr. I. — *p. R.*, a. *publice R.*, T d. *rei p.*, Ambr. II. — *ipsa*, Ambr. II. — *coeperunt*, d. — *privatum agi*, θ. *privatu magis*, a d. *privatum magis*, β. — *et*, θ T a. Omitt. d βγ. — *sacrosancti*, θ a d (codd. Turn. adv. 4, 16.) *sacrosancta*, T βγ. — *facere*, T a d r. *fecere*, β. — *deorum*, Heins. adv. p. 124. „*Capitolio enim subiectum forum et in eo rostra.*" — *subire*, a.

§ 9. *caelo*, Homer. Il. σ, 485. — *eā*, D. *ea*, a d. *eas*, βγ. — *proelio*, idem l. l. v. 736. — *eorum*, a.

§ 10. *dant*, r. — *et triumphaturis*, a d. *etiam triumph.*, β.

nec instituti operis disserere, quis quamque Romanorum primus acceperit; neque enim alias noverant quam bellicas. Quod certum est, uni gentium huic plura sunt genera quam cunctis.

5. Romulus frondea coronavit Hostum Hostilium, quod 11
Fidenam primus inrupisset; avos hic Tulli Hostili regis fuit. P. Decium patrem tribunum militum frondea donavit exercitus ab eo servatus inperatore Cornelio Cosso consule Samnitium bello. Civica iligna primo fuit, postea magis placuit ex aesculo Iovi sacra; variatumque et cum quercu est ac data ubique quae fuerat, custodito tantum honore glandis. Addi- 12
tae leges artae et ideo superbae quasque conferre libeat cum illa Graecorum summa quae sub ipso Iove datur cuique muros patria gaudens rumpit: civem servare, hostem occidere, utque eum locum in quo sit actum hostis optineat eo die, ut servatus fateatur, — alias testes nihil prosunt, — ut civis fuerit. Auxilia quamvis rege servato decus non dant, nec 13
crescit honos idem inperatore conservato, quoniam conditores in quocumque civem summum esse voluere. Accepta licet uti perpetuo. Ludis ineunti semper adsurgi etiam ab senatu in more est; sedendi ius in proxumo senatui. Vacatio munerum omnium ipsi patrique et avo paterno. Quattuordecim 14
eas accepit Siccius Dentatus, ut retulimus suo loco, sex. Capitolinus, is quidem et de duce Servilio; Africanus de

instituti operis, d (codd. Gel.) *instituti oneris*, θ. *institutio operis*, a. *ex institutione*, K. — *quis quamque*, T a d. *quisnam*, βγ.

§ 11. *coronavit frondea*, d. — *hoc*, d. — *Tullit*, a. — *regis*, a d. Om. β. — *iligno*, a. *in ligno*, d. — *aesculo*, a. *esculo*, d βγ. — *levi sacrae*, r. *Iovis ara*, a d. — *vastatumque*, a.

§ 12. *ipso Iove*, a (codd. Gel.) *Iove ipso*, d. — *cuique*, a (codd. Gel.) *quique*, d. — *patria*, a (codd. Gel.) *patriam*, d. — *civem*; pro h. v. dant *quem* a d. — *obtineret*, K. Ceterum in h. l. corruptela inest; offendit enim nomen *hostis* bis deinceps et tam exiguo intervallo diverso sensu usurpatum, cum priore loco de singulari illo hoste occiso dicatur, posteriore de toto exercitu hostili. Huc accedit Gellius, qui 5, 6. e Masurio Sabino refert illum modo civem corona civica ornari potuisse, *qui hostem occiderat neque locum in ea pugna reliquerat. Tiberium tamen Caesarem consultum, an civicam coronam capere posset qui civem in proelio servasset et hostes ibidem duos interfecisset, sed locum, in quo pugnabat, non retinuisset eoque loco hostes potiti essent, rescripsisse dicit, eum quoque civica dignum videri, quod appareret tam iniquo loco civem ab eo servatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiverit.* Aut igitur secundum nomen *hostis* delendum aut ex Tiberii Caesaris sententia scribendum *utcumque*; fateor tamen mihi priorem opinionem magis probari, primum ob causam antea allatam, tum quia illa sen-

patre accipere noluit apud Trebiam. O mores aeternos qui tanta opera honore solo donaverint et, cum reliquas coronas auro conmendarent, salutem civis in pretio esse noluerint clare professi ne servari quidem hominem fas esse lucri causa!

V. 6. Glandes opes sunt nunc quoque multarum gentium; 15 etiam pace gaudentium constant; nec non et inopia frugum arefactis molitur farina spissaturque in panis usum. Quin et hodieque per Hispanias secundis mensis glans inseritur. Dulcior eadem in cinere tosta. Cautum est praeterea lege XII tabularum ut glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere. Genera earum multa; distant fructu, situ, 16 sexu, sapore; namque alia fageae glandi figura, alia quernae et alia ilignae, atque inter se quoque generum singulorum differentiae. Praeterea sunt aliquae silvestres, aliae placidiores, quae culta optinent. Iam in montuosis planisque distant, sicut et sexu mares ac feminae, item sapore. Dulcissima omnium fagi, ut qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradat Cornelius Alexander. Genera distin- 17 guere non datur nominibus quae sunt alia alibi, quippe cum robur quercumque volgo nasci videamus, aesculum non ubique, quattam vero generis eiusdem quae cerrus vocatur ne Italiae quidem maiore ex parte notam esse. Distinguimus ergo proprietate naturaque et ubi res coget etiam Graecis nominibus.

tentia Tiberii non communis fuisse videtur populi Romani. Ipsa vero scriptura vulgata per se spectata inepti aliquid habet. — *ut*, θ a d. *utque*, β. — *nihil*, a d. *nil*, $\beta\gamma$. — *cives*, a d. — *fuerint*, d.

§ 13. *decus*, a d. *decus id*, $\beta\gamma$. — *civem*, θ T a r. *cive*, d $\beta\gamma$. — *Ludis*, K d. *Ludi*, a. *Ludos*, codd. Barbari, $\beta\gamma$. — *ineunti*, codd. Barbari. *sine ventis*, a. *innovanti*, d. — *Vocatio*, a.

§ 14. *Sicinius*, Barbar. r. — *retulimus* 7, 101. — *Treviam*, a. — *donaverunt*, T r. — *civis*, r. *quis*, a d. — *in*, a d. *iis in*, r. — *clare*, θ T a d (codd. Turn. adv. 4, 16.) *clara*, β. — *professi ne*, θ T (codd. Turn.) *professione*, a d β. — *fas*, θ T a d (codd. Turn.) *nefas*, β.

§ 15. *Grandes*, a d. — *sunt*, a. *esse*, $\beta\gamma$. Om. d. — *nunc quoque*, d. *quoque*, a. Om. r. — *constant*, a d. *constat*, $\beta\gamma$. — *Glans et nunc in inopia frugum arefacta molitur in farinam*, Dalec. — *hodie*, Dalec. — *infertur*, anonymus ap. Osann. in Schneidewin. philol. VII. p. 397., qui commendat.

§ 16. *distant*, v. Theophr. hist. plant. III. 8, 1. — *in alia*, a. — *quernae* omisso *alia*, a d. — *ilignea*e, a. — *optinet*, a d. — *Iam*, a d. *Iam etiam*, $\beta\gamma$. — *montuosis*, θ a d. *montosis*, β.

§ 17. *generis*, a² d. *generationem*, a¹. — *eurrus*, d. — *nota*, a d. — *Distinguimus*, a d. *Distinguemus*, $\beta\gamma$. — *cogit*, d. — *nominibus*, a d (codd. Gel.) *nominibus utendum*, r. *nom. utendo*, Dalec.

VI. 7. Fagi glans nucleis similis triangula cute includi- 18
tur. Folium tenue atque e levissimis, populo simile, celerrime flavescens et media parte plerumque gignens superne parvolam bacam viridem cacumine aculeatam. Fagum muribus gratissimam esse, et ideo animalis eius una proventus; gliris quoque saginat, expedit et turdis. Arborum fertilitas omnium fere alternat, sed maxume fagi.

8. Glandem quae proprie intellegitur ferunt robur, quer- 19
cus, aesculus, cerrus, ilex, suber; continent hispido calyce per genera plus minusve conplectente. Folia praeter ilicem gravia, carnosa, procera, sinuosa lateribus nec cum cadunt flavescentia ut fagi; pro differentia generum breviora vel longiora. Ilicis duo genera; ex his in Italia folio non ut multum ab oleis distant milaces a quibusdam Graecis dictae, in provinciis aquifoliae sunt. Ilicis glans utriusque brevior et gracilior, quam Homerus acylon appellat eoque nomine a glande distinguit; masculas ilices negant ferre.
Glans optuma in quercu atque grandissima, mox aesculo; 20
nam roboris parva, cerro tristis, horrida, echinato calyce ceu castaneae; sed et in querna, alia dulcior molliorque feminae, mari spissior; maxume autem probantur latifoliae ex argumento dictae. Distant inter se magnitudine et cutis tenuitate, item quod aliis subest tunica robigine scabra, aliis protinus candidum corpus. Probatur et ea cuius in balano utrimque 21
ex longitudine extrema lapidescit duritia, melior cui in cor-

§ 18. *atque e levissimis*, θTad. *ac levissimum*, β. — *Fagum*, ad. *Fagi glans*, βγ. — *gratissimam. Est*, a. *gratissimum esse*, d. Ex his lectionibus inter se collatis reposui veram scripturam. *gratissima est*, βγ. — *expedit*, ar. *expetitur*, dβγ. — *alternat*, d. *alterna t*, a, postea a manu recentiore in spatio vacuo littera *s* inserta.

§ 19. *continent*, ad. *continentur*, β. *continetur*, γ. — *minusve*, D^2Td. *minus ite*, D^1. *minus item*, a. *minus cutem*, codd. Gel. βγ. — *grandia*, Dalec. — *proceras*, *insuosa*, a. — *cum*, θad. *dum*, β. — *breviora vel longiora*, a. *breviora longiorave*, T. *breviorave longiorave*, d. — *his*, a. *iis*, dβγ. — *non ut*, ad. *non*, βγ. His iam verbis verba *in provinc. aquif. sunt* ut apodosis respondent; de omissa particula *ita* v. ad 33, 18. — *milaces*, ad. *smilaces*, βγ. V. Theophr. hist. plant. III. 16, 2. — *aquifoliae sunt*, θTad (codd. ap. Salmas. exerc. p. 192. a. G., qui nonnulla mutat). *sunt aquifoliae*, γ. *aquifoliae*, β. — *brevior et*, d. *breviore*, a, ultima littera *e* erasa. — *Homerus* Odyss. *x*, 242. — *aculon*, ad.

§ 20. *Glans optima*, Theophr. hist. plant. III. 8, 2. — *robori*, d. — *horrida cinato*, a. *horride cynato*, d. — *seu*, d. — *mari*, Tadr. *maris*, β. — *Distant*, adr. *Distant autem*, β. — *est sub*, a^1.

tice quam cui in corpore; utrumque non nisi mari. Praeterea aliis ovata, aliis rotunda, aliis acutior figura, sicut et colos nigrior candidiorve qui praefertur. Amaritudo in extremitatibus, mediae dulces. Quin et pediculi brevitas proceritasque differentiam habet. In ipsis vero arboribus quae 22
maxumam fert hemeris vocatur, brevior et in orbem comosa alasque ramorum crebro cavata. Fortius lignum quercus habet et incorruptius, ramosa et ipsa, procerior tamen et crassior caudice, excelsissima autem aegilops incultis amica. Ab 23
hac proxuma latifoliae proceritas, sed minus utilis aedificiis atque carboni; dolata vitiis obnoxia est, quamobrem solida utuntur; carbo in aerariorum tantum officinis conpendio, quoniam desinente flatu protinus emoriens saepius recoquitur, ceterum plurumus scintillis; idem e novellis melior. Acervi consertis taleis recentibus luto caminantur; accensa strue contis pungitur durescens calyx atque ita sudorem emittit. Pessuma et carboni et materiae haliphloeos dicta 24
cui crassissimus cortex atque caudex et plerumque cavos fungosusque; nec alia putrescit ex hoc genere, etiam cum vivit. Quin et fulmine saepissime icitur, quamvis altitudine non excellat; ideo ligno eius nec ad sacrificia uti fas habetur. Eidem rara glans et cum tulit amara, quam praeter sues nullum attingit animal ac ne hae quidem, si aliud pabulum habeant. Hoc quoque inter reliqua neglectae religionis est, quod emortuo carbone sacrificatur. Glans fagea suem 25

§ 21. *ea cuius*, d. *acutus*, a. — *duritiam*, a. — *colos*, a. *color*, d β. — *qui praefertur*, d. *quippe fertur*, a.

§ 22. *alisque* — *crebris*, K. — *cavata*; post h. v. Pint. verba § 24. *Eidem raro* — *habeant* inserit. — *lignum fagus habet*, Pint. At v. Schneid. ad Theophr. hist. plant. III. 8, 3. p. 176. — *brevior*, Pint. — *aegilops*, Theophr. l. l. III. 8, 4. *aezops*, a (Rigalt. et Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 236. b. D.) *ezops*, d.

§ 23. *haec*, a. — *carboni; dolata*, Dalec. d. *carboni dotata*, T a. *carbone dotata*, β. V. Theophr. l. l. III. 8, 7. V. 9, 4. Varia coniiciunt Barbar. et Pint. — *carbo in*, Hard. *carboni*, a d β. *carbonis*, K. — *aerariorum*, θ d. *aerariarum*, a. *aerariis*, K. — *flatu emoriens protinus recoquitur*, Salmas. — *ceterum*, a r. *cetero*, d $\beta\gamma$. — *plurimus*, a d. *plurimis*, $\beta\gamma$. — *idem*, a d. *item*, β. — *Acerni*, a. — *consertis*, a d r. *confertis*, $\beta\gamma$. — *accensa*, a d. *accensaque*, $\beta\gamma$. — *calix*, a ubique.

§ 24. *haliphloeos*, Pint. *aliphleos* a. *haliphloeas*, d. *haliphleos*, β. V. Theophr. l. l. III. 8, 5. — *canus*, r. — *saepissime*, om. r. — *iacitur*, a d. — *habetur*, om. d. — *rara*, d. *rare*, θ a r. *raro*, $\beta\gamma$. — *prae*, a. — *attingit*, a. *attingat*, d $\beta\gamma$. — *nebe*, a[1]. — *hae*, θ a d. *eae*, β. — *quod*, a d. *cum*, K.

hilarem facit, carnem cocibilem ac levem et utilem stomacho, iligna suem angustam, nitidam, strigosam, ponderosam, querna diffusa, gravissima et ipsa glandium atque dulcissima. Proxumam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem carnem sed duram; iligna temptari sues, nisi paulatim detur; hanc novissimam cadere; fungosam carnem fieri aesculo, robore, subere.

9. Quae glandem ferunt, omnes et gallam alternisque annis 26
glandem, sed gallam hemeris optumam et coriis perficiendis aptissimam; similem huic latifolia, sed leviorem multoque minus probatam. Fert et nigram, — duo enim genera sunt; — haec tinguendis lanis utilior. VII. Nascitur autem galla sole 27
de geminis exeunte, erumpens noctu semper universa; crescit uno die candidior, et si aestu excepta est, arescit protinus neque ad iustum incrementum pervenit, hoc est, ut nucleum fabae magnitudine habeat. Nigra diutius viret crescitque, ut interdum mali conpleat magnitudinem; optuma Commagena, deterrima ex robore; signum eius, quod cavernae translucent.

10. Robur praeter fructum pluruma et alia gignit; nam- 28
que fert et gallae utrumque genus et quae iam veluti mora, ni distarent arida duritie, plerumque tauri caput imitantia, quibus fructus inest nucleis olivae similis. Nascuntur in eo et pilulae nucibus non absimiles, intus habentes floccos mollis lucernarum luminibus aptos; nam et sine oleo flagrant sicuti galla nigra. Fert et aliam inutilem pilulam cum ca-

§ 25. *cocibilem*, a. *coquibilem*, d $\beta\gamma$. *coctibilem*, r. — *diffusa*, T a. Idem cum rasura post *a* habet d. *diffusam*, β. — *gravissima*, T d. *ac gravissima*, a. *et gravissima*, β. — *atque*, d (codd. Salmas. exerc. p. 236. b. A.) *aeque*, a β. *et ipsarum glandium quae est dulcissima*, Dalec. Uti haec coniectura nihili est, ita est certum ipsum locum, uti iam legitur, perquam esse corruptum, quod et codicum lectiones et verba *et ipsa* docent, quae non habent quo referantur. — *solidiorem*, θ a d r. *sordidiorem*, β.

§ 26. *proficiendis*, a. — *leviorem*, *λειοτέρα*, Theophr. l. l. III. 8, 6. — *lanis*, Sepulveda opp. p. 181. et Pint. Confirmat D². Omitt. D' a d $\beta\gamma$. At v. Theophr. l. l. III. 8, 6.

§ 27. *Nascitur* rel., v. Theophr. l. l. III. 5, 1. 2. — *magnitudine*, d. *magnitudinem*, a. *hoc est cur nonnullae fab. magnitudinem habeant*, Pint. — *Comagena*, β. — *caverna*, a d.

§ 28. *Quercus*, Dalec. V. Theophr. l. l. III. 7, 4. 5. — *quae iam*, a d. *quaedam*, $\beta\gamma$. — *nucleus*, a. — *nucleis*, Pint. et Schneid. ad Theophr. hist. plant. III. 7, 4. — *intus*, cum *absim.* coniungit Schneider. — *pillo*, d. — *melliginis*, a d. *melligeni*, $\beta\gamma$. *mellei*, K.

pillo, verno tamen tempore melliginis suci. Gignunt et alae 29
ramorum eius pilulas, corpore, non pediculo adhaerentis, candicantis umbilicis, cetera nigra varietate dispersa; media cocci colorem habent; apertis amara inanitas est. Aliquando et pumices gignit nec non et e foliis convolutas pilulas et in foliorum venis aquosos nucleos, candicantis ac translucidos quamdiu molles sint, in quibus et culices nascuntur; maturescunt in modum gallae.

VIII. 11. Ferunt robora et cachrym; ita vocatur pilula 30
in medicina urendi vim habens; gignitur et in abiete, larice, picea, tilia, nuce, platano, postquam folia cecidere, hieme durans; continet nucleum pineis similem; is crescit hieme, aperitur vere pilula tota, cadit cum folia coepere crescere. Tam multifera sunt, tot res praeter glandem pariunt robora, 31
sed et boletos suillosque, gulae novissima inritamenta, qui circa radices gignuntur; quercus probatissimum, robur autem et cupressus et pinus noxios. Robora ferunt et viscum et mella, ut auctor est Hesiodus, constatque rores melleos e caelo, ut diximus, cadentis non aliis magis insidere frondibus. Cremati quoque roboris cinerem nitrosum esse certum est.

12. Omnis tamen has eius dotes ilex solo provocat cocco. 32
Granum hoc primoque ceu scabies fruticis, parvae aquifoliae ilicis; cusculium vocant; pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniae donat. Usum eius gratiorem in conchylii mentione tradidimus. Gignitur et in Galatia, Africa, Pisidia, Cilicia, pessumum in Sardinia.

§ 29. *alae*, codd. Gelen. *aliae*, Scaliger ad Theophr. hist. plant. III. 7, 5. p. 143. Assentiuntur ad. — *atra*, Pint. — *et e*, ad. *et*, θ. — *et in*, ad. *et*, T. — *foliorum venis*, D². *folio rubens*, D¹Tad. *folio rubente*, codd. Gel. βγ. — *ac*, θad. *et*, β. — *sunt*, d. — *indurescunt*, Schneider. ad Theophr. hist. plant. III. 8, 5. p. 172. — *gallae*, omitt. ad.

§ 30. *Serunt*, ad. — *cachrym*, D. *chacrim*, d. *cachrom*, a. *cachryn*, Barbar. βγ. V. Haas. ad Reisig. schol. grammat. Lat. p. 89. — *Gignuntur*, a. — *folia coepere*, θTd. *coeperit*, a. *folia coeperint*, β.

§ 31. *tot*, Tadr. *et tot*, β. — *qui*, θT. *quae*, adβγ. — *probatissimum*, ad. *probatissimos*, βγ. — *Robore*, a. — *Hesiodus* oper. et dies 233. coll. Theophr. l. l. III. 7, 6. — *romes*, a. — *diximus* 11, 30. — *robi*, ad.

§ 32. *hic*, a (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 190. a. B.) *cocci grano. Hic primo*, r. — *seu*, codd. Gel. — *scabies*, Turn. adv. 4, 16. et Salmas. Confirmant Td. *scaptes*, θa (codd. Turn.) *scapus*, codd. Gel. β. — *fruticis*, codd. Gel., Turnebi et Thuan. ap. Salmas. *frutices*, ad. — *parvae*, codd. Gel. et Turnebi. *parva*, ad. *parvi*, Thuan. — *ilicis*, codd. Gel., Turnebi et Thuan. *ilices*, ad. — *cusculium*, codd. Gel. *cuscolium*, a. *esciiscolium*, d. *quisquilium*, Dalec. — *generationem*, a. — *concilii*, a. — *tradimus*, d. Vid. 9, 140. 141.

13. Galliarum glandiferae maxume arbores agaricum fe- 33
runt; est autem fungus candidus, odoratus, antidotis efficax, in summis arboribus nascens, nocte relucens; signum hoc eius, quo in tenebris decerpitur. E glandiferis sola quae vocatur aegilops fert pannos arentis, muscoso villo canos, non in cortice modo, verum et e ramis dependentis cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus inter unguenta. Suberi mi- 34
numa arbor, glans pessuma, rara; cortex tantum in fructu, praecrassus ac renascens atque etiam in denos pedes undique explanatus. Usus eius ancoralibus maxume navium piscantiumque tragulis et cadorum opturamentis, praeterea in hiberno feminarum calciatu, quamobrem non infacete Graeci cortices arborum appellant. Sunt et qui feminam ilicem vocent atque, ubi non nascitur ilex, pro ea subere utantur in carpentariis praecipue fabricis, ut circa Elim et Lacedaemonem. Nec in Italia tota nascitur aut in Gallia omnino.

IX. 14. Cortex et fagis, tiliae, abieti, piceae in magno 35
usu agrestium; vasa corbisque ac patentiora quaedam messibus convehendis vindemiisque faciunt atque protecta tuguriorum. Scribit in recenti ad duces explorator incidens litteras a suco; nec non et in quodam usu sacrorum religiosus est fagi cortex. Sed non durat arbor ipsa.

X. 15. Scandula e robore aptissima, mox e glandiferis 36
aliis fagoque, facillima ex omnibus quae resinam ferunt, sed

§ 33. *antidotus*, d. — *noctibus*, T d. — *quo in tenebris*, codd. Gel. *quae in tenebris*, a. *in tenebrisque*, T d. — *aegilops*, Theophr. l. l. III. 8, 6. *aezops*, a. *ezops*, d. — *pannos*, θ T K a d. *panos*, β. — *odoratus*, a d. — *ubi*, d. — *diximus* 12, 108.

§ 34. *Suber*, a. V. Theophr. l. l. III. 17, 1. — *non minima*, Dalec. — *tantum non in*, Dalec. — *undique*, om. d[1]. — *cortices arborum*, a. *corticis arborem*, d (codd. Gel.) βγ. V. *Beckmann, Beiträge zur Gesch. d. Erfind.* 2, 478. *cortices arboris*, Torrent. ad Horat. carm. III. 9, 22. — *qui et*, T d. V. Theophr. l. l. III. 16, 2. — *vocant*, T. — *Elim*, a d. *Elin*, βγ.

§ 35. *vasa*, post *quaedam* collocat Pint. — *protecta*, T d. *protexta*, θ. *pretexta*, a. *praetexta*, βγ. *proiecta*, Hard. At v. Hand. ad Gronov. diatr. Stat. 2, 199. — *recentia*, a d. — *incisas literas tegente succo*, Dalec. — *et*, T a d. Omitt. βγ.

§ 36. *Scandula e*, θ. *Scandulae*, a. *Scandulae e*, d βγ. Ceterum Turneb. adv. 21, 18. ubique e libris *scindula* restituit. — *aptissima*, θ a. *aptissimae*, d βγ. — *facillima*, θ. *facillime*, a. *facillimae*, d βγ. — *durans*, θ a d. *durant*, βγ. — *Scindulam non conspectam fuisse Romae*, r. — *Pyrri usque ad*, a. *ad Pyrrhi usque*, T d βγ.

§ 37. *Fagutalis Iovis*, Dalec. — *lucus*, d. *litus*, a. — *portaque quertulana*, a. *Querculana*, K. — *Q.*; pro hoc praenomine habent *quae* a d. — *plebes*, d. — *successisset*, a. — *aesculeto*, a. *esculeto*, d βγ. — *tenerent*, a d r. *tenerentur*, K.

§ 38. *tum*, θ a d. *tunc*, β. — *Quae ferrent*, a d. *Quaedam ferunt*, βγ. —

minume durans praeterquam e pino. Scandula contectam fuisse Romam Pyrri usque ad bellum annis CCCCLXX Cornelius Nepos auctor est. Silvarum certe distinguebatur 37
insignibus: Fagutali Iovi etiam nunc ubi lucus fageus fuit porta querquetulana, colle, in quem vimina petebantur, totque lucis, quibusdam et geminis. Q. Hortensius dictator, cum plebs secessisset in Ianiculum, legem in aesculeto tulit ut quod ea iussisset omnis Quiritis teneret.

16. Peregrinae tum videbantur, quoniam non erant sub- 38
urbanae, pinus atque abies omnesque quae picem gignunt, de quibus nunc dicemus, simul ut tota condiendi vina origo cognoscatur. Quae ferrent in Asia aut oriente praedictis picem, in Europa sex genera cognatarum arborum ferunt; ex his pinus atque pinaster folium habent capillamenti modo praetenue longumque et mucrone aculeatum. Pinus fert minumum resinae, interdum et nucibus ipsis, de quibus dictum est, vixque ut adscribatur generi.

17. Pinaster nihil est aliud quam pinus silvestris mira alti- 39
tudine et a medio ramosa sicut pinus in vertice. Copiosiorem dat haec resinam quo dicemus modo. Gignitur et in planis. Easdem arbores alio nomine esse per oram Italiae quos tibulos vocant plerique arbitrantur, sed gracilis succinctioresque et enodis liburnicarum ad usus, paene sine resina.

praedictis, à d. *e praedictis*, Barbar. $\beta\gamma$. Expulsa inepta interpolatione, quae editiones vulgatas obsedit, codicum scripturam restituimus ita explicandam: Cum quae arbores in Asia aut oriente picem ferrent a nobis sint praedictae (14, 122. 123.), in Europa sex genera ferunt. Verbum autem *praedicere* apud seriores scriptores non raro idem est, quod *supra dicere* (Ruhnken. ad Vell. 2, 21., Bonnell. lex. Quintil. s. h. v. p. 681.), et ipse Plin. non semel participium *praedictus* ita usurpavit; v. ad 34, 136. Inter protasin porro et apodosin excidit locutio parenthetica, qua proprie transitus ab altera ad alteram erat faciundus, ut fere esset: iam hoc addo, hoc commemorandum restat. Ut ex aliis scriptoribus exempla huc pertinentia non afferam, ipse Plin. simillime dixit 15, 106. *Interim quae sunt communia et pomis omnibusque succis, saporum genera XIII reperiuntur*; 16, 234. *Verum ex his, quas memoria hominum custodit, durant in Liternino — satae olivae*; 24, 85. *Et quoniam plura genera fecimus, illa — urinam movet*; 28, 24. *Et quoniam scorpio admonuit, in Africa nemo destinat aliquid*; 32, 108. *Haec est, qua diximus lignum poliri, quia et e mari fabriles usus exeunt.* Nomen vero *picem* persuasum mihi est librariis deberi, cum illud facillime ex superioribus repeti possit et h. l. prorsus ineptum locum teneat; ne quis vero illud ad sequentia referat, ita ut a verbo *ferunt* sit aptum, impedit hoc causa rhetorica, quia vis orationis in vv. *in Europa* inest. — *cognitarum*, K. — *his*, a. *iis*, d $\beta\gamma$. — *pinaster*, a. *pinastri*, θ d. — *dictum est* 15, 35. — *vixque*, θ T a d r. *vix*, β.

§ 39. *est aliud*, a d. *aliud est*, $\beta\gamma$. — *pinus e vertice*, T. — *de quo*, a. *de qua*, r. — *dicemus* § 56 seq. — *sed alio*, Dalec. — *tibulos*, d. *stibulos*, a. *stubulos*, r. *strobilos*, Barbar.

18. Picea montis amat atque frigora, feralis arbor et fune- 40
bri indicio ad fores posita ac rogis virens, iam tamen et in
domos recepta, tonsili facilitate. Haec plurumam fundit in-
terveniente candida gemma, tam simili turis ut mixta a visu
discerni non queat, unde fraus Seplasiae. Omnibus his gene- 41
ribus folia brevi saeta et crassiore duraque ceu cupressis.
Piceae rami paene statim ab radice modici velut bracchia
lateribus inhaerent; similiter abieti expetitae navigiis. Situs
in excelsó montium, ceu maria fugerit, nec forma alia; ma-
teries vero praecipua est trabibus et plurumis vitae operibus.
Resina ei vitium, unde fructus piceae, exiguumque sudat 42
aliquando contactu solis. E diverso materies, quae abieti
pulcherrima, piceae ad fissilis scandulas cupasque et pauca
alia secamenta.

19. Quinto generi et situs idem, facies eadem; larix vo- 43
catur. Materies praestantior longe incorrupta est usu, mori
contumax, rubens praeterea et odore acrior. Plusculum huic
erumpit liquoris melleo colore atque lentiore, numquam dure-
scentis. Sextum genus est taeda proprie dicta abundantior 44
suco quam reliqua, parcior liquidiorque quam picea, flammis
ac lumini sacrorum etiam grata. Hae, mares dumtaxat, ferunt
et eam quam Graeci sycen vocant, odoris gravissimi. Laricis
morbus est ut taeda fiat. Omnia autem haec genera accensa, 45
fulgine inmodica, carbonem repente exspuunt cum eruptionis
crepitu iaculanturque longe excepta larice quae nec ardet,

§ 40. *amat atque*, d. *amatque*, a. Ceterum huic loco quaedam tribuit Serv. ad Vergil. Aen. 6, 108., quae non insunt. — *fundit*, a d. *resinam fundit*, $\beta\gamma$. — *intermicante*, Dalec. — *similem thuri*, r. — *a visu*, a d. *visu*, $\beta\gamma$. — *et inde*, r. — *Seplasiae*, T. *Seprasiae*, a d (codd. Barbari).

§ 41. *Omnino huic generi*, Dalec. V. Theophr. l. l. I. 10, 4. — *fugerit*, a² d. *fuge*, a¹. *fugeret*, $\beta\gamma$. — *praecipua est*, θ. *praecipue*, a. *praecipua*, d $\beta\gamma$.

§ 42. *Resinae vitium*, θ a d. — *fructus*, θ a d. *fructus unus*, $\beta\gamma$. — *diversis*, d. — *materiis*, a d. — *alia pauca*, d. — *secumenta*, a.

§ 43. *et*, T a. Omitt. d $\beta\gamma$. — *facies eadem*, T a d. *eadem facies*, $\beta\gamma$. — *Materię*, a. — *incorrupta est*, ita nos scripsimus. *incorruptae*, D. *incorrupte*, a. *incorruptę*, d. *incorrupta*, $\beta\gamma$. — *usu*, r. *visu*, a d. *vis*, $\beta\gamma$. V. Vitruv. II. 9, 14. — *mori*, a. *emori*, r β. *humori*, K. *maiori*, d. — *lentiore*, d. *recentiore*, a r. *lentoris*, Dalec., qui recte quidem vidit neque *lentiore* h. l. iungi posse cum *colore* neque *durescentis* cum *liquoris*, et iustam sane vocem reposuit. At nimium secessit a codicum scriptura, mihique scripturam codicum a r intuenti Plin. videtur scripsisse *atque resinae lentore numquam durescenti*. Atque ut ab ultima voce incipiamus, littera *s*, quam ego delevi, orta est ex initio proximae vocis; genetivus *resinae* a *lentore* aptus explicatur iis quae dixi ad 35, 3., ut *lentor resinae* idem sit, quod *lentor resinosus* 13, 54. — *durascentis*, a.

nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi consumitur quam lapides. Omnia ea perpetuo virent nec facile discernuntur in fronde, etiam a peritis; tanta natalium mixtura est. Sed pi- 46
cea minus alta quam larix; illa crassior leviorque cortice, folio villosior, pinguior et densior mollius flexo, at piceae rariora siccioraque folia et tenuiora ac magis algentia, totaque horridior et perfusa resina; lignum abieti similius. Larix ustis radicibus non repullulat, picea repullulat, ut in Lesbo accidit incenso nemore Pyrraeo. Alia etiamnum generibus 47
ipsis in sexu differentia; mas brevior et durior, femina procerior, pinguioribus foliis et simplicibus atque non rigentibus. Lignum maribus durum et in fabrili opere contortum, feminae mollius, publico discrimine in securibus; hae in quocumque genere deprehendunt marem; quippe respuuntur et fragosius sidunt, aegrius revelluntur; ipsa materies retorrida et nigrior maribus radix. Circa Idam in Troade et alia dif- 48
ferentia montanae maritimaeque; nam in Macedonia et Arcadia circaque Elim permutant nomina nec constat auctoribus, quod cuique generi attribuant; nos ista Romano discernimus iudicio. Abies e cunctis amplissima est et femina etiam prolixior, materie mollior utiliorque, arbor rotundior, folio pinnato densa ut imbris non transmittat, atque hilarior in totum. E ramis generum horum panicularum modo nu- 49
camenta squamatim conpacta dependent praeterquam larici; haec abietis masculae primori parte nucleos habent, non item

§ 44. *patior*, a. *parciore*, dγ. — *liquidiorque*, a. *liquidioreque*, dγ. — *quam*, ad. *quam in*, γ. — *luminis agrorum*, ad.

§ 45. *inmodicam*, a. — *crepitu*, ad[1]. *crepituve*, d[2]. — *iaculanturque*, ad. *eiaculanturque*, $\beta\gamma$. — *etiam apertis*, ad.

§ 46. *mollius flexo*, a. *molliorque flexu*, Td$\beta\gamma$. — *ac piceae*, D. *ac pice*, d. *a capite et*, a. — *rigentia*, Pint. — *tortaque*, codd. Barbari. — *et*, a. *est et*, d$\beta\gamma$. — *abieti*, a. *abietis*, dβ. — *picea repullulat*, Barbar. e Theophr. l. l. III. 9, 5. *πεύκη μὲν γὰρ ἐπικαυθεισῶν τῶν ῥιζῶν οὐκ ἀναβλαστάνει, τὴν πίτυν δέ φασί τινες ἀναβλαστάνειν, ὥσπερ καὶ εἰς Λέσβον κτέ.* Omitt. Tadγ. Minus bene Salmasius de hyle p. 81. b. G. *ut pino in Lesbo accidit* coniecit.

§ 47. *etiamnunc*, ad. Ceterum v. Theophr. l. l. III. 9, 1. — *durior foliis*, Pint. — *respuuntur*, d. *respuunt*, a cum spatio unius aut duarum litterarum. — *revelantur*, d. — *radix*, ad. *radicis*, D[1]. *laricis*, D[2]. Om. Pint.

§ 48. *differentia*, ad. *differentia est*, $\beta\gamma$. — *Elim*, ad. *Elin*, $\beta\gamma$. — *ita*, T. — *decernimus*, T. — *molliore*, a. Ceterum v. Theophr. l. l. III. 9, 6. — *arbor*, ar. *arbore*, d$\beta\gamma$. — *in tutum*, ad. *intuitu*, K.

§ 49. *pinicularum*, a. — *nuncamenta*, ad. — *laricis*, Dalec. — *hae*, a. — *primori*, d. *prima in*, a. — *idem*, a.

feminae, piceae vero totis paniculis minoribus gracilioribusque minumos ac nigros, propter quod Graeci phthirophoron eam appellant. In eadem nucamenta maribus conpressiora sunt ac minus resina roscida.

20. Similis his etiamnum adspectu est, ne quid praeterea- 50
tur, taxus minume virens gracilisque et tristis ac dira, nullo suco; ex omnibus sola bacas fert. Mas noxio fructu; letale quippe bacis in Hispania praecipue venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta mortifera fuisse conpertum est. Hanc Sextius smilacem a Graecis vocari 51
dicit et esse in Arcadia tam praesentis veneni ut qui obdormiant sub ea cibumve capiant moriantur. Sunt qui et taxica hinc appellata dicant venena quae nunc toxica dicimus, quibus sagittae tinguantur. Repertum innoxiam fieri, si in ipsa arbore clavos aereus adigatur.

XI. 21. Pix liquida in Europa e taeda coquitur navalibus 52
muniendis multosque alios ad usus. Lignum eius concisum, furnis undique igni extra circumdato, fervet. Primus sudor, aquae modo fluit canali; hoc in Syria cedrium vocatur, cui tanta vis est ut in Aegypto corpora hominum defunctorum perfusa eo serventur.

22. Sequens liquor, crassior iam, picem fundit. Haec rur- 53
sus in cortinas aereas coniecta aceto spissatur ut coagulo et Bruttiae cognomen accepit, doliis dumtaxat vasisque ceteris utilis, lentore ab alia pice differens, item colore rutilante et

picea, d. — *phthiroporon*, d. *pthiroporen*, a. — *nuncamenta*, a. — *maribus compressiora*, ad. *compressiora maribus*, $\beta\gamma$.

§ 50. *etiamnunc*, ad. — *minime*, θTadr. *minus*, β. Om. K. — *bacas fert. Mas*, a. *bacis fert ramos*, d. *baccifera. Mas*, $\beta\gamma$. — *victoria*, Freinshem. ad Flor. IV. 12, 50.

§ 51. *Sextius*, θTad. *Sestius*, β. — *smilacem*, Barbar. *smillacem*, a. *milacem*, d. V. Dioscor. 4, 80. — *dicit*, Tad. *dixit*, $\beta\gamma$. — *ut si qui dormiant*, K. — *innoxia*, a. — *ipsa arbore*, ad. *ipsam arborem*, $\beta\gamma$. — *adicatur*, d. *addicatur*, a.

§ 52. *e*, omitt. ad (codd. Salmas. exerc. p. 357. b. D.) — *cogitur*, codd. Salmas. — *navibus*, K. — *circumdata*, d. — *fervet*, d. *ferro*, a. — *Primus*, d. *ut primus*, Ka. — *fluat*, K. — *hoc e cedro in Syria*, K. Similia coniicit Pint. — *cedrium*, Barbar. *cedrum*, ad. — *perfusa eo*, ad. *eo perfusa*, $\beta\gamma$.

§ 53. *curtinas*, ar. — *ut coagulo*, Td. *et coagulo*, θ. *et coagulat*, a. *et coagulata*, $\beta\gamma$. V. Schneid. ad eclog. phys. p. 327. — *et*, Td. Omitt. a$\beta\gamma$. — *lento*, a. — *reliqua. Illa omnia fiunt*, Ta. *reliqua illa omni fiunt*, d. *reliqua illa omni fit*, θ (codd. Salmas. exerc. p. 357. b. E.) *reliqua omnia illa*, r. *reliqua. Omnia illa fiunt*, γ. *E taeda omnia illa fiunt.*, β. — *e picea*, θTadr. Novam hinc periodum incipit β. *reliqua illa omni. Fit e picea resina*, Salmas., quod probat

quod pinguior est reliqua. Illa omnia fiunt e picea, resina ferventibus coacta lapidibus in alveis validi roboris aut, si alvei non sint, struis congerie velut in carbonis usu. Haec 54 in vinum additur farinae modo tunsa, nigrior colore. Eadem resina, si cum aqua levius decoquatur coleturque, rufo colore lentescit ac stillaticia vocatur; seponuntur autem ad id fere vitia resinae cortexque. Alia temperies ad crapulam; namque flos crudus resinae cum multa assula tenui brevique avolsus conciditur ad cribrum minuta, dein ferventi aqua, donec coquatur, perfunditur. Huius expressum pingue prae- 55 cipua resina fit atque rara nec nisi paucis in locis subalpinae Italiae conveniens medicis. Resinae albae congium in duobus aquae pluviae cocunt; alii utilius putant sine aqua coquere lento igne toto die, utique vase aeris albi, item terebinthinam in sartagine cinere ferventi, hanc ceteris praeferentes. Proxuma ex lentisco.

XII. 23. Non omittendum apud eosdem zopissam vocari 56 derasam navibus maritimis picem cum cera, nihil non experiente vita, multoque efficaciorem ad omnia quibus pices resinaeque prosunt, videlicet adiecto salis callo. Aperitur 57 picea e parte solari non plaga, sed volnere ablati corticis, cum plurumum, bipedali hiatu ut a terra cubito, cum minumum absit. Nec corpori ipsi parcitur ut in ceteris, quoniam assula in fructu est; verum haec proxuma laudatur, altior amaritudinem adfert. Postea umor omnis e tota confluit in

Schneid. l. l. p. 328. coll. p. 324. Mihi scribendum videtur *et e picea* coll. § 57. — *ferventibus*, ad. *fervent*, r. — *coacta*, θadr. *cocta*, Barbar. βγ.

§ 54. *vinum*, d. *fimum*, a. — *farina*, a. — *coleturque*, a. *que*, d. — *ad id*, θTadr. *in id*, β. — *resina*, a. *vetus resina*, Hard. e Colum. XII. 23, 1. — *ac crapula*, d. — *astula*, ad (optimi libri Salmas. exerc. p. 356. a. F.) γ. *hastula*, θr. — *cribrum*, a. *cribri*, dβγ. *cribrum in minuta*, Turn. adv. 4, 16. *ad cribrum. Minuta dein*, r. *ad cribrum deinde minuta*, K. *ad cribrum minutum. Deinde*, Dalec. *Cribrum* est genetivus pluralis. — *dein*, adr. *deinde*, βγ. — *coquentur*, a.

§ 55. *toto*, ad. *tota*, βγ. — *utrique*, Kd. — *cartagine*, ad. *carta*, T. — *cinere ferventi*, Td. *referventi*, aβ. Mendum in his vv. latere putat Schneider. l. l. p. 331. — *ceteri*, d. — *et*, ad.

§ 56. *zopissam*, Barbar. *zosippam*, ad. V. Dioscor. 1, 98. — *cera*, Barbar. d. *cetera*, a. — *multoque*, a. *multo*, dβγ.

§ 57. *piceę parte*, a. V. Theophr. l. l. IX. 2, 1. — *vulnera*, a. — *Nec corpori* rel.; nihil de h. l. vitioso decernere audet Schneider. ad Theophr. hist. plant. IX. 2, 1. p. 714. — *non ut in*, Dalec. — *assula*, Dalec. *astula*, adβγ. — *earum in*, Dalec. — *haec*, ad (libri optimi ap. Salmas. exerc. p. 356. a. F.) *haec terrae*, βγ.

ulcus, item in taeda. Cum id manare desiit, simili modo ex 58
alia parte aperitur ac deinde alia; postea tota arbor succiditur et medulla eius uritur. Sic et in Syria terebintho detrahunt cortices, ibi quidem et e ramis ac radicibus, cum resina damnetur ex his partibus. In Macedonia laricem masculam urunt, feminae radices tantum. Theopompus scripsit 59
in Apolloniatarum agro picem fossilem non deteriorem Macedonica inveniri. Pix optuma ubique ex apricis aquilonis situ, ex opacis horridior virusque praeferens, frigida hieme deterior ac minus copiosa et decolor. Quidam arbitrantur 60
in montuosis copia praestantiorem ac colore et dulciorem fieri, odorem quoque gratiorem dum resina sit, decoctam autem minus picis reddere, quoniam in serum abeat, tenuioresque esse ipsas arbores quam in planis, sed has et illas serenitate steriliores. Fructum quaedam proxumo anno ab incisu largiuntur, aliae secundo, quaedam tertio; expletur autem plaga resina, non cortice nec cicatrice quae in hac arbore non coit. Inter haec genera propriam quidam fecere 61
sappium, quoniam ex cognatione harum seritur, qualis dicta est in nucleis, eiusdemque arboris imas partis taedas vocant, cum sit illa arbor nil aliud quam picea feritatis paulum mitigatae satu; sappini autem materies caesarum e genere fit, sicuti docebimus.

XIII. 24. Materiae enim causa reliquas arbores natura 62
genuit copiosissimamque fraxinum. Procera haec ac teres, pinnata et ipsa folio multumque Homeri praeconio et Achillis hasta nobilitata; materies est ad pluruma utilis. Ea quidem

§ 59. *et aquilonis*, Dalec. Ceterum v. Theophr. l. l. IX. 2, 3.

§ 60. *montuosis*, θ a d. *montosis*, β. — *colore*, d. *colorem*, a. *coloratiorem*, r. — *odorem* — *gratiorem*, a d. *odore* — *gratiorem*, T. *odore* — *gratiore*, Dalec. — *sit*, T d. *fit*, a r. — *decoctam* rel., Theophr. l. l. III. 9, 1. — *serum abeat*, Barbar. d. *ferum habeat*, a. — *incisu*, a². *inciso*, a¹. *incisuia*, T. *incisura*, d. — *alia*, a d.

§ 61. *propriam*, T a r (vetustissimi libri ap. Salmas. exerc. p. 357. a. E.) *proprium*, d β γ. — *sappium*, a (vetustissimi libri ap. Salmas.) *sapium*, codd. Barbari, β. *sapinum*, T d. — *cogitatione*, a. — *harum*, T a d. *earum*, β γ. — *in*, omitt. θ a d r. Vid. 15, 36. — *eiusdemque*, θ T a d r. *eiusque*, β γ. — *pice*, r. — *feritatis* — *mitigatae*, θ T a d r. *feritate* — *mitigata*, β. — *sappini*, ita nos scripsimus. *sapini*, a. *sapii*, r. *sapina*, T d (Thuan. ap. Salmas.) *sapinus*, β γ. De genetivo v. ad 36, 16. — *caesare genere*, T d (Thuan.) *caesa regenerata*, a r. Retinui lectionem vulgatam licet interpolatam; e § 196., quam h. l. Plin. occupat, certo quidem colligere possumus, in codicum scriptura corrupta nomen *abietis* latere, at quomodo sit restituendum, minus est certum. Barbar. e suis codd. affert scripturam ineptam *sapium autem materie caesa regeneratagque fit*; alia tentarunt Pint. et Salmas. l. l. et de hyle p. 81. a. G. — *fit*, T a r. *fiat*, Thuan. β. *sit*, Dalec. d γ.

quae fit in Ida Troadis in tantum cedro similis ut ementis fallat cortice ablato. Graeci duo genera eius fecere: longam, 63
enodem, alteram brevem, duriorem fuscioremque, laureis foliis; bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimamque. Alii situ divisere; campestrem enim esse crispam, montanam spissam. Folia earum iumentis mortifera, ceteris 64
ruminantium innocua Graeci prodidere; in Italia nec iumentis nocent; contra serpentis vero suco expresso ad potum et inposita ulceri opifera ac nihil aeque reperiuntur, tantaque est vis ut ne matutinas quidem occidentisve umbras, cum sunt longissimae, serpens arboris eius attingat, adeo ipsam procul fugiat. Experti prodimus, si fronde ea gyroque cludatur ignis et serpens, in ignis potius quam in fraxinum fugere serpentem. Mira naturae benignitas, prius quam hae prodeant florere fraxinum nec ante conditas folia dimittere.

XIV. 25. In tilia mas et femina differunt omni modo; 65
namque et materies mari dura rufiorque ac nodosa et odoratior, cortex quoque crassior ac detractus inflexibilis; nec semen fert aut florem ut femina, quae crassior arbore, materie candida praecellensque est. Mirum in hac arbore fructum a nullo animalium attingi, foliorum corticisque sucum esse dulcem. Inter corticem ac lignum tenues tunicae multiplici membrana, e quibus vincula tiliae vocantur; tenuissimum eorum philyrae, coronarum lemniscis celebres antiquorum honore. Materies teredinem non sentit, proceritate perquam modica, verum utilis.

§ 62. *pinnata*, Tad. *pennata*, *β*. — *ipso*, r. De abiete idem dixit § 48. — *Achillis hasta* Homer. Iliad. *υ*, 277. — *cedro*, ad. *citro*, *β*.

§ 63. *Graeci*, Theophr. hist. plant. III. 11, 4. — *amplissima lentissimaque*, a. *latissimamque*, Dalec.

§ 64. *nocet*, ar. — *serpentes*, a. *serio emintes*, d. — *ulceri*, D. *ulterior*, a. *ulteriori*, d. *ulceribus*, *βγ*. Litterae *or* et *ori* ex sequentis vocis initio ortae. Ceterum v. Dioscor. 1, 108. — *vis ut*, d. *visui*, a. — *quam*, a. — *longissime*, a. — *arboris eius*, post *umbras* collocat Pint. — *procul ipsam*, d. — *fuget*, K. — *fronte*, a. — *gyroque*, *θ*Tad. *gyro*, *β*. — *cludatur*, a. *claudatur*, *βγ*. *circumclaudatur*, Td. — *et*, delendum videtur, ut *ignis* genetivus pendeat a *gyro*; ignis enim certe claudebat, non claudebatur; et quem gyrum intelligere possumus nisi igneum? — *in ignes*, adr. *in ignem*, *β*.

§ 65. *mari*, *θ*ad. *maris*, *β*. Ceterum v. Theophr. l. l. III. 10, 4. — *Mirum*, Theophr. l. l. I. 12, 4. — *tunicae*, Dalec. *tunicas*, d*β*. *tonicas*, a. — *tenuissimum eorum*, a. *tenuissimum corium*, K. *tenuissimae earum*, d*βγ*. — *antiquorum*, adr. *antiquorumque*, *β*.

XV. 26. Acer eiusdem fere amplitudinis, operum elegantia 66
ac subtilitate citro secundum. Plura eius genera: album,
quod praecipui candoris, vocatur Gallicum in Transpadana
Italia transque Alpis nascens; alterum genus crispo macu-
larum discursu, qui cum excellentior fuit a similitudine cau-
dae pavonum nomen accepit, in Histria Raetiaque praeci-
puum; e viliore genere crassivenium vocatur. Graeci situ 67
discernunt; campestre enim candidum esse nec crispum —
glinon vocant —, montanum vero crispius duriusque, etiamnum
e mascula crispius ad lautiora opera; tertium genus zygiam,
rubentem, fissili ligno, cortice livido et scabro; hoc alii ge-
neris proprii esse malunt et Latine carpinum appellant.

XVI. 27. Pulcherrimum vero est bruscum multoque ex- 68
cellentius etiamnum molluscum. Tuber utrumque arboris eius,
bruscum intortius crispum, molluscum simplicius sparsum;
et si magnitudinem mensarum caperet, haut dubie praeferre-
tur citro. Nunc intra pugillaris lectorumque silicios aut la-
mnas raro usu spectatur; e brusco fiunt et mensae nigre-
scentes. Reperitur et in alno tuber, et tanto deterius, quan- 69
tum ab acere alnus ipsa distat. Aceris mares prius florent.
Etiamnum in siccis natae praeferuntur aquaticis, sicut et
fraxini. Est trans Alpis arbor simillima aceri albo materia,
et quae vocatur staphylodendron; fert siliquas, sed in his
nucleos sapore nucis abellanae.

28. In primis vero materies honorata buxo est raro cri- 70
spanti nec nisi radice; de cetero lenis quies est materia si-

§ 66. *citro*, θadr (codd. Barbari). *cedro*, β. — *Italia*, om. d[1]. — *quod cum excellentius*, θ. At v. Salmas. exerc. p. 359. a. B. — *praecipuum*, om. d[1]. — *e viliore*, θd. *e molliore*, r. *molliore*, a. *e vilieri*, βγ. — *cursivenium*, Salmas. exerc. l. l. et p. 728. a. E.

§ 67. *crispum*, θTad. *crispum quod*, βγ. — *glinon*, Theophr. l. l. III. 11, 2. *alinon*, θTad. — *etiamnunc*, a. — *lautiora*, ad[2]. *laudatiora*, d[1]. *latiora*, γ operarum vitio. — *zigian*, a. — *ligni*, ad. — *et scabro*; habent *de scabro* ad. — *cappinum*, d.

§ 68. *vero est*, om. d. — *etiamnam*, a. — *molliuscum*, d. — *praeferetur*, codd. Turn. adv. 4, 16. — *silicios*, a[2]d. *siblicios*, a[1]. *solicios*, θ (omnes codd. Salmas. exerc. p. 296. a. D., qui *solidos* legit). *sublicios*, Voss. ad Catull. p. 140. *silaceus laminas*, Dalec.

§ 69. *alni*, d. — *tuber et*, a. *tubere*, d. *tuber*, βγ. — *quantum*, a. *quanto*, dβγ. — *Acerum*, Td. — *Etiamnunc*, a. — *Est*, ad. *Est et*, βγ. — *materie*, θ. — *et quae*, a. *quae*, dβγ. — *siliquas*, d. *siliquam*, a. — *sed*, a. *et*, dβγ. — *his*, a. *iis*, dβγ. — *abellanae*, θa. *avellanae*, dβγ.

lenti et quadam duritia ac pallore conmendabilis, in ipsa vero arbore topiario opere. Tria eius genera: Gallicum, quod in metas emittitur amplitudine proceriores; oleastrum in omni usu damnatum gravem praefert odorem; tertium genus nostrates vocant, silvestre, ut credo, mitigatum satu, diffusius et densitate parietum, virens semper ac tonsile. Buxus Py- 71
renaeis ac Cytoriis montibus pluruma et Berecyntio tractu, crassissima in Corsica, flore non spernendo, quae causa amaritudinis mellis; semen illius cunctis animantibus invisum. Nec in Olympo Macedoniae gracilior sed brevis. Amat frigida, aprica; in igni quoque duritia ferri nec flamma nec carbone utilis.

XVII. 29. Inter has atque frugiferas materie vitiumque 72
amicitia accipitur ulmus. Graeci duo genera eius novere: montuosam quae sit amplior, campestrem quae fruticosa. Italia Atinias vocat excelsissimas et ex his siccanas praefert quae non sint riguae; alterum genus Gallicas; tertium nostrates, densiore folio et ab eodem pediculo numerosiore; quartum silvestre. Atiniae non ferunt samaram — ita vocatur ulmi semen — omnesque radicum plantis proveniunt, reliquae semine.

XVIII. 30. Nunc celeberrimis arborum dictis quaedam in 73
universum de cunctis indicanda sunt. Montis amant cedrus, larix, taeda et ceterae, e quibus resina gignitur, item aqui-

§ 70. *crispanti*, Tdr. *crispi.. canti*, a (litterae duae mediae erasae). *crispicanti*, β. — *de cetero*, Tadr. *cetero*, $\beta\gamma$. — *quies est*, ita nos scripsimus. *quiest*, a. *quies*, d$\beta\gamma$. *quoque est*, r. — *materia — duritia*, ar. *materiae*, *silentio quodam et duritie*, d$\beta\gamma$. — *ipsa vero arbor*, K. — *emitur*, Pint. — *amplitudine*, ar. *amplitudinemque*, d$\beta\gamma$. — *proceriores*, ita nos scripsimus. *procerior est*, a. *procerius est*, r. *proceriorem*, d$\beta\gamma$. — *usum*, a. — *fert*, K. — *nostrates*, Tar. *nostratis*, d. *nostrate*, $\beta\gamma$. — *silvestre*, ar. *e silvestri*, Td. — *densitati*, Dalec.

§ 71. *Berecynthio*, a. *Beryntio*, d. — *Corsicam*, a. — *florem*, Kad. — *ferendo*, K. *apibus florem non spernentibus*, *quae causa*, Dalec. — *mellis; semen illius*; pro his vv. dant *semen mellis* ad. Ceterum v. Theophr. l. l. III. 15, 5. — *Nec*, ad. *Haec*, $\beta\gamma$. — *in igni*, a. *Ligni*, Td. — *duritia ferri*, r. *duritia ferri*, a. *duritia quae ferro*, Td$\beta\gamma$. — *utilis*, adr. *utili*, $\beta\gamma$.

§ 72. *genera eius*, ad. *eius genera*, $\beta\gamma$. V. Theophr. l. l. III. 14, 1. — *montuosam*, θad. *montosam*, β. — *fructicosa*, ad. — *vocant*, a. — *his*, a. *iis*, d$\beta\gamma$. — *siccaneas*, K. — *sint*, d. *suint*, a. *sunt*, K. — *surculo*, K. — *ratiniae*, ad. — *samaram*, Tdr. *samariam*, a. *samarim*, θ. *samara*, β. — *radicibus plantarum*, Dalec. — *reliqua*, ar.

§ 73. *celerrimis*, a. — *Montes amant* rel., Theophr. l. l. III. 3, 1. — *ceterae e*, d. *cetere ea*, a.

folia, buxus, ilex, iuniperus, terebinthus, populus, ornus, carpinus. Est et in Appennino frutex qui vocatur cotinus, ad linamenta modo conchylii colore insignis. Montis et vallis 74
diligit abies, robur, castaneae, tilia, ilex, cornus; aquosis montibus gaudent acer, fraxinus, sorbus, tilia, cerasus; non temere in montibus visae sunt prunus, punicae, oleastri, iuglans, mori, sambuci; descendunt et in plana cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus; subeunt et in montuosa ulmus, malus, pirus, laurus, myrtus, sanguinei frutices, ilex tinguendisque vestibus nascentes genistae. Gaudet frigidis sorbus, sed magis etiam betulla; Gal- 75
lica haec arbor mirabili candore atque tenuitate, terribilis magistratuum virgis, eadem circulis flexilis, item corbium costis; bitumen ex ea Galliae excocunt. In eosdem situs comitatur et spina nuptiarum facibus auspicatissima, quoniam inde fecerint pastores qui rapuerunt Sabinas, ut auctor est Massurius; nunc facibus carpinus, corylus familiarissimae.

31. Aquas odere cupressi, iuglandes, castaneae, laburnum; 7
Alpina et haec arbor nec volgo nota, dura ac candida materie, cuius florem cubitalem longitudine apes non attingunt; odit et quae appellatur Iovis barba, in opere topiario tonsilis et in rotunditatem spissa, argenteo folio. Non nisi in aquosis 7
proveniunt salices, alni, populi, siler, ligustra tesseris utilissima, item vaccinia Italiae mancupiis sata, Galliae vero etiam purpurae tinguendae causa ad servitiorum vestis. Quaecumque conmunia sunt montibus planisque maiora fiunt adspectu

opulus, suspicio Scaligeri ad Theophr. hist. plant. p. 215. — *ornus*, a d. *ornus*, *cornus*, *βγ*. At v. initium paragraphi seq. — *linamenta*, Hard. *lignamenta*, *θ* a d. *lineamenta*, *β*.

§ 74. *sorbus*, d. *ornus*, a. — *visae sunt in montibus*, d. — *mori*, *θ*. *moris*, a. *morus*, d *βγ*. — *descendunt et*, a d. *descendunt*, T. — *montuosa*, *θ* a d. *montosa*, *β*. — *nascentis*, a [2]. *nascendis*, a [1].

§ 75. *soruus*, a. — *sed magis*, T a d r. *et magis*, *βγ*. — *coruium*, a. — *costis*, Turn. adv. 4, 16. Confirmant *θ* d r. *cortis*, a (codd. Turn.) *sportis*, *β*. — *comitantur*, a d. — *spinus*, K. — *Masurius*, a d *γ*. — *corylus*, a d. *et corylus*, *βγ*.

§ 76. *Aqua sudore*, a d. — *rotunditate*, Dalec.

§ 77. *mancupiis*, Turn. coll. 21, 170. *in aucupiis*, a d *β*. — *purpurae tinguendae*, *θ* T a d. *purpurea tingendi*, *β*. — *adspectu pulchrioraque*, *θ* a. *aspectu pulchriora*. *Quae*, d. *adspectuque pulchriora*, *βγ*. V. Theophr. l. l. III. 3, 2.

§ 78. *omnino silvestres quaedam*; haec verba in Harduini edd. et *γ* operarum vitio exciderunt. — *quoniam*, ita nos restituimus. *quõ*, a. *q''m*, d. *quas*, *βγ*.

pulchrioraque in campestribus, meliora materie crispioraque in montibus, exceptis malis pirisque.

XIX. 32. Praeterea arborum aliis decidunt folia, aliae 78
sempiterna coma virent, quam differentiam antecedat necesse est prior. Sunt enim arborum quaedam omnino silvestres, quaedam urbaniores, quoniam his placet nominibus distinguere. Hae mites, quae fructu aut aliqua dote umbrarumque officio humanius iuvant, non inprobe dicantur urbanae.

XX. 33. Harum generi non decidunt oleae, lauro, palmae, 79
myrto, cupressis, pinis, hederae, rhododendro et, quamvis herba dicatur, sabinae. Rhododendron, ut nomine adparet, a Graecis venit; alii nerium vocarunt, alii rhododaphnen, sempiternum fronde, rosae similitudine, caulibus fruticosum; iumentis caprisque et ovibus venenum est, idem homini contra serpentium venena remedio.

XXI. Silvestrium generis folia non decidunt abieti, larici, 80
pinastro, iunipero, cedro, terebintho, buxo, ilici, aquifolio, suberi, taxo, tamarici. Inter utraque genera sunt andrachle in Graecia et ubique unedo; reliqua enim folia decidunt his praeterquam in cacuminibus. Non decidunt autem et in fruticum genere quibusdam, rubo, calamo. In Thurino agro, 81
ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una numquam folia dimittens nec ante mediam aestatem germinans; idque mirum est Graecis auctoribus proditum apud nos postea sileri. Nam locorum tanta vis est ut circa Memphim Aegypti et in Elephantine Thebaidis nulli arborum decidant, ne vitibus quidem.

V. Wunder. var. lectt. ex Ciceronis cod. Erfurt. p. XCVII. — *Hae*, θ T a d. *Eae*, r. *Ergo*, β. — *umbrarumque*, T a d. *umbrarumve*, βγ. — *humanos*, Dalec. — *vivunt* — *dicuntur*, r.

§ 79. *generi folia non*, Dalec. V. Theophr. l. l. I. 9, 3. — *palmae*, om. cod. antiquus Salmas. exerc. p. 669. a. F. — *cupressis*, θ. *cupresso*, a d βγ. — *spinis*, a. — *et* — *sabinae*, θ a d r. *Et* — *sabina*, β. V. Mercurial. var. lect. 4, 15. — *nerium*, a d. *nerion*, βγ. — *sempiterna*, K. — *calicibus*, Pius annott. f. 34.

§ 80. *andrachle*, Salmas. exerc. p. 362. a. F. *andracile*, a d (Thuan. Salmasii). *andracle*, altera Salmasii coniectura. *adrachne*, Barbar. βγ. V. ad 13, 120. Ceterum v. Theophr. l. l. I. 9, 3. — *quibusdam*, r. *cuidam*, a d βγ. V. Schneid. ind. Theophr. s. v. βάτος, Tom. V. p. 332. — *calamo*, d. *calami*, a. *et calamo*, βγ.

§ 81. *nulli arborum*, T d. *nullae arbores*, a. *nulli arbori*, βγ.

XXII. 34. Ceterae omnes extra praedictas — etenim enu- 82
merare longum est — folia deperdunt, observatumque non arescere nisi tenuia et lata et mollia, quae vero non decidant, callo crassa et angusta esse. Falsa definitio est non decidere his quarum pinguior sucus sit; quis enim potest in ilice intellegere? Decidere Timaeus mathematicus sole scorpionem transeunte sideris vi et quodam veneno aeris putat; cur ergo non eadem causa adversum omnis polleat, iure miremur. Cadunt plurumis autumno, quaedam tardius at- 83
que in hiemes prorogant moras, neque interest maturius germinasse, utpote cum quaedam primae germinent et inter novissimas nudentur, ut amygdalae, fraxini, sambuci; morus autem novissima germinat, cum primis folia dimittit. Magna 84
et in hoc vis soli; prius decidunt in siccis macrisque et vetustae prius arbori, multis etiam antequam maturescat fructus, ut serotinae fico et hibernae piro; et malo granatum quod est pomum tantum adspicit matrem. Neque his autem quae semper retinent comas eadem folia durant; subnascentibus aliis tum arescunt vetera, quod evenit circa solstitia maxume.

35. Foliorum unitas in suo cuique genere permanet praeter- 85
quam populo, hederae, crotoni quam et cici diximus vocari.
XXIII. Populi tria genera: alba ac nigra et quae Libyca appellatur, minuma folio ac nigerrima fungisque enascentibus

§ 82. *numerare*, a. — *longum* ē, d. *longum*, a$\beta\gamma$. — *decidunt*, d r. — *pinguior sucus*, a d. *succus pinguior*, $\beta\gamma$. — *vi*, a^{2}d. *sui*, a^1. — *et*, θTad. Om. β. — *veneno aeris*, a. *aeris veneno*, Td. — *putet*, a^1. — *adversus*, θ.

§ 83. *plurimi*, a. Ceterum h. l. significat Serv. ad Vergil. Aen. 6, 309., sumpta vero sunt omnia ex Theophr. l. l. I. 9, 6. — *tardius*, a. *tardius amittunt*, d$\beta\gamma$. — *hiemem*, Dalec. — *neque*, θadr. *nec*, β. — *germinant*, a. — *sabuci*, a; v. ad § 103. — *autem*, d. *haud*, a. At v. § 102. *item*, Dalec. — *novissima*, Tadr. *novissime*, β. — *et cum*, Dalec.

§ 84. *solis*, a. — *vetustate*, θa. — *ut*, d. *In*, a$\beta\gamma$. — *serotinę*, a d. *serotina*, $\beta\gamma$. — *fico*, θad. *ficu*, $\beta\gamma$. — *hibernae*, D. *hiberna*, a$\beta\gamma$. *hiberno*, d. — *malo granatum quod est*, a. *malagranatumque est*, D. *malagranatum est*, d. *malo granato est*, $\beta\gamma$. — *aspicit*, a: *aspici*, d$\beta\gamma$. — *matrem*, ita nos scripsimus. *in matrem*, a. *in matre*, d$\beta\gamma$. — *subnascentibus*, a. *sed subnascentibus*, d$\beta\gamma$. — *solstitia*, θTadr. *solstitium*, β. — *maxime*. *Foliorum*, θTadr. *Maxime foliorum*, β.

§ 85. *Foliorum unitas*, v. Theophr. l. l. I. 10, 1. — *ricinum*, Barbar. K. — *diximus* 15, 25. — *ac nigra*, θad. *nigra*, β. — *appellantur*, ad. — *enascentibus*, ad^2. *nascentibus*, d^1. *evanescentibus*. *Laudatissima alba*, r.

§ 86. *nigraeque et crotoni*, KT. *nigraeque et cotoni*, d. *nigraeque et cota*, a. *nigraeque et cotam*, θ. *nigraeque ut crotoni*, β. — *in iuventa*, a. *in iumenta*, d. *folia in iuventa*, $\beta\gamma$. — *circinnatae*, a. — *lanugo evolat*, adr. *lanugo. Evolat*, β. — *candidae* — *et ut villi*, Salmas. exerc. p. 233. a. C. Hanc vero coniecturam Plinii

laudatissima. Alba folio bicolor, superne candicans, inferiore 86
parte viridi; huic nigraeque et crotoni in iuventa circinatae rotunditatis sunt, vetustiora in angulos exeunt; e contrario hederae angulosa rotundantur. Populorum foliis grandissima lanugo evolat, candidae, traditae folio numerosiore, candida et ut villi. Folia granatis et amygdalis rubentia.

36. Mirum in primis id quod ulmo tiliaeque et oleae et 87
populo albae et salici evenit; circumaguntur enim folia earum post solstitium nec alio argumento certius intellegitur sidus confectum. XXIV. Est et publica omnium foliorum in ipsis 88
differentia; namque pars inferior a terra herbido viret colore; ab eadem leviora nervos callumque et articulos in superiore habent parte, incisuras vero supter ut manus humana. Oleae superne candidiora et minus levia, item hederae. Sed omnium folia cotidie ad solem oscitant, inferiores partis tepefieri volentia; superior pars omnium lanuginem quantulamcumque habet quae in aliis gentium lana est.

37. In oriente funis validos e foliis palmae fieri dictum 89
est eosque in umore utiliores esse. Et apud nos fere palmis a messe decerpuntur; ex his meliora quae sese non diviserint. Siccantur sub tecto quaternis diebus, mox in sole expanduntur et noctibus relicta, donec candore inarescant, postea in opera finduntur.

manum non restituere plura docent. Et primum quidem ipse Plin. illam populi speciem modo *albam*, non *candidam* dixerat; deinde de foliis numerosioribus huius populi nihil traditur; postremo in re adeo levi offendat necesse est mira illa collocatio verborum *candida et ut villi*, quae h. l. cum emphasi quadam rhetorica posita ut rem aliquam prorsus singularem exspectemus facit, ut nihil dicam de ipsis verbis *et ut villi*, quae nimis dure et languide adduntur. Codicum quoque lectionibus in illa coniectura nimis arbitrarie usus est Salmas., quae ita sese habent: *candidae tradita*, ar; *candida et radita*, Thuan. ap. Salmas.; *candida tradita*, T; *candidae traditae*, d; *folio*, ad; *filo*, T; *et ut villae*, θTad; *est ut iulus*, r. Certi aliquid de h. l. proferri non potest, praesertim cum Plin., uti Salmas. et Fée docuerunt, etiam in hac re multis sese implicuerit erroribus; non improbabile tamen videtur Plinium scripsisse *lanugo evolat candida et radiata filo numerosiore, candida* (sc. lanugo evolat) *et* (etiam) ..... In litteris scilicet *ut villae* latet arboris alicuius nomen, quae, quia similem populo lanuginem emittit, h. l. a Plinio ex more suo obiter additur. *candidae (tradita folio numerosiore candida) ut iulus*, β. *ut iuli*, Barbarus. *et ut uvae*, Harduin. Alia proponit Dalecampius.

§ 88. *filiorum*, a. *publica foliorum in omnibus ipsis differentia*, K. Ceterum v. Theophr. l. l. I. 10, 2. — *articulatos*, a[1]. — *uiolentia*, a.

§ 89. *foliis palmae*, ad. *palmae foliis*, $\beta\gamma$. — *dictum est* 13, 30. — *uere*, a. Ceterum v. Theophr. l. l. II. 6, 10. — *decerpantur*, a. — *ex his*, codd. Gel. *eis*, ad. — *sese non diviserint*, d (codd. Gel.) *esse non divisis erit*, a. — *tectu*, d. — *funduntur*, d.

38. Latissima fico, viti, platano, angusta myrto, punicae, 90
oleae, capillata pino, cedro, aculeata aquifolio et ilicum generi, — nam iuniperis spina pro folio est, — carnosa cupresso, tamarici, crassissima alno, longa harundini, salici, palmae et duplicia, circinata piro, mucronata malo, angulosa hederae, divisa platano, insecta pectinum modo piceae, abieti, sinuosa toto ambitu robori, spinosa cute rubo. Mordacia sunt qui- 91
busdam, ut urticis, pungentia pino, piceae, abieti, larici, cedro, aquifoliis; pediculo brevi oleae et ilici, longo vitibus, tremulo populis et iisdem solis inter se crepitantia. Iam et in pomo ipso, mali quodam in genere, parva mediis emicant folia, interim et gemina; praeterea aliis circa ramos, aliis et in cacumine ramorum, robori et in caudice ipso. Iam densa 92
ac rara semperque lata rariora, disposita myrto, concava buxo, inordinata pomis, plura eodem pediculo exeuntia malis pirisque, ramulosa ulmo et cytiso. Quibus adicit Cato decidua a populo quernaque, animalibus iubens dari non perarida, bubus quidem et ficulnea ilignaque et hederacea; dantur et ex harundine ac lauro. Decidunt sorbo universa, ceteris paulatim. Et de foliis hactenus.

XXV. 39. Ordo autem naturae annuus ita se habet. Pri- 93
mus est conceptus flare incipiente vento favonio ex a. d. fere VI. idus Februari. Hoc maritantur vivescentia e terra, quippe cum etiam equae in Hispania, ut diximus. Hic est genitalis spiritus mundi a fovendo dictus, ut quidam existumavere; flat ab occasu aequinoctiali ver inchoans. Catlitio- 94

§ 90. *punico*, ad. — *licum*, a. In universum v. Theophr. l. l. I. 10, 2. — *iuniperis*, θa. *iuniperi*, r. *iunipero*, dβγ. — *et*, a. *etiam*, dβγ. — *cercinata*, ad. — *tota*, a.

§ 91. *ilici*, d. *lici*, a. — *et ex caudice*, Dalec.

§ 92. *Nam*, d. — *denso*, ad. — *inordinata plurimis*, Schneid. ad Theophr. hist. plant. I. 10, 8. p. 69. — *Cato* de re rust. 5, 8. — *decidue*, d. *caedua*. Pint. — *a populo*, r. *a populo a*, ad. *populea*, codd. Gel. βγ. *a populo quercuque et ulmo ovibus*, Pint. — *lignaque*, ad. — *dentur*, a. — *soruo*, a.

§ 93. *naturae*, a. *a natura*, d. — *ex a. d.*, Pontedera antiquitt. p. 383. *exad*, d. *exin*, a. *circiter*, βγ. — *sexto*, β. — *Februi*, a. — *Hoc*, adr. *Hoc enim*, β. — *viviscentia*, Dalec. — *quippe cum*, θTadr. *quin*, K. *quo*, β. — *aeque*, a. *eque*, T. — *diximus* 8, 166. — *Hoc*, a. — *favendo*, r. V. Döderlein, *lat. Synonym.* 4, 107. — *noctiali*, ad.

§ 94. *Catlitionem*, ar (codd. Turn. adv. 24, 7.) *Catitionem*, T. *Caditionem*, d. *Catulitionem*, βγ. — *eaque*, θTadr. *eoque*, βγ. — *animam ferente*, θ. *anima inferente*, a. *animam inferente*, dβγ. — *natura ut animalia, alia protinus, tar-*

nem rustici vocant, gestiente natura semina accipere eaque animam ferente omnibus satis. Concipiunt variis diebus et pro sua quaeque natura, alia protinus, ut animalia, tardius aliqua et diutius gravida partus gerunt, quod germinatio ideo vocatur; pariunt vero cum florent flosque ille ruptis constat utriculis; sed educatio in pomo est; hoc et germinatio, laborum.

40. Flos est pleni veris indicium et anni renascentis, flos 95
gaudium arborum. Tunc se novas aliasque quam sunt ostendunt, tunc variis colorum picturis in certamen usque luxuriant. Sed hoc negatum plerisque; non enim omnes florent, et sunt tristes quaeque non sentiant gaudia annorum. Nam neque ilex, picea, larix, pinus ullo flore exhilarantur natalisve pomorum annuos versicolori nuntio promittunt, nec fici atque caprifici; protinus enim fructum pro flore gignunt. In 96
ficis mirabiles sunt et abortus qui numquam maturescunt; nec iuniperi florent. Quidam earum duo genera tradunt: alteram florere nec ferre, quae vero non floreat, ferre protinus bacis nascentibus quae biennio haereant; sed id falsum, omnibusque his dura facies semper. Sic et hominum multis fortuna sine flore est.

41. Omnes autem germinant, etiam quae non florent, 97
magna et locorum differentia, quippe cum ex eodem genere quae sunt in palustribus priora germinent, mox campestria, novissima in silvis; per se autem tardius piri silvestres quam cetera. Primo favonio cornus, proxume laurus pauloque ante aequinoctium tilia, acer, inter primas vero populus, ulmus,

dius aliqua, Pint. — *egerunt*, r. — *ille*, d. *illa*, a. — *ruptis*, d. *eprumptis*, a. *e promptis*, r. *flosque illico ruptis exstat*, Dalec. — *utriculis*, dr. *utriculi*, a. — *sed*, ar. Omitt. d$\beta\gamma$. — *educatio*, d. *dubitatio*, ar. *edubitatio*, θ. — *germinatio laborum*, Tad. *germinatio. Arborum*, β. *pomo. Est et hoc ut germinatio arborum*, K. Cum et scriptura β et scriptura codicum grammaticae non satisfaciat, utraque quodammodo inter se consociata legendum est *germinatio labor arborum. Flos* rel. coll. *flos est gaudium arborum* § 95.

§ 95. *plerumque*, r. — *non enim*, d. *nomen in*, a. *nam nec*, r. — *tristes*, a. *tristes quaedam*, d$\beta\gamma$. — *quaeque*, a. *quaeque ut*, d. — *sentiunt*, r. — *Namque*, d. — *annuos*, a. *recursus annuos*, d$\beta\gamma$. — *pro flore*, D^2. *flore*, D^1. *flores*, ad$\beta\gamma$.

§ 96. *abortivi*, r. — *eorum*, a^1. — *floreant*, d. — *protinus ferre*, d. — *nascentibus*, θTad. *subnascentibus*, β. — *his*, a. *iis*, d$\beta\gamma$.

§ 97. *quae*, a. *qui*, d$\beta\gamma$. — *colorum*, d. — *cornus*, Tadr. *germinat cornus*, β.

salix, alnus, nuces. Festinat et platanus; ceterae vere coe- 98
pturo, aquifolium, terebinthus, paliurus, castanea, glandes, serotino autem germine malus, tardissimo suber. Quibusdam geminatur germinatio nimia soli ubertate aut invitantis caeli voluptate, quod magis in herbis segetum evenit; in arbo-
ribus tamen nimia germinatio elassescit. Sunt aliae naturales 99
quibusdam praeterque vernam, quae suis constant sideribus quorum ratio aptius reddetur tertio ab hoc volumine; hiberna aquilae exortu, aestiva canis ortu, tertia arcturi. Has duas quidam omnibus arboribus conmunis putant, sentiri autem maxume in fico, vite, punicis, causam adferentes, quoniam in Thessalia Macedoniaque pluruma tum ficus exeat; maxume tamen in Aegypto adparet haec ratio. Et reliquae quidem 100
arbores, ut primum coepere, continuant germinationem; robur et abies et larix intermittunt, tripertita ac terna germina edunt; ideo et ter squamas corticum spargunt, quod omnibus arboribus in germinatione evenit, quoniam praeguantium rumpitur cortex. Est autem prima earum incipiente vere circiter xv diebus; iterum germinant transeunte geminos sole. Sic fit ut prima cacumina inpelli secutis adpareat genicu- 101
lato incremento. Tertia est earundem ad solstitium brevissima nec diutius septenis diebus, clareque et tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio. Vitis sola bis parturit, cum primum emittit uvam, iterum cum digerit. Eorum quae non florent partus tantum est et maturitas. Quaedam statim 102
in germinatione florent properantque in eo, sed tarde ma-

§ 98. *festinat et platanus*, v. Theophr. l. l. III. 4, 2. — *cetera*, ad. — *coepturo*, a (codd. Gel.) *conceptura*, d. *concepto*, K. — *serotinę*, a. — *germinę*, a. — *geminatur*, a. *germinatur*, d$\beta\gamma$. — *minima*, θad. — *sol*, a. — *magis*, om. d[1]. — *elacescit*, ad. *lassescit*, K. Scribendum videtur *elanguescit*, cum illud ἅπαξ εἰρημένον in lectione vulgata sit destitutum omni analogia.

§ 99. *quidam*, a. — *paterque*, ad. — *vernam*, a. *vernas*, d$\beta\gamma$. — *ficu*, d. — *tunc*, d.

§ 100. *Et reliquae*, v. Theophr. l. l. III. 5, 1. — *tripertita*, a. *tripartita*, r. *tripartito*, d$\beta\gamma$. — *ter*, d. *inter*, aβ. — *Est autem et prima*, T. — *concepto* vel *affecto vere*, Constant. ad Theophr. hist. plant. p. 132.

§ 101. *prima*, θTadr (codd. Gel.) *quima*, β. — *secutis*, vix sanum; mihi Plin. *secuturis* scripsisse videtur, cum coniunctio praesentis infinitivi cum participio perfecti h. l. vix ferri queat. — *a solstitio*, T. — *sola bis*, d. *sol ab his*, a. — *primum cum*, Dalec.

§ 102. *in eo sed* — *maturantque*, om. γ vitio operarum. — *tarde maturescunt*, ad. *maturescunt tarde*, $\beta\gamma$. — *ut*, om. a. — *Serotina*, ad. — *ut*, om. d[1]. —

turescunt, ut vites. Serotino quaedam germinatu florent maturantque celeriter, sicuti morus quae novissima urbanarum germinat nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum; sed cum coepit, in tantum universa germinatio erumpit ut una nocte peragatur et iam cum strepitu.

42. Ex his quae hieme aquila exoriente, ut diximus, con- 103
cipiunt floret prima omnium amygdala mense Ianuario, Martio vero pomum maturat. Ab ea proxumae florent Armeniaca, dein tuberes et praecoces, illae peregrinae, hae coactae; ordine autem naturae silvestrium primae sambucus cui medulla pluruma et, cui nulla, cornus mascula; urbanarum malus parvoque post, ut simul possit videri, pirus et cerasus et prunus. Sequitur laurus, illam cupressus, dein punica, 104
fici; et vites et oleae florentibus iam his germinant, concipiunt vergiliarum exortu; hoc sidus illarum est. Floret autem solstitio vitis et quae paulo serius incipit olea. Deflorescunt omnia septenis diebus, non celerius, quaedam tardius, sed nulla pluribus bis septenis, omnia et intra VIII. idus Iul. etesiarum praecursu.

XXVI. 43. Nec statim fructus sequitur in aliquibus. Cor- 105
nus enim circa solstitia reddit primo candidum, postea sanguineum; ex eo genere femina post autumnum fert bacas acerbas et ingustabilis cunctis animantibus, ligno quoque fungoso et inutili, cum mas e fortissimis durissimisque sit; tanta differentia ab eodem genere fit. Sed et terebinthus 106
messibus reddit semen, et acer et fraxinus, nuces et mala et pira praeterquam hiberna aut praecocia autumno, glan-

peragatur et iam, D². *perageretur iam*, D¹. *perageret etiam*, a. *peragat etiam*, d $\beta\gamma$. — *sterritu*, θ.

§ 103. *ut diximus* § 99. — *florent primo* — *amygdalae*, T d. — *pomum matura*, a. *pomum maturant*, d. *pomo matura*, r. — *proximae*, a. *proxime*, d $\beta\gamma$. — *Armenia cadent in*, a. *Armenia cadunt in*, d. — *hae*, d. *ac*, a. — *sabucus*, a. In hoc nomine scribendo codices variant, ut vel optimi modo *sambucus*, modo *sabucus* exhibeant; retinui igitur scripturam vulgatam, quamquam non multum abfuit, quin alteram veriorem haberem. — *macula*, a. — *urbanorum*, a d. — *possit videri*, a d. *videri possit*, $\beta\gamma$.

§ 104. *illam*, T a. *illamque*, d $\beta\gamma$. — *et vites*, a d. *at vites*, $\beta\gamma$. — *his*, a. *iis*, d $\beta\gamma$. — *V. idus*, Pontedera antiquitt. p. 389. — *praecursum*, d.

§ 105. *ex aliquibus*, T. — *animalibus*, T. Ceterum v. Theophr. l. l. III. 4, 3. — *fungoso et inutili*, r. *fumigoso et inutili*, a. *fungosa et inutilis*, d $\beta\gamma$. — *cum mas e*, Barbar. d. *summa se*, a. — *durissimisque*, D². *que*, D¹ a d. *quoque*, $\beta\gamma$.

§ 106. *Sceu et*, a. *seu. Et*, d. — *praecocia. Autumno glandiferae; serius etiamnum vergiliarum occasu. Aeschulus*, K.

diferae serius etiamnum, vergiliarum occasu, aesculus tantum autumno, incipiente autem hieme quaedam genera mali pirique et suber. Abies flores croci colore circa solstitium, semen reddit post vergiliarum occasum; pinus autem et picea praeveniunt germinatione quindecim fere diebus, semen vero post vergilias et ipsae reddunt.

44. Citreae et iuniperus et ilex anniferae habentur novos- 10
que fructus in his cum annotino pendet. In maxuma tamen admiratione pinus est; habet fructum maturescentem, habet proxumo anno ad maturitatem venturum ac deinde tertio; nec ulla arborum avidius se promittit; quo mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit alia; sic dispensatur ut nullo non mense maturescant. Quae se in arbore ipsa divisere, azaniae vocantur laeduntque ceteras nisi detrahantur.

45. Fructum arborum solae nullum ferunt hoc est ne se- 10
men quidem tamarix scopis tantum nascens, populus, alnus, ulmus Atinia, alaternus cui folia inter ilicem et olivam. Infelices autem existumantur damnataeque religione quae neque seruntur umquam neque fructum ferunt. Cremutius auctor est numquam virere arborem, ex qua Phyllis se suspenderit. Quae cummim gignunt post germinationem aperiuntur; cummis non nisi fructu detracto spissatur.

46. Novellae arbores carent fructu quamdiu crescunt; per- 10
dunt facillime ante maturitatem palma, ficus, amygdala, malus, pirus, item punica quae etiam roribus nimiis et pruinis florem amittit. Qua de causa inflectunt ramos eius, ne subrecti umorem infestum excipiant atque contineant. Pirus et amygdala, etiamsi non pluat, sed fiat austrinum caelum aut nu-

flores, a. *floret*, Td. — *cocci*, K. — *semen vero reddit*, K. — *autem*, om. d. — *XV diebus*, r. — *vero*, d. *vere*, θa. — *et ipsae*, post *vero* collocant Td.

§ 107. *Cedri*, K. — *anniferae*, d (codd. Gel.) *annui fere*, a. *annuae fere*, K. — *annotino*, ad (codd. Gel.) *autumno*, r. — *quo mense*, d. *quō si*, a. — *sic*, ad. *et sic*, βγ. — *nulla*, ad. — *maturescunt*, a. — *ipsi*, d. — *azaniae*, θTad. *zamiae*, β.

§ 108. *tamaris*, a. — *scopis*, d. *copiis*, a. — *quae neque*, d. *neque*, D. Idem habet a cum spatio unius vel duarum litterarum ante v. *neque* relicto. — *Cremotius*, r. — *gummim*, adδρφ (ap. Gronov. ad 22, 23.) *gummum*, ϑ. *gummini*, θ. *gummi*, βγ. — *aperiunt*, ad. — *gummis*, Tadδϑρφ. *gummi*, βγ. — *non*, Tad. *vero non*, βγ.

§ 109. *subrecti*, θTar. *subrepti*, d. *subiecti*, β. — *deflorueri*t, d.

§ 110. *Homero* Odyss. *x*, 510. Ceterum v. Theophr. l. l. III. 1, 3. — *frugiperdia*, d. *frugiferdie*, a. — *secuta*, Tadr. *secutaque*, β. — *ex depacto*, K. — *reddit*, r. — *Una* rel., Theophr. l. l. III. 3, 4. — *tantum*, K. — *descenso*, a. — *torum*, a. *edorum*, d.

bilum, amittunt florem et primos fructus, si, cum defloruere, tales dies fuerint. Ocissime autem salix amittit semen an- 110
tequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero frugiperda; secuta aetas scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse constat. Sed in hoc quoque providens natura facile nascenti et depacto surculo incuriosius semen dedit. Una tamen proditur ad maturitatem perferre solita in Creta insula ipso descensu Iovis speluncae torvom ligneumque magnitudine ciceris.

47. Fiunt vero quaedam loci vitio infructuosa, sicut in 111
Paro silva caedua quae nihil fert; Persicae arbores in Rhodo florent tantum. Fit haec differentia et ex sexu, in iisque mares non ferunt; aliqui hoc permutantes maris esse quae ferant tradunt. Facit et densitas sterilitatem.

48. Gignentium autem quaedam et lateribus ramorum et 112
cacuminibus ferunt, ut pirus, punica, ficus, myrtus; cetero eadem natura quae frugibus; namque et in eis spica in cacumine nascitur, legumina in lateribus. Palma sola, ut dictum est, in spathis habet fructum racemis propendentem.

49. Reliquis sub folio pomum ut protegatur, excepta fico 113
cui folium maxumum umbrosissimumque et ideo supra id pomum; ei demum serius folium nascitur quam pomum. Insigne proditur in quodam genere Ciliciae, Cypri, Helladis, ficos sub folio, grossos vero post folium nasci. Ficus et praecocis habet quas Athenis prodromos vocant; in Laconico genere maxume sunt et biferae in iisdem.

§ 111. *loci*, θ T a d. *et loci*, codd. Barbari, β. *ut in loci*, K. — *caedua*, codd. Barbari. *cendę*, a. *cende*, d. — *et ex*, d. *ex*, a. *e*, D[1]. *et*, D[2]. Ceterum v. Theophr. l. l. III. 3, 5. — *sexu in iisque*, d. *vicinis quę*, a. Haec scriptura, et quod voces *in iisque* non habent quo referantur, scripturam vulgatam de mendo suspectam reddit. — *permutantes*, a. *permutant et*, d. — *ferunt*, a.

§ 112. *ut*, d. *et*, a. — *cetero*, d. *cetera*, a. *ceteris*, r. — *matura*, a. — *et in eis*, a d. *et in his*, T. *ut eis*, K. — *nascitur ita legumina siliquae in lateribus*, K. — *dictum est* 13, 30.

§ 113. *ficu*, d. — *umbrissimumque*, a d. — *ei demum*, θ T K a d. *et demum*, r. *eidemque*, β. — *ferius*, a. — *in*, d. *ut*, a. — *post*, a d. *supra*, r. — *maxime*, a d. *maximae*, β. Huic voci a β γ addunt *sunt*, quod ego cum D d omisi ut natum ex repetitione eiusdem vocis statim sequentis. Ita vero coniuncta utraque enuntiatione quantum lucretur oratio, non est quod pluribus doceam; verba autem Theophrasti de caus. plant. V. 1, 8. ab Harduino huc relata ex parte tantum huc spectant. — *biferae*, d. *ibi fere*, a. — *isdem*, a. *eisdem*, d β γ.

XXVII. 50. In Cea insula caprifici triferae sunt; primo fetu 11
sequens evocatur, sequenti tertius; hoc fici caprificantur; et caprifici autem ab adversis foliis nascuntur. Biferae et in malis ac piris quaedam, sicut et praecoces. Malus silvestris bifera; sequens eius fructus post arcturum in apricis maxume. Vites 11
quidem et triferae sunt quas ob id insanas vocant, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. M. Varro auctor est vitem fuisse Zmyrnae apud mare biferam et malum in agro Consentino; hoc autem evenit perpetuo in Tacapensi Africae agro, de quo plura alias; ea est soli fertilitas. Trifera est et cupressus; namque bacae eius colliguntur mense Ianuario et Maio et Septembri, ternasque earum gerit magnitudines. Est vero et in ipsis arboribus etiam onustis pe- 11
culiaris differentia; summa sui parte fertilior est arbutus, quercus, inferiore iuglandes, fici mariscae. Omnes, quo magis senescunt, hoc maturius ferunt, et in apricis locis nec pingui terra. Silvestriora omnia tardiora; quaedam ex his omnino nec maturescunt. Item quae subarantur aut quae ablaqueantur celeriora neglectis; haec et fertiliora.

51. Est etiamnum aetatis differentia. Amygdala enim et 11

§ 114. *Ceo*, ad. *caeco*, D[1]. *coho*, D[2]. Vulgatam vero tuetur Athenaeus 3. p. 77. E. — *fetus*, a. — *fructum*, a.

§ 115. *insanas*, d. *infra*. *sanas*, a (ibi littera *b* erasa, ubi nunc punctum positum). V. Theophr. de caus. plant. I. 11, 3., ubi v. Schneider. p. 47. — *his*, a. — *Varro* de re rust. I. 7, 6. — *Smyrnae*, a d $\beta\gamma$. — *mare biferam*, ita Varro. *matream antriferam*, θ. *matream triferam*, T. *matrean triferam*, d. *matrem antriferam*, a. *Matroum biferam*, Pint. γ. Iam illud quidem Pintianum recte vidisse apparet, *mare* neque apud Plinium neque apud Varronem ferri posse. Quis enim umquam dixerit: *vites biferae Smyrnae apud mare fuerunt*? Permira sane haec esset loci alicuius indicandi ratio, qua si uti voluissent Varro et Plinius, certe *in litore maris* scripsissent. Huc accedebat apud Pintianum scriptura codicis T, quacum ceteri codd. postea collati plus minusve conspirant; neque paulum Pintiani coniecturam sustentat ipse Plin. 14, 54., ubi ait: *nascitur* (sc. vinum Pramnium) *Zmyrnae regione iuxta delubrum matris deum*. Quod autem ad ipsum nomen a Pintiano inventum attinet, minus ei quam de ipsa re assentiri possum, cum *Ματρῷον* ipsis Graecis sit inauditum, Plin. vero certe hoc nomine abstinuerit, qui, ubicumque illius deae fanum aliquod commemoravit, aliter est locutus. Hinc ex vestigiis codicum scribendum est *apud Matrem magnam*, quo nomine Plin. Cybelen dicit 2, 208. 36, 17., eaque verba significant *apud delubrum Matris magnae*, uti ipse Plin. dixit 31, 15. *In Boeotia iuxta Trophonium deum* — — *duo sunt fontes*. Uti vero Plinii verba ita sunt restituenda, ita apud Varronem quoque, cuius meliore exemplari usus est Plin., legendum erit, quod tamen non valet de adiectivo *bifera*. Hoc enim in eo codice Plinii, ex quo nostra certe exemplaria emanarunt, a nasutulo aliquo librario temere in *trifera* est mutatum, ita legendum opinante, quia Plin. modo de vitibus triferis, quas insanas vocabant, dixerat. Iam vero si hanc nimiam fertilitatem etiam h. l. Plin.

pirus in senecta fertilissimae ut et glandiferae et quoddam genus ficorum, ceterae in iuventa tardiusque maturantes, quod maxume notatur in vitibus; vetustioribus enim vinum melius, novellis copiosius. Celerrime vero senescit et in senecta deteriorem fructum gignit malus; namque et minora poma proveniunt et vermiculis obnoxia; quin et in ipsa arbore nascuntur. Ficus sola ex omnium arborum fetu matu- 118
ritatis causa medicatur, iam quidem ex portentis, quoniam maiora sunt pretia praeposteris. Omnia autem celerius senescunt praefecunda; quin et protinus moriuntur aliqua, caelo fecunditatem omnem eblandito, quod maxume vitibus evenit. XXVIII. Contra morus tardissime senescit, fructu minume 119
laborans; tarde et quorum crispa materies, ut palma, acer, populus. XXIX. Et subarata ocius senescunt, silvestria autem tardissime. Atque in totum omnis cura fertilitatem adicit, fertilitas senectam; ideo et praeflorent talia et praegerminant, tota praecocia fiunt, quoniam omnis infirmitas caelo magis oboedit.

52. Multae plura gignunt, ut diximus in glandiferis, in- 120
ter quas laurus uvas suas, maxumeque sterilis quae non

commemorare voluisset, tum meliore transitu fere sic eum scripturum fuisse credibile est: *Talem Varro auctor est fuisse Zmyrnae*; atque de vitibus triferis Plinium hic dicere noluisse ostendunt verba sequentia: *hoc autem* (sc. ut biferae sint) *evenit perpetuo in Tacapensi Africae agro*, coll. 18, 189. *Super omnia est bifera vite bis anno vindemiare.* — *Consentina*, a. — *Tacapensi*; pro h. v. habent *Venesi* θ T a d. — *apricae*, a. — *alias* 18, 188. 189. — *gerit*, ad. *generit*, θ. *gerunt*, K. *generis*, Dalec.

§ 116. *Est vero et* rel., Theophr. hist. plant. I. 14, 2. — *fertilior est*, a. *fertiliores*, T d γ. — *his*, a. *iis*, d β γ. — *nec*, T a d r. *non*, β. At alibi quoque Plin. media in oratione hac particula ita utitur, ut sit i. q. *etiam non*; v. 2, 146. 181. 3, 2. 71. 11, 85. 14, 7. 117. 15, 22. 57. 17, 20. 18, 137. 22, 136. — *haec*, d. *bacae*, a.

§ 117. *Est*, omitt. a d. *Et*, K. — *ut et*, θ T a d. *ut*, β. — *cetera in iuventa*, d. *cetera eius inventa*, a. — *vina*, a. *uvam*, d. — *et in ipsa*, d. *et ipsa*, a.

§ 118. *causam*, r. — *medicatur*, d. *meditatur*, a r. — *ex*, a. *et*, T d. — *praeproperis*, Pint.

§ 119. *fructu*, T a d r. *fructus*, θ. *fructibus*, β. — *et quorum*, a. *et ea quorum*, T d. — *palma acer*, a d. *acer palma*, β γ. — *opulus*, Schneid. ad Columell. V. 8, 7. — *silvestria*, Theophr. de caus. plant. II. 11, 3. — *talia*, Barbar. *alia*, a d. — *et quae germinant*, r. — *tota*, a r. *totum*, d. *atque in totum*, β γ. — *oboedit*, ita nos scripsimus. *ob oidit*, θ. *ob oc///dit*, D. *oboccidit*, T a d. *accidit*, r. *obnoxia est*, codd. Gel. β γ. Scripturam a nobis receptam confirmant cod. a § 228. 17, 137., Cicero de re publ. 3, 29., ubi v. Maium, et Paulus Diaconus p. 187. ed. Müller. *oboedire obaudire.*

§ 120. *Multae*, T a d. *Multae vero*, β γ. Ceterum v. Theophr. hist. plant. III. 7, 3. — *diximus* § 26 seqq. — *inter quę laurus*, d. *interque laurus*, a.

gignit aliud; ob id a quibusdam mas existumatur. Ferunt et abellanae iulos conpactili callo ad nihil utilis; XXX. pluruma vero buxus; nam et semen suum et granum quod crataegum vocant, et a septentrione viscum, a meridie hyphear, de quis plura mox paulo; interdumque pariter res quaternas habent.

53. Arbores quaedam simplices, quibus a radice caudex 12
unus et rami frequentes, ut olivae, fico, viti, quaedam fruticosi generis, ut paliurus, myrtus, item nux abellana quin immo melior et copiosior fructu, in pluris dispersa ramos. In quibusdam omnino nullus, ut in suo genere buxo, loto transmarinae. Quaedam bifurcae atque etiam in quinas partis 12
diffusae, quaedam dividuae nec ramosae, ut sambuci, quaedam individuae, ramosae, ut piceae; quibusdam ramorum ordo, sicut piceae, abieti, alias inconditus, ut robori, malo, piro. Et abieti quidem subrecta divisura ramique in caelum tendentes, non in latera proni. Mirum, cacuminibus eorum de- 12
cisis moritur, totis vero detruncatis durat; et si infra quam rami fuere praecidatur, quod superest vivit, si vero cacumen tantum auferatur, tota moritur. Alia ab radice bracchiata, ut ulmus, alia in cacumine ramosa, ut pinus, lotos sive faba Graeca quam Romae a suavitate fructus silvestris quidem, sed cerasorum paene natura, loton appellant. Praecipue do- 12
mibus expetitur ramorum petulantia brevi caudice latissima exspatiantium umbra et in vicinas domos saepe transilientium. Nulla opacitas brevior, nec auferunt solem hieme, decidentibus foliis; nullis cortex iucundior aut oculos excipiens blandius, nullis rami longiores validioresque aut plures, ut

crataegum, R d (in indice huius libri). *crategum*, θ K. *grata egum*, a. *gratecum*, T d (hoc loco). *carthegon*, β. V. Theophr. l. l. III. 15, 5. — *quis*, a. *quibus*, d β γ. — *mox paulo* § 245.

§ 121. *Arbores*, T a d. *Arborum*, β. — *item*, om. T. — *qui in imo*, d. — *melior*, a. *melior est*, d β γ. — *In quibusdam*, a. *haec d quibus*, d. Ceterum v. Theophr. l. l. I. 8, 2. — *nullum*, a. — *buxi*, a d.

§ 122. *diffissae*, K. — *individuae*, K. — *sabuci*, a. *ut sambuci* — *ramosae* om. γ vitio operarum. — *ut piceae*; pro his vv. habet *ut piseae* a, *ut pisee* d. — *alias*, a d. *aliis*, β. — *inconditi*, K.

§ 123. *Mirum*, Theophr. l. l. III. 7, 2. — *infrd*, d. *intra*, θ a r. — *lotos sive*, omitt. T d. — *ac*, d. — *natura*, omitt. T d.

§ 124. *Nulla*, θ d r. *Nulli*, a β γ. — *auferunt*, a d. *aufert*, β γ. — *nullis*, θ a d. *nulli*, β γ. — *nullis*, θ a d. *nulli*, β γ. — *ramis*, a. — *arbore*, a. — *Malis*, Theophr. l. l. I. 8, 3. — *proprii nodi*; *ferarum*, Pint. — *uni ramo pluribus*, Dalec.

dixisse totidem arbores liceat. Cortice pellis tingunt, radice lanas. Malis proprium genus; ferarum enim rostra reddunt, adhaerentibus uni maxumo minoribus.

54. Ramorum aliqui caeci qui non germinant, quod natura 125
fit, si non evaluere, aut paena, cum deputatos cicatrix hebetavit. Quae dividuis in ramo natura est, haec viti in oculo, harundini in geniculo. Omnium terrae proxuma crassiora. In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, ulmus et si qua unistirpia. Ramosarum cerasus etiam in XL cubitorum trabis aequali per totam duum cubitorum crassitudine reperitur. Quaedam statim in ramos sparguntur, ut mali.

XXXI. 55. Cortex aliis tenuis, ut lauro, tiliae, aliis crassus, 126
ut robori, aliis levis, ut malo, fico, idem scaber robori, palmae, omnibus in senecta rugosior. Quibusdam rumpitur sponte, ut viti, quibusdam etiam cadit, ut malo, unedoni; carnosus, ut suberi, populo, membranaceus, ut viti, harundini; libris similis ceraso, multiplex tunicis, ut vitibus, tiliae, abieti, quibusdam simplex, ut fico, harundini.

56. Magna et radicum differentia: copiosae fico, robori, 127
platano, breves et angustae malo, singulares abieti, larici; singulis enim innituntur quamquam minutis in latera dispersis; crassiores lauro et inaequales, item oleae cui et ramosae; at robori carnosae. Robora suas in profundum agunt. Si Vergilio quidem credimus, aesculus, quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Oleae malisque et cupressis 128
per summa caespitum, aliis recto meatu, ut lauro, oleae, aliis flexuoso, ut fico. Minutis haec capillamentis hirsuta, ut abies

§ 125. *hebetaverit*, d. — *roma*, a. — *vitii*, d. — *ulmis*, a. — *Ramosarum*, Theophr. hist. plant. III. 13, 1. — *totam*, θ a d. *totum*, β. — *reperitur*, om. r.

§ 126. *scabę*, d. Ceterum v. Theophr. l. l. I. 5, 1. 2. — *palmae*, *quibusdam in*, Pint. — *rugiosior*, a. — *Quibusdam radicis specie ut viti*, Pint. — *ut malo, unedoni*, corrupta censet Scaliger ad Theophr. l. l. p. 18. — *ut suberi*, d. *suberi*, a β γ. — *ut vitibus*; delenda est h. l. particula *ut* orta ex proxima voce; ita pariter in verbis paribus omittitur ante *ceraso*, recte vero ponitur ante *fico*, quia ibi *quibusdam* praecessit.

§ 127. *innitentur*, a. Ceterum v. Theophr. l. l. I. 6, 3. — *minutis*, θ T a d. *minimis*, β. — *at*; post h. v. in cod. a sunt duae litterae erasae. — *Vergilio* georg. 2, 291. — *eminet corpore*, d.

§ 128. *malisque*, a d r. *malis*, β. — *hirsuta et abies*, a d. *hirsuta abieti multisque*, K. Qui locum, qualis vulgo exstat, accuratius inspexerit, omni eum nexu

multaeque silvestrium, e quibus montani praetenuia fila decerpentes spectabilis lagenas et alia vasa nectunt. Quidam 12
non altius descendere radices quam solis calor tepefaciat, idque natura loci tenuioris crassive dixere, quod falsum arbitror; apud auctores certe invenitur, abietis planta cum transferretur, VIII cubitorum in altitudine, nec totam refossam sed abruptam. Maxuma spatio atque plenitudine et citri est; ab ea platani, roboris et glandiferarum. Quarun- 13
dam radix vivacior superficie, ut lauri; itaque cum trunco inaruit, recisa etiam laetius fruticat. Quidam brevitate radicum celerius senescere arbores putant, quod coarguunt fici quarum radices longissimae et senectus ocissima. Falsum arbitror et quod aliqui prodidere radices arborum vetustate minui; visa enim est annosa quercus eversa tempestatis vi iugerum soli amplexa.

57. Prostratas restitui plerumque et quadam terrae cica- 13
trice vivescere volgare est; familiarissimum hoc platanis quae plurumum ventorum concipiunt propter densitatem ramorum, quibus amputatis levato onere in sua scrobe reponuntur; factumque iam est hoc et in iuglandibus oleisque ac multis aliis. XXXII. Est in exemplis et sine tempestate ullave 13

grammatico destitutum videbit. Quo enim referatur *haec* et quid facies ex miris nominativis *abies multaeque*, qui unde apti sint, nemo demonstrabit? Neque enim ipsa abies multaeque silvestrium illa capillamenta gignere dicuntur, sed earum radices. Primum igitur ex vestigiis codicum scribendum: *minutis hae* (sc. radices, quae flexuoso meatu expanduntur) *capillamentis hirsutae*, ut haec enuntiatio per appositionem superioribus annectatur. Deinde quaedam exciderint necesse est, quod inde certissime sequi videtur, quod montani sua vasa non e capillamentis radicis fici, sed abietis aliarumque silvestrium nectebant. Quodsi perpendimus, quam saepe voces interierint per similitudinem vicinarum, non improbabile mihi est Plinium scripsisse *ea* (sc. capillamenta) *habet et abies multaeque silvestrium*. — *lagoenas*, a.

§ 129. *tenuioris*, Td. *tenuiores*, aK. — *crassive*, D². *gravissive*, D¹. *gravissime*, a. *gravisve*, Td. *crassioresve*, K. *crassiorisve*, $\beta\gamma$. *tenuiores sive grandissimas dixere*, Scaliger ad Theophr. hist. plant. p. 37., quem v. ibid. I. 7, 1. et de caus. plant. I. 7, 12. — *abietis*; de larice (πεύκη) narrat Theophr. hist. plant. II. 5, 2. — *plantae*, Pint. — *in altitudine*, a. *in altitudinem*, Td. *altitudine radicem fuisse*, K. — *cedri*, K.

§ 130. *laurus*, d. — *truncus*, K. — *aliqui*, d. *aliqui ut*, a. — *vetustate minui; visa*, d. *vetustatem indivisa*, a. — *enim est*, θa. *est enim*, d. *etenim est*, $\beta\gamma$. — *annosae* et *eversae*, Pint. — *tempestatis vi*, d. *tempestatis ut*, a. *vi tempestatis*, $\beta\gamma$. — *iugerum*, ad. *et iugerum*, $\beta\gamma$.

§ 131. *vivescere*, θadr. *reviviscere*, β. Ceterum v. Theophr. l. l. IV. 16, 2. — *familiarissimum*, Tad. *Et famil.*, $\beta\gamma$. — *levato*, Tadr. *levatae*, $\beta\gamma$. — *suo*, d. — *hoc et*, ad. *hoc*, $\beta\gamma$.

§ 132. *alia*, om. r. — *populi Romani*, θadr. *populo Romano*, Brisson. de

causa alia quam prodigi cecidisse multas ac sua sponte resurrexisse. Factum hoc populi Romani Quiritibus ostentum Cimbricis bellis Nuceriae in luco Iunonis ulmo, postquam etiam cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipsam procumbebat, restituta sponte, ita ut protinus floreret, a quo deinde tempore maiestas populi Romani resurrexit, quae ante vastata cladibus fuerat. Memoratur hoc idem factum et in 133
Philippis salice procidua atque detruncata, et Stagiris in museo populo alba, omnia fausti ominis. Sed maxume mirum, Antandri platanus etiam circumdolatis lateribus restibilis sponte facta vitaeque reddita longitudine quindecim cubitorum, crassitudine quattuor ulnarum.

58. Arbores quas naturae debeamus tribus modis nascun- 134
tur, sponte aut semine aut ab radice. Cura numerosior exsistit, de qua suo dicemus volumine; nunc enim totus sermo de natura est multis modis mirisque memorabili. Namque non omnia in omnibus locis nasci docuimus, nec translata vivere; hoc alias fastidio, alias contumacia, saepius inbecillitate eorum quae transferantur evenit, alias caelo invidente, alias solo repugnante.

59. Fastidit balsamum alibi nasci ....., Assyria malus 135

formulis p. 57. ed. Bach., β. V. Gronov. obss. 4, 14. ad Gell. 1, 12., *Niebuhr*, *Röm. Gesch.* 1, 326. et *Becker*, *Röm. Alterth.* 2, 23. — *bellum*, a[1]. — *amputamentatum*, θa. — *populi Romani*, d. *py*, a. — *fuerat cladibus*, d.

§ 133. *musaeo ropulo*, a. — *restibulis*, a.

§ 134. *extitit*, a. — *dicemus* 17, 58 seqq. — *est*, om. d. — *docuimus* variis locis. — *hoc alias*, T. *haec alias*, d. *hoc aliaque*, θa. *hocque alias*, β. — *transferantur*, θa. *transferuntur*, dβ.

§ 135. *nasci Assyria*, codd. Gel., quam lectionem retinui, lacuna tamen indicata. *nasci natura nisi in Syria*, a (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 677. a. E.) *nasci natura Syria*, θT d. *nasci*, *nata Assyria*, Hard. γ. Iam cum ipse Plin. 12, 111. disertissime narret balsamum uni terrarum Iudaeae concessum esse, per scripturam optimi codicis a *nisi in* paene inviti eo ducimur, ut Plinium scripsisse dicamus *nisi in Iudaea*. Illis vero vocibus *nisi in* cum in eodem libro praemissa legatur vox *natura*, quae librario codicis r ansam ineptae suae interpolationis proferendae dedit: *nasci. Natura nisi in Syria noluit; nec non et palmam nasci ubi aut natam*, ulterius etiam nobis progrediendum est. Tantum enim abest, ut eam mero casui tribuamus, ut detecta huius vocis origo nos ad maiorem lacunam detegendam certissime ducere videatur. In iis scilicet plantis, quae uni modo terrae propriae erant, certo primum locum obtinuerunt tura, quae ipse Plin. 12, 51. nulli terrae fuisse dicit praeter Arabiam. Balsamum et malum Assyriam si nostro loco hoc nomine commemoravit Plin., permirum est, si tura omisit; at non omisit, verum interierunt casu et oscitantia librariorum. In voce scilicet *natura* ille frutex clarissime prostat, et, nisi fallor, Plin. ita scripserat: *Fastidit balsamum alibi nasci nisi in Iudaea, tura nisi in Arabia, Assyria malus* rel. Voces *nisi in* bis recurrentes primus, ut saepis-

alibi ferre, nec non et palma ubique nasci aut nata parere vel cum promisit etiam ostenditque educare, tamquam invita pepererit. Non habet viris frutex cinnami in Syriae vicina perveniendi. Non ferunt amomi nardique deliciae ne in Arabia quidem ex India et nave peregrinari; temptavit enim Seleucus rex. Illud maxume mirum ipsas plerumque arbores 13
exorari ut vivant atque transmigrent, aliquando et a solo inpetrari ut alienas alat advenasque nutriat, caelum nullo modo flecti. Vivit in Italia piperis arbor, casiae vero etiam in septentrionali plaga, vixit in Lydia turis; sed unde sorbentes sucum omnem ex iis soles coquentesve lacrimam? Illud proxume mirum mutari naturam in iisdem atque pro 13
indiviso valere. Cedrum aestuosis partibus dederat, et in Lyciis Phrygiisque montibus nascitur. Frigus inimicum lauro fecerat, sed in Olympo copiosior nulla est. Circa Bosporum Cimmerium in Panticapaeo urbe omni modo laboravit Mithridates rex et ceteri incolae sacrorum certe causa laurum myrtumque habere; non contigit, cum teporis arbores abundent ibi, punicae ficique, iam mali et piri laudatissimae. Frigidas eodem tractu non genuit arbores, pinum, abietem, 13
piceam. Et quid attinet in Pontum abire? iuxta Romam ipsam castaneae cerasique aegre proveniunt, persica in Tusculano; nam nuces Graecae cum taedio inseruntur, Tarracina silvis scatente earum.

sime apud Plinium factum fuisse tam ex codice Bambergensi aliisque bonis libris, quam ex Pseudo-Appuleii fragmento nunc scimus, fuerunt fons erroris, unde ceteri derivati. Nomen autem *Arabia* per vicinitatem simillimi nominis *Assyria* est absorptum. Superest malus Assyria, in cuius proprietate describenda brevior esse posse sibi videbatur Plin. Cum enim 12, 61. eam non nisi apud Persas et Medos ferre dixisset, id hoc loco denuo addere noluit, confisus lectores ex ipso nomine *Assyria* rei naturam facile assecuturos. — *ubique nasci*, ad. *nasci ubique*, $\beta\gamma$. — *vel*, ad. *sed*, T. — *promisit ostenditque etiam*, r. — *educare*, Tadr. *ea educare*, $\beta\gamma$. — *tamquam*, Ta. *quae tamquam*, d$\beta\gamma$. — *pepererit*, a. *peperit*, Td$\beta\gamma$. — *et nave*, θTadr. *nave*, β. — *peregrinavit*, ad.

§ 136. *plerumque arbores*, ad. *arbores plerumque*, $\beta\gamma$. — *aliquorsum*, r. — *advenasque*, ad. *aliasque*, T. — *modo*, ad (codd. Gel.) *modo quit*, K. — *vixit*, Tadr. *vixit et*, β. — *scorbentes*, a. — *his*, a. — *solis*, a. — *coquentesve*, Tad. *coquentesque*, $\beta\gamma$.

§ 137. *iisdem*, θ. *iisdem locis*, adrβ. — *pro indiviso*, d (codd. Gel.) *in proviso*, ar. *improviso*, K. *ex improviso*, θ. — *Cedrum* rel., Theophr. l. l. IV. 5, 3. — *et*, adr. *at*, codd. Gel. β. — *frugibusque*, d. — *certi*, d. *certaminum*, Pint. — *temporis*, θad. Om. r.

§ 138. *idem tractus* vel *natura eodem tractu*, K. — *quit*, a. — *nam*, ar. *nec non*, d$\beta\gamma$. — *silva*, T. *inseruntur. Tarracina silvis scatet earum*, r.

XXXIII. 60. Cupressus advena et difficillime nascentium 139
fuit, ut de qua verbosius saepiusque quam de omnibus aliis
prodiderit Cato, natu morosa, fructu supervacua, bacis torva,
folio amara, odore violenta ac ne umbra quidem gratiosa,
materie rara, ut paene fruticosi generis, Diti sacra et ideo
funebri signo ad domos posita; femina sterilis diu. Metae 140
demum adspectu non repudiata distinguendis tantum pinorum
ordinibus, nunc vero tonsilis facta in densitate parietum coer-
citaque gracilitate perpetuo tenera trahitur etiam in picturas
operis topiarii, venatus classisve et imagines rerum tenui
folio brevique et virenti semper vestiens. Duo genera earum:
meta in fastigium convoluta, quae et femina appellatur; mas
spargit extra se ramos deputaturque et accipit vitem. Utra- 141
que autem inmittitur in perticas asseresve amputatione ra-
morum qui XIII. anno denariis singulis veneunt. Quaestuo-
sissima in satus ratione silva, volgoque dotem filiae antiqui
plantaria appellabant. Huic patria insula Creta, quamquam
Cato Tarentinam eam appellat, credo, quod primum eo ve-
nerit; et in Aenaria succisa regerminat. Sed in Creta quo- 142
cumque in loco terram moverit quispiam, vi naturali haec
gignitur protinusque emicat, illa vero etiam non appellato
solo ac sponte maxumeque in Idaeis montibus et quos Albos

§ 139. *Cato* de re rust. 48. 151. — *yato*, a. *raro*, d. — *murosa*, d. — *fruticosis*, a. — *dilectis*, d. — *femina spreta diu*, Pint. probante Schneid. ad Varr. de re rust. 1, 26. p. 315.

§ 140. *vinearum ordinibus*, Pint. — *gracilitaque*, a. — *tere*, liber optimus ap. Salmas. exerc. p. 122. a. A., qui inde *teres* legit. — *operis topiarii*, Pint. *operi istoriarum*, a. *opere historiarum*, codd. Salmas. *operi historiarum*, r. *operi historiari*, T d. *opere historiali*, β. — *cassesve et indagines retium*, Tit. locc. controv. 6, 1. et assertionn. p. 128. refutatus ab Yvone Villiomaro (I. I. Scaligero) p. 115. — *filo*, d. — *semper vestiens*, θ a d. *superveniens*, K. *supervestiens*, β. — *et accipit vitem*, vitio operarum omitt. Hard. et γ.

§ 141. *persicas*, a. — *venerunt*, a. — *satu*, a. — *filiae*, d. *filia*, a (codd. Salmas.) *filiarum*, βγ. — *plantarię*, a d. *plantari a se aiebant*, Salmas. Immo *plantaria ea app.* scribendum, sententia loci clare id docente. — *quamquam* — *appellat*, δθρφ (ap. Gronov. miscell. p. 849.) *quam* — *appellat*, a. *cum* — *appellet*, d γ. — *eam*, om. d. — *evenerit*, K. — *in Aenaria*, d. *marenaria*, a. *in Terra*, Bentl. opuscc. p. 476. coll. Theophr. hist. plant. II. 2, 2.

§ 142. *Tarento*, Salmas. exerc. p. 121. b. B. At v. Theophr. l. l. III. 1, 6. — *in loco*, θ a d. *loco*, β. — *vi naturali*, r. *nisi naturalia*, a. *ni seratur alia*, d. *nisi seratur alia*, β. *nisi in naturali*, codd. Gron. *si naturalis*, Salmas. *quasi vi naturali*, Gron. Mihi Plin. secundum vestigia codicis a scripsisse videtur *ni insinuatur alia* i. e. nisi alia arbor quasi furto terrae immittitur. — *emigrat*, θ T a d (codd. Gron.) *emergit*, Pint. et Gron., qui etiam vulgatum *emicat* ferri posse concedit. — *aperto*, Dalec. — *sponso*, D. — *Alpos*, d. V. Theophr. l. l. IV. 1, 3.

vocant summisque in his, unde numquam nives absunt, pluruma, quod miremur, alibi non nisi in tepore proveniens et nutricem magno opere fastidiens.

61. Nec terrae tantum natura circa has refert aut perpetua 14
caeli verum et quaedam temporaria vis imbrium. Aquae plerumque semina adferunt et certe fluunt genere aliquando etiam incognito, quod accidit Cyrenaicae regioni, cum primum ibi laserpicium natum est, ut in herbarum natura dicemus. Nata est et silva urbi ei proxuma imbre piceo crassoque circiter urbis Romae annum ccccxxx.

XXXIV. 62. Hedera iam dicitur in Asia nasci; negaverat 14
Theophrastus, nec in India nisi in monte Mero, quin et Harpalum omni modo laborasse, ut sereret eam in Medis, frustra; Alexandrum vero ob raritatem ita coronato exercitu victorem ex India rediisse exemplo Liberi patris, cuius dei et nunc adornat thyrsos galeasque etiam ac scuta in Thraciae populis sollemnibus sacris, inimica arbori satisque omnibus, sepulchra, muros rumpens, serpentium frigori gratissima, ut mirum sit ullum honorem habitum ei. Duo genera eius 14
prima ut reliquarum, mas atque femina. Maior traditur mas et corpore et folio duriore etiam ac pinguiore et flore ad purpuram accedente; utriusque autem similis est rosae silvestri, nisi quod caret odore. Species horum generum tres; est enim candida aut nigra hedera tertiaque quae vocatur helix. Etiamnum hae species dividuntur in alias, quoniam 14
est aliqua fructu tantum candida, alia et folio, fructum quoque candidum ferentium aliis densus acinus et grandior, ra-

in his, a d. *iugis*, *βγ*. — *ubi*, K. — *numquam nives*, a d. *nives numquam*, *βγ*. — *tempore*, d. — *magno opere*, a. *magnopere*, d *βγ*.

§ 143. *hos*, a d. — *et*, om. d. — *imbrium*. *Aquae*, Hard. *imbres*. *Aquae*, d (?). *imbrium*. *aliquae*, a. *imbres*. *aliquae*, *β*. *alioqui*, r. — *certe*, a. *certo*, d *βγ*. V. Theophr. l. l. III. 1, 6. — *ut*, omitt. a d. — *dicemus* 19, 41. — *est et*, a d. *est enim*, K. — *CXXXVI.*, Dalec. duas res diversas vel certe a Plinio temere pro diversis habitas confundens.

§ 144. *Theophrastus* hist. plant. IV. 4, 1. a Plinio in nonnullis male intellectus. — *nec India*, a d. — *Medis*, d. *Mediis*, *θ* a. — *adornant thyrso galeas*, *quin etiam ac scuta Thraciae populi*, r. — *ac*, *θ* T a d. *et*, *β*. — *sollemnibus*, a d. *in solemn.*, *βγ*. — *arbori satisque*, a. *arbor satis*, r. *arboris satisque*, d (ubi *arboribus* scriptum fuisse videtur). — *sepulcra muros*, *θ* T a d. *sepulcraque ac muros*, *β*. — *frictui* vel *frictioni*, Pint. — *ei*[1], d. Om. a.

§ 145. *eius*, om. a. Ceterum haec sumpsit Plin. ex Theophrasto l. l. III. 18, 6., quibus nonnulla ex eodem VI. 2, 1. admiscet, malam huius loci lectionem *κίσθος* pro *κισσός* sequens; add. Dioscor. 2, 210. — *atque*, *θ* a d. *et*, *βγ*. — *et*

cemis in orbem circumactis qui vocantur corymbi, item selenitium cuius est minor acinus, sparsior racemus; simili modo in nigra. Alicui et semen nigrum, alii crocatum, cuius 147
coronis poetae utuntur, foliis minus nigris, quam quidam Nysiam, alii Bacchicam vocant, maxumis inter nigras corymbis. Quidam apud Graecos etiamnum duo genera huius faciunt a colore acinorum, erythranum et chrysocarpum. Plu- 148
rumas autem habet differentias helix, quoniam folio maxume distat; parva sunt et angulosa concinnioraque, cum reliquorum generum simplicia sint. Distat et longitudine internodiorum, praecipue tamen sterilitate, quoniam fructum non gignit; quidam hoc aetatis esse, non generis existumant primoque helicem esse, fieri hederam vetustate. Horum error 149
manifestus intellegitur, quoniam helicis plura genera reperiuntur, sed tria maxume insignia: herbacea ac virens quae pluruma est, altera candido folio, tertia versicolori quae Thracia vocatur. Etiamnum herbaceae tenuiora folia et in ordinem digesta densioraque; in alio genere diversa omnia. Et in versicolori alia tenuioribus foliis et similiter ordinatis 150
densioribusque est, alteri generi neglecta haec omnia; maiora quoque aut minora sunt folia macularumque habitu distant, et in candidis alia sunt candidiora; adulescit in longitudinem maxume herbacea. Arbores autem necat candida 151
omnemque sucum auferendo tanta crassitudine augetur ut ipsa arbor fiat. Signa eius folia maxuma atque latissima, mammas erigentis quae sunt ceteris inflexae, racemi stantes

corpore, θ T a d. *corpore*, βγ. — *etiam*, om. r. — *autem*, T a d. *autem flos*, βγ. — *aut*, a d. *et*, βγ. — *tertiaque*, d. *tertia*, a. — *quae*, a. Om. d.

§ 146. *haec*, a d. — *quae vocantur corymbiae*, Pint. — *silenicicum* omisso *cuius*, θ a d. *sileniticum* omisso *cuius*, r. Etymon huius hederae generis fuit Σεληνός, unde Plinium *Silenicum*, *cui* scripsisse existimo. Adiectivum Σεληνικός Graecis cognitum. — *minus acinis*, *sparsius racemis*, r. — *in*, om. d.

§ 147. *erythrocarpon*, Dalec.

§ 148. *habent*, a d. — *cum*, a. *quam*, d. — *simplicia sint*, a. *Simplicia sunt*, d. — *internodorum*, a. — *existima't*, a. — *primoque*, d. *primoqui*, a. *primo*, T. — *esse fieri*, a d. *esse*, T. *putant fieri*, r. *esse*, *deinde fieri*, Dalec. — *vetustate ederam*, T d.

§ 149. *versicolori*, θ d. *versicolor*, a β. Ceterum v. Theophr. l. l. III. 18, 8. — *Tracia*, a, ut saepe. — *Et hi annum*, a. — *et in*, θ T a d. *in*, β. — *albo*, Sabell.

§ 150. *Et in*, a. *In*, d. — *generi*, om. a. — *neglecta. Haec omnia maiora*, a. — *folia*, om. T. — *alii*, a. — *longitudine*, d.

§ 151. *necat*, d. *nec ad*, a. — *erigentes*, a. *ramos rigentes*, Pint. — *racemis*, a d.

ac subrecti; et quamquam omnium hederarum generi radicosa bracchia, huic tamen maxume ramosa ac robusta; ab ea nigrae. Sed proprium albae, quod inter media folia emittit bracchia utrimque semper amplectens; hoc et in muros, quamvis ambire non possit. Itaque etiam pluribus locis in- 15
tercisa vivit tamen duratque et totidem initia radicum habet quot bracchia, quibus incolumis et solida arbores sugit ac strangulat. Est et in fructu differentia albae nigraeque hederae, quoniam aliis tanta amaritudo acini ut aves non attingant. Est et rigens hedera quae sine adminiculo stat, sola omnium generum ob id vocata cissos; e diverso numquam nisi humi repens chamaecissos.

XXXV. 63. Similis est hederae e Cilicia quidem primum 15
profecta sed in Graecia frequentior, quam vocant zmilacem, densis geniculata caulibus, spinosis frutectosa ramis, folio hederaceo, parvo, non anguloso, a pediculo emittente pampinos, flore candido, olente lilium. Fert racemos labruscae 15
modo, non hederae, colore rubro, conplexa acinis maioribus nucleos ternos, minoribus singulos, nigros durosque, infausta omnibus sacris et coronis, quoniam sit lugubris virgine eius nominis propter amorem iuvenis Croci mutata in hunc fruticem. Id volgus ignorans plerumque festa sua polluit hede- 15
ram existumando, sicut in poetis aut Libero patre aut Sileno, quis omnino nescit quibus coronentur? E zmilace fiunt codicilli, propriumque materiae est ut admota auribus lenem

subrecta, a[1]. — *quamque*, a. — *hederarum*, om. r. — *bracchia*, om. r. — *utrimque*, d. *utrumque*, TKa. — *haec est et*, K. — *muros*, θr. *mures*, a. *muris*, Kdβγ.

§ 152. *figit ac strangulat*, r. — *Est in fructu*, adr. — *illis*, Schneider. ad Theophr. hist. plant. III. 18, 10. p. 268. — *orthocissos*, Pontedera antiquitt. p. 528.

§ 153. *Similis*, d. *Simile*, a. V. Theophr. l. l. III. 18, 11. et Dioscor. 4, 142. — *hederęae Cilicia*, a. *hederae Cilicia*, d. *edera Ciliciae*, r. — *quidem primum*, ad. *primum quidem*, βγ. *quidem*, r. — *profecta sed*, d. *profecto sed*, a. *sed profecto*, r. — *similacem*, a. — *frutectosa*, Tad. *fructectosa*, θ. *fruticosa*, β. — *folia*, a. — *hederaceo*, d. *hederaceu*, a. *ceu edera*, r. — *parva*, a[1]. — *a pediculo*, d. *a reticulo*, a. — *libium*, a.

§ 154. *complexa racemis mai.*, Scaliger ad Theophr. hist. plant. p. 269. — *ternos*, d. *undenos*, a. At v. Theophr. l. l. III. 18, 12. *ἐν τοῖς μείζοσι* (*πυρῆσι*) *δὲ τρεῖς*. — *sacris*, a. *sacris et sacrificiis*, Td. — *virginem*, a.

§ 155. *quis omnino*; pro his vocibus habent *qui somno* Tad. Iam licet vulgata explicari possit, contorti tamen aliquid habet per asyndeton durius, et certo mihi est persuasum Plinium scripsisse *qui quis omnino* i. e. hi quibus foliis coronentur, quis omnino nescit? Pronomen relativum ad poetas, Bacchum et Si-

sonum reddat. Hederae mira proditur natura ad experienda vina, si vas fiat e ligno eius, vina transfluere ac remanere aquam, si qua fuerit mixta.

XXXVI. 64. Inter ea quae frigidis gaudent et aquaticos 156
frutices dixisse conveniat. Principatum in his tenebunt harundines belli pacisque experimentis necessariae atque etiam deliciis gratae. Tegulo earum domus suas septentrionales populi operiunt durantque aevis tecta alta; et in reliquo vero
orbe et camaras levissime suspendunt. Chartisque serviunt 157
calami, Aegyptii maxume cognatione quadam papyri; probatiores tamen Cnidii et qui in Asia circa Anaiticum lacum nascuntur. Nostratibus fungosior subest natura, cartilagine 158
bibula quae cavo corpore intus, superne tenui inarescit ligno, fissilis praeacuta semper acie; geniculata cetero gracilitas nodisque distincta leni fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculae coma, neque hac supervacua; aut enim pro pluma strata cauponarum replet aut, ubi lignosiore induruit callo, sicut in Belgis, contunsa et interiecta navium conmissuris feruminat textus, glutino tenacior rimisque explendis fidelior pice.

65. Calamis orientis populi bella conficiunt, calamis spi- 159
cula addunt inrevocabili hamo noxia. Mortem adcelerant pinna addita calamis, fitque et ex ipso telum aliud fracto in volneribus. His armis solem ipsum obumbrant. Propter hoc maxume serenos dies optant, odere ventos et imbris

lenum referendum quomodo recte abesse possit, non intelligo. *si quis*, K. Totam clausulam *sicut in poetis* — *coronentur* ut adulterinam delet Pint. — *coronetur*, T. *coronarentur*, r. — *similace* a. — *lenem*, θ a d. *levem*, β. — *e*, θ T a d. *ex*, β.

§ 156. *Interea qui*, K. — *gaudent et*, d. *gaudentes*, a. *gaudent*, K. — *dicere convenit*, r. — *etiam*, om. K. — *aevis*, a d (codd. Gel.) *eius*, r. — *alta tecta*, r. At neque haec neque vulgata scriptura aptum sensum praebet. Legendum est *tecta talia*, unde quod vulgo legitur facillime oriri potuit. Altitudo tectorum hic non refert. — *et*, a d. Om. K. — *et camaras*, T a. *cameras*, d $\beta\gamma$. *et eam in cameras*, K.

§ 157. *Thracisque*, a d. — *Aegyptii*, d. *Aegypti*, θ a r. — *Gnidii*, d. *Gnidi*, a r. — *Anaiticum*, Barbar. *Anaeticum*, altera Barbari coniectura, a. *eneticum*, F d.

§ 158. *geniculata cetero gracilitas*, Salmas. exerc. p. 911. b. A. *geniculata. Cetero gracilitas*, a d $\beta\gamma$. — *nodisque*, θ a. *nodis*, d $\beta\gamma$. — *leni*, θ a d. *laevi*, β. — *pro*, om. a. — *substrata*, T. — *repleta ut*, d. — *lignosiore*, Pint. *limosiore*, a d β. — *induruit callo*, a d. *callo induruit*, $\beta\gamma$. *coeno induruit*, K. — *bellis*, d. — *primisque*, a.

§ 159. *noxię*, a. *noxie*, d. — *accelerant etiam*, r. — *pinna*, d r. *penna*, a. Argutatur *Döderlein*, *lat. Synonym.* 5, 205 seq. — *et*, om. d. — *obumbrat*, a d.

qui inter illos pacem esse cogunt. Ac si quis Aethiopas, 160
Aegyptum, Arabas, Indos, Scythas, Bactros, Sarmatarum
tot gentis et orientis omniaque Parthorum regna diligentius
conputet, aequa ferme pars hominum in toto mundo calamis
superata degit. Praecipuus hic visus in Creta bellatores suos 161
nobilitavit; sed in hoc quoque ut ceteris in rebus vicit Ita-
lia, quando nullus sagittis aptior calamus quam in Rheno
Bononiensi amne, cui pluruma inest medulla pondusque vo-
lucre et contra flatus quoque pervicax libra; quippe non
eadem gratia Belgicis. Haec et Creticis conmendatioribus,
quamquam praeferuntur Indici quorum alia quibusdam vide-
tur natura, quando et hastarum vicem praebent additis cu-
spidibus. Harundini quidem Indicae arborea amplitudo, qua- 16
lis volgo in templis videmus. Differre maris ac feminas in
his quoque Indi tradunt; spissius mari corpus, feminae ca-
pacius. Navigiorumque etiam vicem praestant, si credimus,
singula internodia. Circa Acesinen amnem maxume nascitur.
Harundo omnis ex una stirpe numerosa, atque etiam recisa 16
fecundius resurgit. Radix natura vivax, geniculata et ipsa.
Folia Indicis tantum brevia, omnibus vero a nodo orsa cum
conplexu tenuis per ambitum inducunt tunicas atque a medio
internodio cum plurumum desinunt vestire procumbuntque.
Latera harundini calamoque in rotunditate bina, super nodos
alterno semper inguine, ut alterum a dextera fiat, alterum
superiore geniculo ab laeva per vicis; inde exeunt aliquando
rami qui sunt calami tenues.

§ 160. *quid*, a. — *Bactras*, ad. — *ferme*, θad. *fere*, β.

§ 161. *visus*, θa. *usus*, dβγ. — *nobilitavit*, D². *praecipitavit*, D¹adβγ. — *in ceteris*, d. — *quanto*, d. — *plurima*, a. *et plurima*, dβγ. — *et contra*, θTadr. *contra*, β. — *Libro quippe non eadem gratia.*, r. *pervicax. Libra quippe*, Salmas. exerc. p. 119. b. A. — *bellicis*, θar. //// *bellicis*, d. — *commendatioribus*, d. *commendationibus*, ar. Scribendum est *commendatio, omnibus quamquam* rel. hoc scilicet sensu: postquam dixit Plin. gratiam pervicacis librae non esse Belgicis, cum vi quadam pergit hanc (librae) commendationem Creticis quoque, non Bononiensibus modo esse, quamquam in belli usu omnibus calamis adhuc commemoratis praeferantur Indici. Varia tentant Barbar. et Dalec. — *praeferuntur*, Tad. *praeferantur*, βγ. Ceterum haec Plin. sumpsit ex Theophr. ḥ. l. IV. 11, 7 seqq. — *Indici*, a. *Indigi*, Td. *Indi*, βγ.

§ 162. *arboreae ea amplitudo qualem*, r. Sumpsit haec Plin. ad verbum e Ctesiae Indicis ap. Phot. myriob. 72. p. 45ᵇ 24. ed. Bekk. — *Navigiorum etiam*, r. — *Acesinen*, ad. *Acesinem*, βγ. — *nascitur*, ad. *nascuntur*, βγ.

§ 163. *Har. omnis vivax atque etiam exusta fecundius resurgit. Radicis natura ex una stirpe numerosa, geniculata et ipsa*, Pint. — *a nodo*, ad. *nodosa*, β. —

66. Plura autem genera. Alia spissior densiorque geniculis, 164
brevibus internodiis, alia rarior maioribus tenuiorque et ipsa.
Calamus vero alius totus concavos quem vocant syringian,
utilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque
carnis. Orchomenius est continuo foramine pervius quem
auleticon vocant; hic tibiis utilior, fistulis ille. Est alius 165
crassiore ligno et tenui foramine; hunc totum fungosa reple-
vit medulla. Alius brevior, alius procerior, exilior crassiorque.
Fruticosissimus qui vocatur donax non nisi in aquaticis na-
tus, quoniam et haec differentia est, multum praelata harun-
dine quae in siccis proveniat. Suum genus sagittario calamo, 166
ut diximus, sed Cretico longissimis internodiis, obsequiumque
quo libeat flecti calefacto. Differentias faciunt et folia non
multitudine, verum et colore; varia Laconicis et ab ima
parte densiora, qualis in totum circa stagna gigni putant,
dissimilis amnicis longisque vestiri foliis, spatiosius a nodo
scandente conplexu. Est et obliqua harundo, non in excelsi- 167
tatem nascens sed iuxta terram fruticis modo se spargens,
suavissima in teneritate animalibus; vocatur a quibusdam
elegia. Est et in Italia nascens adarca nomine, palustris, ex
cortice tantum sub ipsa coma, utilissima dentibus, quoniam
vis eadem est quae sinapi. De Orchomenii lacus harundinetis 168
accuratius dici cogit admiratio antiqua. Characian vocabant
crassiorem firmioremque, plotian vero subtiliorem, hanc in

cum conplexo, a. *complexu*, d $\beta\gamma$. — *quam plurimum*, d. — *vestiri*, d. — *rotunditate*, θ a d. *rotunditatem*, β. — *in inguine*, d. — *ut*, om. a. — *a dextera*, ita nos scripsimus. *ad dextera*, a. *ad dexteram*, d[1]. *ad dexteras*, d[2]. *ad dextra*, $\beta\gamma$. — *ab laeva*, d. *ableva*, a. *ad laeva*, $\beta\gamma$. — *qui sunt*, a d. *quis*, θ.

§ 164. *maioribusque tenuior et ipsa*, r. — *vocant syringiam*, a d. *syr. voc.*, $\beta\gamma$. — *Orchomenio et continuo*, a d. — *pervii*, D[2]. *pervit*, d[1]. *perum*, a. *pervi///*, D[1]. *apervit*, d[2]. — *quam*, a[1]. Haec verba insanabiliter corrupta sunt et interpolata. — *auleticon*, a d. *auleticum*, $\beta\gamma$.

§ 165. *replevit*, d. *repleti*, a. *replet*, $\beta\gamma$. — *exilior*, D[1] a d. *et tenui foramine exilior*, D[2]. — *noninisi*, a[2]. — *natis*, a. — *praeveniat*, a. *provenit*, d.

§ 166. *diximus* § 161. — *obsequiumque*, T a d. *obsequentique*, $\beta\gamma$. — *libgat*, a. — *verum*, T a d r. *verum robore*, β. — *varia*, Pint. K. *valida*, a d β. — *ima*, θ K a d. *una*, β. — *foliis*, T a d. *tunicis*, $\beta\gamma$.

§ 167. *Est et in obl.*, K. — *excelsitate*, a. — *temeritate*, a d. *in eius teneritate*, Dalec. — *elegia*; suspecta haec vox Constantino et Schneidero ad Theophr. hist. plant. IV. 11, 13. — *ex*, a d. *et*, β. Om. r. — *sub*, d. *sed*, a. — *utilissime*, liber optimus ap. Salmas. exerc. p. 918. a. A., qui varia mutat.

§ 168. *Orchomenii flaccus*, a. *comentiraciis*, d. — *Characiam*, β. — *plocian*, θ K a. *politian*, d. *plotiam*, β. *πλόκιμον*, Theophr. l. l. IV. 11, 1. — *subtilior est*, a.

insulis fluitantibus natam, illam in ripis exspatiantis lacus; tertia est harundo tibialis calami quem auleticon dicebant; nono hic anno nascebatur. Nam et lacus incrementa hoc 16
temporis spatio servabat, prodigiosus, si quando amplitudinem biennio extendisset, quod notatum apud Chaeroniam infausto Atheniensium et saepe; Lebaida vocatur influente Cephiso. Cum igitur anno permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem; vocabantur zeugitae. Contra bombyciae, maturius reciproco, graciles, feminarum 17
latiore folio atque candidiore, modica lanugine aut omnino nulla spadonum nomine insignibus. Hinc erant armamenta ad inclusos cantus, non silendo et reliquo curae miraculo, ut venia sit argento iam potius cani. Caedi solebant tempestivae usque ad Antigenidem tibicinem, cum adhuc simplici musica uterentur, sub arcturo; sic praeparatae aliquot post annos utiles esse incipiebant. Tunc quoque multa domandae 17
exercitatione et canere tibiae ipsae edocendae, conprimentibus se lingulis, quod erat illis theatrorum moribus utilius; postquam varietas accessit et cantus quoque luxuriantes, caedi ante solstitia coeptae et fieri utiles in trimatu, apertioribus earum lingulis ad flectendos sonos, quae inde sunt et hodie. Sed tum ex sua quamque tantum harundine con- 17

fluuitantibus, a. — *natas illas*, a d. *natare*, r. — *est harundo*, T a d. *arundo est*, $\beta\gamma$.

§ 169. *Atheniensium*, T D[1] a d. *Atheniensium praelio*, D[2] β. — *et saepe; Lebaida vocatur*, T a d. *est aepe Lebaida vocatur*, Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 82. b. F. *et apud Lebadiam saepe notatur*, β. Uti haec scriptura inepta est, ita non minus inepta ea, quam a me servatam ex codicibus restituit Hard. et subtiliter defendit; monstra haec recte dicit Schneider. ad Theophr. T. III. p. 364. Iam Plin. h. l. excerpsit Theophrastum hist. plant. IV. 11, 8. *φύεται δὲ πλεῖστος μὲν (κάλαμος) μεταξὺ τοῦ Κηφισοῦ καὶ τοῦ Μέλανος· οὗτος δὲ ὁ τόπος προσαγορεύεται Πελεχανία. — γίνεσθαι δὲ καὶ οὗ ἡ Προβατία καλουμένη καταφέρεται· τοῦτο δ' ἔστι ποταμὸς ῥέων ἐκ Λεβαδίας. Κάλλιστος δὲ δοκεῖ πάντων γίνεσθαι περὶ τὴν Ὀξεῖαν καλουμένην Καμπήν· ὁ δὲ τόπος οὗτός ἐστιν ἐμβολὴ τοῦ Κηφισοῦ. — Πρόσβορρος δὲ τόπος ἄλλος τῆς τε Ὀξείας Καμπῆς ἐστιν, ὃν καλοῦσι Βοηδρίαν· φύεσθαι δέ φασι καὶ κατὰ ταύτην εὐγενῆ τὸν κάλαμον.* Inter tot igitur nomina locorum, ubi calamus provenit, Plin. unum alterumve vel, quod mihi probabilius est, plura elegerat; nam ex eius verbis nunc modo reliquiae supersunt, idque Salmasium rectissime perspexisse iudico, in litteris *pe lebaida* latere nomen *Pelecania*; quid vero in litteris *et sae* sit quaerendum, nemo nunc asseverare audebit; plura videntur interiisse. — *Chepiso*, a. — *permanserit*, r. — *acicupatoriam*, a. — *et vocantur*, r.

§ 170. *insignes*, Dalec. — *tempestivae*, θ a d. *tempestive*, β. — *Antigenidem*, θ T a d. *Antigenem*, β.

§ 171. *domanda*, a. — *canore tibiae ipso*, K. — *edocendae*, r. *educendae*, a. *educandae*, K. *docendae*, d (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *lingulis*, Bod. ad Theophr. hist.

gruere persuasum erat et eam quae radicem antecesserat laevae tibiae convenire, quae cacumen, dexterae, inmensum quantum praelatis quas ipse Cephisus abluisset. Nunc sacrificae Tuscorum e buxo, ludicrae vero e loto ossibusque asininis et argento fiunt. Aucupatoria harundo a Panhormo laudatissima, piscatoria Abaritana ex Africa.

67. Harundinis Italiae usus ad vineas maxume. Cato seri 173
eam iubet in umidis agris, bipalio subacto prius solo, oculis dispositis intervallo ternorum pedum; simul et corrudam, unde asparagi fiant, — concordare amicitiam; — XXXVII. salices vero circa, qua nulla aquaticarum utilior, licet populi vitibus placeant et Caecuba educent, licet alni saepibus muniant contraque erumpentium amnium inpetus riparum muro in tutelam ruris excubent in aqua satae caesaeque densius innumero herede prosint.

68. Salicis statim plura genera. Namque et in proceritatem 174
magnam emittunt iugis vinearum perticas pariuntque balteo corticis vincula, et aliae virgas sequacis ad vincturas lentitiae, alias praetenuis viminibus texendis spectabili subtilitate; rursus aliae firmiores corbibus ac plurumae agricolarum supellectili, candidiores ablato cortice levique tractatu mollioribus vasis, quam ut e corio fiant, atque etiam supinarum

plant. p. 476. *liguris*, a d. *ligulis*, $\beta\gamma$. V. statim infra. — *luxuriantes*, a r. *luxuriae*, T. *luxuria*, d $\beta\gamma$. — *stultitia coepte*, a. *stulticiae coeptae*, d. — *lingulis*, Bodae. *ungulis*, θ T a. *ligulis*, d $\beta\gamma$. — *quae iam inde*, K.

§ 172. *quaque*, r. — *harundinem*, r. — *levi*, a. — *dexterae*, a d. *dextrae*, $\beta\gamma$. — *sacrificetur quorum*, a. — *vero e*, ita nos scripsimus. *vere*, a. *vero*, d $\beta\gamma$. — *Parnormo*, d. *panorino*, a.

§ 173. *Cato* de re rust. 6, 3. — *aspergit*, a d. — *concordare*, a d. *conc. enim*, $\beta\gamma$. — *salices*, ita nos scripsimus. *salicis*, d. *silicis*, a. *salicem*, $\beta\gamma$. — *in vitibus*, d. — *Caecuba educent*, d (codd. Gel.) *Caecubę ducent*, a. — *alnis*, a d. — *sepes*, r. — *annuum*, a. — *impletus*, a[1]. — *modo*, Dalec. — *tutelam*, Dalec. *tutela*, a d $\beta\gamma$. — *densius*, cum participio *caesaeque* nullo modo coniungi possit, non nisi durissime ad verba sequentia refertur, quae illo adverbio prorsus carere possunt. Plin. scripsisse videtur *densius surgentes*; quod si violentius mutatum videtur, tum *densiores* legendum esse coniicio.

§ 174. *Salicis sativae*, Sabell. — *Nam quaedam et in*, K. — *paritque*, a. *partemque* vel *parteque*, omnes codd. ap. Salmas. de hyle p. 97. b. C., qui nonnulla mutat. *praebentque*, Dalec. — *sequaces*, a. — *vincturas*, d (codd. Gel.) *iuncturas*, a. — *letitiae*, a d. — *alias*, a d. *aliae*, $\beta\gamma$. Illud est adverbium. — *levique*, a. *lenique*, d γ. *laevesque*, Dalec. — *mollioribus*, θ T K d. *melioribus*, r. *ut melio .... ribus*, a. *vilioribus*, codd. Gelen. $\beta\gamma$. — *quam — fiant*; pro his vv. habent *quę* (*que*, T d) *ut ne corio fiant eodem*, T a d. *si e corio*, K. *ut melioribus vasis, quae sine corio fiant*, Salmas., qua coniectura locus nondum est sanatus.

in delicias cathedrarum aptissimae. Caedua salici fertilitas 17
densiorque tonsura ex brevi pugno verius quam ramo, non, ut remur, in novissimis curanda arbore; nullius quippe tutior reditus est minorisve inpendi aut tempestatium securior.

69. Tertium locum ei in aestumatione ruris Cato attribuit 17
prioremque quam olivetis quamque frumento aut pratis, nec quia desint alia vincula. Siquidem et genistae et populi et ulmi et sanguinei frutices et betullae et harundo fissa et harundinum folia, ut in Liguria, et vitis ipsa recisisque aculeis rubi adligant et intorta corylus — mirumque contunso ligno alicui maiores ad vincula esse viris —, salici tamen praecipua dos. Finditur Graeca rubens; candidior Amerina sed paulo 17
fragilior, ideo solido ligat nexu. In Asia tria genera observant: nigram utiliorem viminibus, candidam agricolarum usibus, tertiam quae brevissima est helicem vocant. Apud nos quoque multi totidem generibus nomina inponunt, viminalem vocant eandemque purpuream, alteram nitelinam a colore, quae sit tenuior, tertiam Gallicam quae tenuissima.

70. Nec in fruticum, nec in veprium cauliumve, neque in 17
herbarum aut alio ullo quam suo genere numerentur iure scirpi fragiles palustresque, ad tegulum tegetesque, e quibus detracto cortice candelae luminibus et funeribus serviunt.

aptissima, a d.

§ 175. *Caedua*, codd. Gel. *eccedua*, codd. Salmas. de hyle p. 98. a. B. *ecce duas*, a. *haec eduas*, d. — *salicis*, d. *Ex caedua salice fertilitas*, Salmas.; alia tentat Dalec. — *densiorque*, a d r (codd. Salmas.) *densior*, $\beta\gamma$. — *reditus est*, a d. *est reditus*, $\beta\gamma$. — *inpendia ut*, a. — *tempestatium*, a. *tempestatum*, d $\beta\gamma$.

§ 176. *Cato* de re rust. 1, 7. — *betullae*, θ a d. *betulae*, β. — *salici autem*, K.

§ 177. *candidior*, T a d. *candidiorque*, β. — *ideoque*, K. *haud solido* vel *soluto*, Salmas. — *ligant*, d. — *belicem*, d. V. Theophr. l. l. III. 13, 7. — *generibus*, om. K. — *viminalem*, T a. *vimalem*, θ. *vimineam*, d $\beta\gamma$. — *eandemque*, θ T a d. *eandem*, β. — *italinam* vel *vitellinam*, codd. Barbari, quorum hoc probat Schneider. ad Columell. IV. 31, 4. — *calore*, a. — *Callicam*, a.

§ 178. *calliumve*, a. — *numerantur*, d. — *scirpis*, a d. — *ad*; pro h. v. habent *et* a d. In universum autem hae voces *ad tegulum tegetesque* offendant necesse est, cum eo quo iam leguntur loco orationem violenter interrumpant, quae potius a vv. *scirpi fragiles palustresque* ad vv. *e quibus* rel. recte et simpliciter procedit. Iam accedit lectio *et* pro *ad*, unde iam probabile fit Plinium scripsisse: *palustresque, e quibus detracto cortice et tegulum tegetesque candelae — serviunt.* Plin. dicit cortice illis scirpis detracto plantam, quae proprie tegulo et tegetibus sit destinata, ut candelam servire; *et* etiam h. l. valet *adeo, vel.* Necessaria adeo haec transpositio videtur, quia sine ea verbum *serviunt* non habet suum subiectum. — *earum*, a d. — *his*, a. — *inter*, K. — *proximaeque*, Rigalt. et Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 705. a. E. — *aestimati*, a r (Thuan., Rigalt.) *aestimanti*, d $\beta\gamma$. — *videantur*, a r. *videatur*, d (Thuan., Rigalt.) — *quod in*, θ K a d (Rigalt.,

Firmior quibusdam in locis eorum rigor; namque iis velificant non in Pado tantum nautici verum et in mari piscator Africus praepostero more vela intra malos suspendens, et mapalia sua Mauri tegunt, proxumeque aestumati hoc videantur esse, quod in interiore parte mundi papyrum.

71. Sui sed frutectosi generis sunt inter aquaticas et rubi 179
atque sambuci fungosi generis, aliter tamen quam ferulae, quippe plus ligni est utique sambuco, ex qua magis canoram bucinam tubamque credit pastor ibi caesa, ubi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt et alio genere similitudinem rosae, qui vocatur cynosbatos. Tertium 180
genus Idaeum vocant Graeci a loco. Tenuior est quam cetera minoribusque spinis et minus aduncis; flos eius contra lippitudinem inlinitur ex melle et igni sacro; contra stomachi quoque vitia bibitur ex aqua. Sambuci acinos habent nigros atque parvos umoris lenti, inficiendo maxume capillo, qui et ipsi aqua decocti manduntur.

XXXVIII. 72. Umor et cortici arborum est, qui sanguis 181
earum intellegi debet, non idem omnibus: ficis lactens; huic ad caseos figurandos coaguli vis; cerasis cumminosus, ulmis salivosus, lentus ac pinguis malis, vitibus ac piris aquosus;

Thuan.) *quo in*, Tγ. *quo*, rβ. — *interiore*, θTKadr (Rigalt., Thuan.) *inferiore*, $\beta\gamma$. — *parte mundi*, θTad (Rigalt.) *mundi parte pari*, K. *parte mundum*, Thuan. *Nili parte*, $\beta\gamma$. — *papyrum usui*, θTad (Thuan., Rigalt.) *sunt papyri usui*, K. *papyri sunt usu*, β. *papyrum*, *usu*, γ. Spreta quae hucusque regnabat foeda Barbari interpolatione ubique revocavi codicum scripturam; ex *usui* vero, quod in omnibus libris exstat, feci *Sui*, ad sequentia hoc trahens, ut rubi dicantur esse sui quidem generis, quae locutio Plinio perquam est familiaris, sed eiusdem tamen frutectosi, uti sambuci etiam sui generis, sed fungosi. Ita etiam apparet, cur Plin. nomini *rubi* praemiserit *et* i. e. *etiam*, ut ita rubi comparentur scirpis, quibus Plin. modo suum genus tribuerat; apparet porro, qua vi addiderit Plin. particulam *sed*; rubos et sambucos esse sui quidem generis, sed illos in fruticibus, hos in fungis suum genus efficere.

§ 179. *Sui*; v. ad § proximam. Om. $\beta\gamma$. — *frutectosi*, adr (codd. vetustissimi ap. Oudend. ad Appul. met. p. 237.) *fructectosi*, θ. *fruticosi*, β. — *sabuci*, a. — *est utique*, θd. *tutique*, a. *ac succi utique*, K. *utique*, $\beta\gamma$. — *sabuco*, a. — *canorum*, ad. — *caesae*, d. *causae*, a. — *exaudiet*, a. — *more*, a. — *cynusbatos*, a. *cynusbatus*, d.

§ 180. *Tenuior est*, ita nos scripsimus. *Tenuiores*, ad. *Tenuius est*, $\beta\gamma$. Ceterum v. Dioscor. 4, 38. — *pinis*, a. — *lippitudinem*, a. *lippitudines*, d$\beta\gamma$. — *ignem sacrum*, r. — *Sabuci*, a. V. Theophr. l. l. IV. 13, 6. et Dioscor. 4, 172. — *quin et*, K.

§ 181. *cortici*, om. Pint. — *lactens*, a. *acteus*, θ. *lacteus*, d$\beta\gamma$. — *figundos*, Salmas. exerc. p. 906. b. A. — *cumminosus*, θTa. *gumminosus*, dγ. *gummosus*, β. — *pinguis*. *Malis*, *vitibus*, r. — *ac piris*, d. *piris*, a.

vivaciora quibus lentior. Atque in totum corpori arborum ut reliquorum animalium cutis, sanguis, caro, nervi, venae, ossa, medullae, pro cute cortex. Mirum is in moro, medicis 182
sucum quaerentibus, vere hora diei secunda lapide incussus manat, altius fractus siccus videtur. Proxumi plerisque adipes; hi vocantur a colore alburnum, mollis ac pessuma pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia, quare semper amputabitur; subest huic caro, cui ossa id est materiae optumum. Alternant fructus quibus siccius lignum, 183
ut olea, magis quam quibus carnosum, ut cerasus. Nec omnibus adipes carnesve largae, sicuti nec animalium acerrimis. Neutrum habent buxus, cornus, olea, nec medullam minumumque etiam sanguinis, sicuti ossa non habent sorba, carnem sambuci, — et plurumam ambae medullam, — nec harundines maiore ex parte.

73. In quarundam arborum carnibus pulpae venaeque sunt; 184
discrimen earum facile. Venae latiores candidioresque pulpae fissilibus insunt; ideo fit ut aure ad caput trabis quamlibet praelongae admota ictus ab altero capite vel graphii sentiantur, penetrante rectis meatibus sono, unde deprehenditur an torta sit materies nodisque concisa. Quibus sunt tubera sicut 185
in carne glandia, in his nec vena nec pulpa, quodam callo carnis in se convoluto; hoc pretiosissimum in citro et acere. Cetera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam; alioquin fragilis esset vena in orbem arboris caesa. Fagis pectines transversi in pulpa; apud antiquos inde et

Aeque, K. — *toto*, Kr. — *corpori*, d. *corpore*, aβ.

§ 182. *is*, Salmas. d. *his*, a (codd. Salmas.) *hiis*, T. *imus*, Pint. *hic*, β. — *vere*, Tadr (codd. Salmas.) *fere*, β. — *incussus*, a. *incisus*, Tdr. *incusso*, K. — *adipes plerisque*, d. — *hi*, a. *ii*, d$\beta\gamma$. — *calore*, a. — *arborum*, d. — *est obnoxia*, Td.

§ 183. *oleae*, d. — *habent*, θTad. *habet*, β. — *cornus; olea nec*, Dalec. — *sicuti*, ad. *sicut*, $\beta\gamma$. Ceterum haec non sana videntur Schneidero ad Theophr. hist. plant. III. 12, 9. — *sabuci*, a. — *sed*, Dalec. — *plurimae*, a. — *maiori*, d. *Maiore ex parte in quarundam*, r.

§ 184. *letiores*, d. — *fissibilibus*, a. — *graphii*, codd. Gel. *gravi*, ad. *gravis*, K. — *sentiātur*, a. *sentiatur*, d$\beta\gamma$.

§ 185. *Quibus*, Tad. *Quibusdam*, β. — *sicut*, ita nos scripsimus. *sic sunt*, Tad. *sicut sunt*, β. — *his*, a. *iis*, d$\beta\gamma$. Ceterum a vocibus *in his* ego protasin incipio, cum vulgo $\beta\gamma$ nova hinc periodus incipiat. — *citro*, θTadr. *cedro*, β. — *circinantur*, a. — *alioquin*, ad. *alioqui*, $\beta\gamma$. — *arbore*, Dalec. — *Sagis*, ad. — *transversi*, a. *transversis*, d. — *M.*, a. — *gutum*, a.

§ 186. *fluctuat*, r. *ita fluctuat*, K[1]. *fluctuat ita quae*, K[2]. *fluitat*, Pint. Ceterum v. Theophr. l. l. V. 4, 8. — *sidat*, r. — *Quibusdam* rel., Theophr. l. l. I. 5, 4.

vasis honos. Manius Curius iuravit se ex praeda nihil attigisse praeter guttum faginum quo sacrificaret. Lignum in 186
longitudinem fluctuatur; ut quae pars fuit ab radice, validius sidit. Quibusdam pulpa sine venis mero stamine et tenui constat; haec maxume fissilia; alia frangi celeriora quam findi, quibus pulpa non est, ut oleae, vites; at e contrario totum e carne corpus fico. Tota ossea est ilex, cornus, robur, cytisus, morus, hebenus, lotos et quae sine medulla esse diximus. Ceteris nigricans color; fulva cornus in venabulis nitet, incisuris nodata propter decorem; cedrus et larix et iuniperus rubent. XXXIX. Larix femina habet quam Graeci 187
vocant aegida, mellei coloris; inventum pictorum tabellis inmortale nullisque fissile rimis hoc lignum proxumum medullae est; in abiete leuson Graeci vocant. Cedri quoque durissima quae medullae proxuma, ut in corpore ossa, deraso modo limo. Et sambuci interiora mire firma traduntur; qui namque venabula ex ea faciunt praeferunt omnibus; constat enim ex cute et ossibus.

74. Caedi tempestivom quae decorticentur, ut teretes ad 188
templa ceterosque usus rotundi, cum germinant, alias cortice inextricabili et carie subnascente ei materiaque nigrescente; tigna et quibus aufert securis corticem, a bruma ad favonium aut, si praevenire cogamur, arcturi occasu et ante eum fidiculae, novissima ratione solstitio; dies siderum horum reddentur suo loco. Volgo satis putant observare ne qua dedo- 189
landa sternatur ante editos suos fructus. Robur vere caesum

— *vena*, d. — *magis fissilia*, Td. — *a carne*, a. — *Totae osseae ilex*, Salmas. exerc. p. 725. b. B. — *diximus* § 183. — *notata*, K. — *cedrus, larix*, T.

§ 187. *femina*, Barbar., Gesner. hist. anim. 1, 280., Constant. ad Theophr. hist. plant. III. 9, 3. p. 162. *feminam*, ad β. — *aesida*, a. — *inventum*, a. *inventu*, d. *inventum est*, $\beta\gamma$. — *fissilem*, ad. — *rimis. Hoc lignum proximum*, r. — *abiete quod leuson*, Dalec. — *lusson*, Constant. l. l. — *vocant*, θadr. *vocavere*, β. — *Cedri*, adr. *Cedrus*, $\theta\beta$. — *ossa. Deraso modo limo et*, r. — *sabuci*, a. — *qui namque*, Tad. *namque qui*, $\beta\gamma$. — *faciunt praeferunt*; pro his vv. in cod. a post litteram *s* erasam legitur *praeferunt*; d *p''sserunt* habet. Mihi legendum videtur *gerunt praeferunt*; etenim non de facientibus h. l. sermo esse potest, ubi certe dicendum fuisset: *qui namque venabula faciunt, praeferunt ex ea omnibus*; verum usus horum venabulorum notandus fuit, ut quae ceteris omnibus venabulis praestarent.

§ 188. *et teretes*, Pint. Ceterum v. Theophr. hist. plant. V. 1, 1. — *ceterosque*, a. *ceteraque*, d $\beta\gamma$. — *retundi*, d. — *corticem*, a. — *securus*, a. — *arcturi ortu et ante eum fidiculae occasu*, Broter. — *redderetur*, θ. *reddetur*, ad γ.

§ 189. *qua*, θTadr. *quae*, β. — *dedolanda sternatur*, θTdr. *dedolandasternarum*, a. *dedolandae arbores sternantur*, β. *dedolanda arbos sternatur*, γ.

teredinem sentit, bruma autem neque vitiatur neque pandatur, alias obnoxium etiam ut torqueat sese findatque, quod in subere tempestive quoque caeso evenit. Infinitum refert et lunaris ratio, nec nisi a vicesima in tricesimam caedi volunt. Inter omnis vero convenit utilissime in coitu eius sterni, 190
quem diem alii interluni, alii silentis lunae appellant; sic certe Tiberius Caesar concremato ponte naumachiario larices ad restituendum caedi in Raetia praefinivit. Quidam dicunt, 191
ut in coitu et sub terra sit luna, quod fieri non potest nisi noctu; si conpetant coitus in novissimum diem brumae, illa sit aeterna materies; proxume, cum supra dictis sideribus. Quidam et canis ortum addunt et sic caesas materies in forum Augustum. Nec novellae autem ad materiem nec veteres utilissimae. Circumcisas quoque ad medullam aliqui non inutiliter relincunt, ut omnis umor stantibus defluat. Mirum 192
apud antiquos primo Punico bello classem Duelli inperatoris ab arbore LX. die navigavisse; contra vero Hieronem regem CCXX navis effectas diebus XLV tradit L. Piso; secundo quoque Punico Scipionis classis XL. die a securi navigavit. Tantum tempestivitas etiam in rapida celeritate pollet.

75. Cato hominum summus in omni usu de materiis haec 193
adicit: „prelum ex sappino atra potissimum facito; ulmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiam omnem cum effodies, luna decrescente eximito post meridiem sine vento

vitiatur, θr. *deiciatur*, Td. *viatur*, aβ. — *Infinitum* rel., Theophr. l. l. V. 1, 3.

§ 190. *interlunii*, θa. *interlunium*, dβ. — *naumachiarios*, d. — *in*, θad. *ex*, β.

§ 191. *noctuo*, d. — *si competant*, d. *sic oppetant*, a. *At si competant*, βγ. — *coetus*, a. *ceptus*, d. — *fit*, Dalec. — *proxima*, K. — *Augustum*, θd. *angustum*, a. *Augusti*, K. — *veteris*, a. — *Circumcisas* rel., Vitruv. II. 9, 3.

§ 192. *bello*, om. d[1]. — *Duilli*, a. *Duillii*, dγ. — *arbore*, ad. *arbore excisa*, βγ. — *navigavisse*, a. *navigasse*, dβγ. — *Punico*, ad. *Punico bello*, βγ.

§ 193. *prelum*, Cato de re rust. 31, 2. — *ex*, ad. *e*, βγ. — *sappino*, ad. *carpino*, Cato, γ. — *exfodies*, a. — *Tum*, a. *Tunc*, dβγ. — *cavetoque*, Cato, a. *Caveto quoque*, θ. *Caveto ne*, β. *Caveto quoque ne*, dγ.

§ 194. *Idemque mox* 37, 3. 4. — *intremestri*, d. — *lunaque*, Cato, Tad. *lunamve*, θr. *luna atque*, Barbar. β. — *tum*, Cato. *tam*, ad. *tunc*, β. — *effodias*, ad. *ne effodias*, β. — *UII*, Cato, aK. *IIII*, d. *quatuor*, β. — *ni quam*, Gesner. ad Cat. *nigram*, aβ. *ne quam*, Cato, dγ. *nigra*, Dalec. Add. h. l. iam iis, quae collegerunt Hand. Tursell. 4, 185. et Lachmann. ad Lucret. 2, 734. — *materiem*, a. *materiam*, dβγ. Om. r. — *neu tangas si potes nisi siccam*, Pint. ex Cat. — *itidem*, r. — *precipit*, a. *praecepit*, dβγ. — *plenaluniis*, a.

§ 195. *Laricis* et *abietis*, ad. *Larici* et *abieti*, βγ. De ablativo absoluto *succisis* v. ad 13, 140. Ceterum v. Theophr. l. l. V. 1, 6. — *ummordio*, a. — *haec*, a.

austro. Tum erit tempestiva, cum semen suum maturum erit; cavetoque, per rorem trahas aut doles." Idemque mox: „nisi 194
intermestri lunaque dimidiata ne tangas materiem; tum effodias aut praecidas abs terra. Diebus VII proxumis, quibus luna plena fuerit, optume eximitur. Omnino caveto ni quam materiem doles neve caedas neve tangas nisi siccam, neve gelidam neve rorulentam." Tiberius idem et in capillo tondendo servavit interlunia; M. Varro adversus defluvia praecipit observandum id a pleniluniis.

76. Laricis et magis abietis, succisis, umor diu defluit; 195
hae omnium arborum altissimae ac rectissimae. Navium malis antemnisque propter levitatem praefertur abies. Conmunia his pinoque ut quadripertitos venarum cursus bifidosque habeant vel omnino simplicis. Ad fabrorum intestina opera medulla sectilis, optuma quadripertitis materiis et mollior quam ceterae; intellectus in cortice protinus peritis. Abietis 196
quae pars a terra fuit enodis est; haec qua diximus ratione fluviata decorticatur atque ita sappinus vocatur; superior pars nodosa duriorque fusterna. Et in ipsis autem arboribus robustiores aquiloniae partes, et in totum deteriores ex umidis opacisque, spissiores ex apricis ac diuturnae; ideo Romae infernas abies supernati praefertur. Est per se gentium 197
quoque in his differentia; Alpibus Appenninoque laudatissimae, in Gallia, Iuribus ac monte Vosego, in Corsica, Bi-

— *antemnisque*, a. *antennisque*, d $\beta\gamma$. — *Communio his pino*, Barbar. — *quadripertitos*, a. *quadripartitos*, d $\beta\gamma$. Item infra. De re v. Theophr. l. l. V. 1, 9. — *bifidosve*, Td. — *Ad*, Barbar. Omitt. ad. — *opera*, Barbar. d. *operaria*, a. Ex hac proximaque scripturae varietate certum est locum esse interpolatum, et perquam probabile Plinium fere scripsisse *Fabrorum in intestina opera apta medulla sectilis*. Nihil fere ita mutatum; constructio *aptus in* aliunde stabilitur (Drakenb. ad Liv. 25, 9. coll. Ovid. met. 14, 765.) *Intestinum* vero *opus* de elegantioribus fabrorum tignariorum operibus dicitur; v. Varr. de re rust. III. 1, 7. et Vitruv. l. l. — *pectilis*, Salmas. exerc. p. 727. b. B. — *materiis*, ar. *materies*, d $\beta\gamma$.

§ 196. *Abietis quae pars* rel.; v. Vitruv. II. 9, 7. — *hac*, ad. — *diximus*, v. Schneid. ad Vitruv. l. l. p. 144. — *decoratur*, ad (omnes codd. Salmas.) — *sappinus*, ad. *sapinus*, $\beta\gamma$. — *Et*, omitt. Td. De re v. Theophr. l. l. V. 1, 11. — *diurnae*, r. — *ideo Romae*, d. *ideorum. hae*, a. *Idaeorum. haec*, r. — *infernas*, Barbar. *inferna*, adr. — *supernati*, ar. *supernatae*, d.

§ 197. *Est per se*, Td. *Est per*, a $\beta\gamma$. *Et*, r. — *quoque*, Tadr. *quoque regiones*, $\beta\gamma$. — *his*, Ta. *iis*, d $\beta\gamma$. — *Iuribus*, Tad. *Iura*, $\beta\gamma$. — *Vosego*, θ d. *Vogeso*, $\beta\gamma$. *Vosago*, a, quod fortasse praeferendum; vid. Oudend. ad Caes. bell. Gall. 4, 10.

thynia, Ponto, Macedonia, deterior Aeneatica et Arcadica, pessuma Parnasia et Euboica, quoniam ramosae ibi et contortae putrescentesque facile. At cedrus in Creta, Africa, Syria laudatissima; cedri oleo peruncta materies nec tineam nec cariem sentit. Iunipero eadem virtus quae cedro; vasta 19
haec in Hispania maxumeque Vaccaeis; medulla eius ubicumque solidior etiam quam cedrus. Publicum omnium vitium vocant spiras, ubi convolvere se venae atque nodi. Inveniuntur in quibusdam sicut in marmore centra id est duritia clavo similis, inimica serris; et quaedam forte accidunt in lapide conprehenso aut recepto in corpus aut alterius arboris ramo. Megaris diu stetit oleaster in foro, cui viri 19
fortes adfixerant arma quae cortice ambiente aetas longa occultaverat, fuitque arbor illa fatalis excidio urbis praemonitis oraculorum, cum arbor arma peperisset, quod succisae accidit, ocreis galeisque intus repertis. Ferunt lapides ita inventos ad continendos partus esse remedio. XL. Amplissima 20
arborum ad hoc aevi existumatur Romae visa quam propter miraculum Tiberius Caesar in eodem ponte naumachiario exposuerat advectam cum reliqua materie, duravitque ad Neronis principis amphitheatrum; fuit autem trabes e larice, longa pedes cxx bipedali crassitudine aequalis, quo intellegebatur vix credibilis reliqua altitudo fastigium ad cacumen aestumantibus. Fuit memoria nostra et in porticibus saepto- 20
rum a M. Agrippa relicta aeque miraculi causa, quae diribitorio superfuerat, xx pedibus brevior, sesquipedali crassi-

deterior, θTad. *deteriores*, β. — Pro *Aeneatica* Barbar. *Attica* vel *Aeanica* coniicit. *Ἀλιανικήν*, Theophr. l. l. V. 2, 1. — *pessima*, θad. *pessimae*, βγ. — *Eboica*, d. *Euboea*, a. — *ramosa cibi*, a. — *At cedrus*, Vitruv. II. 9, 13. — *tineam*, d. *tiniam*, a. *rimam*, T.

§ 198. *Vaccaeis*, Hard. *Vacceis*, Td. *vaccae eis*, a (Barber. 754. ap. Garat. ad Cic. Planc. 34. p. 198.) *baccae eius*, β. — *medulla eius*, d. *medullae ius*, a. *medullae vis*, r. — *cedrus*, ad. *cedris*, θ. — *convolare*, a[1]. — *in quibusdam*, d. *quibusdam*, a. — *accidunt*, dr. *accedunt*, θa. — *in lapide*, θadr. *ut lapide*, Dalec. *lapide*, βγ.

§ 199. *excidii*, d. De re v. Theophr. l. l. V. 2, 4. — *praemonitis*, d. *postmonita*, a. *praemonitae*, βγ. — *oraculorum*, *cum*, ita nos scripsimus. *oraculum cum*, a. *oraculo cum*, dβγ.

§ 200. *duravitque*, ad. *duravit*, γ. — *trabes*, ar. *trabs*, dβγ. — *aequali*, K. — *via*, d.

§ 201. *relicta*, om. d. — *delibitorio*, ar. *delibatorio*, d. — *nave*, a. *navi*, dβγ. — *navi*, d. — *CXX*, a (codd. Gel. et plerique ap. Zoeg. obelisc. p. 8.) *centum XX*, Ambr. I. *CXXX*, θTDd (Vatic. 1953. 1954., Palat. 1559.) *centum*

tudine. Abies admirationis praecipuae visa est in nave quae ex Aegypto Gai principis iussu obeliscum in Vaticano circo statutum quattuorque truncos lapidis eiusdem ad sustinendum eum adduxit, qua nave nihil admirabilius visum in mari certum est; $\overline{\text{CXX}}$ modiorum lentis pro saburra ei fuere. Lon- 202
gitudo spatium optinuit magna ex parte Ostiensis portus latere laevo; ibi namque demersa est a Claudio principe cum tribus molibus turrium altitudine in ea exaedificatis obiter Puteolano pulvere advectisque. Arboris eius crassitudo quattuor hominum ulnas conplectentium inplebat, volgoque auditur octoginta nummum et pluris malos venumdari ad eos usus, ratis vero connecti XL HS. plerasque. At in Aegypto 203
ac Syria reges inopia abietis cedro ad classis feruntur usi; maxuma ea in Cypro traditur ad undeciremem Demetrii succisa, centum triginta pedum, crassitudinis vero ad trium hominum conplexum. Germaniae praedones singulis arboribus cavatis navigant, quarum quaedam et triginta homines ferunt. Spississima ex omni materie, ideo et gravissima iu- 204
dicatur hebenus et buxus, graciles natura; neutra in aquis fluitat, nec suber si dematur cortex, nec larix. Ex reliquis siccissima lotos quae Romae ita appellatur, dein robur exalburnatum; et huic nigricans color magisque etiam cytiso quae proxume accedere hebenum videtur, quamquam non desunt qui Syriacas terebinthos nigriores adfirment. Cele- 205
bratur et Thericles nomine calices ex terebintho solitus facere torno, per quem probatur materies. Omnium haec sola

XXX, Ambr. II. *CCXX*, Vatic. 1956. *CXX M*, $\beta\gamma$. — *modiorum*, T d. *modii tum*, a (Ambr. I.) *modium*, codd. Gel. $\beta\gamma$. *modii*, Ambr. II. — *saburraci*, a.

§ 202. *ostensis*, d. *ostensus*, a. — *a*, om. a. — *ob iter*, γ. *ob id ter*, Pint. — *abvectisque*, a. *advecto*, Pint. — *octoginta*, θ a d. *LXXX M*, β. *octingentis*, Dalec. — *nummum*, θ T a d. *nummorum*, β. *nummis*, Dalec. — *plures*, a. *plure*, d. — *mulos adeo venundari usus*, r. *venundari*, etiam a. — *connecti*, d. *coniecti*, a. — *XL HS.*, d. *XL sestertii*, a. *quadraginta sestertiis*, β.

§ 203. *At in Aegypto* rel., v. Theophr. l. l. V. 8, 1. — *ac*, a r. *et*, d $\beta\gamma$. — *cedros*, a. — *maxime*, a. — *unde cerem*, a d. — *Demetri*, a. — *pedum longitudinis*, r.

§ 204. *gracili*, Dalec. De re v. Theophr. l. l. V. 3, 1. — *scissima*, a (codd. Salmas. exerc. p. 728. b. E., qui *spississima* legit). — *dein*, a d. *deinde*, $\beta\gamma$. — *ad ebenum*, Dalec. — *desunt*, a. *desint*, d $\beta\gamma$. — *therebintinos*, a.

§ 205. *Tericles*, a. *tetricles*, d. — *terebinthino*, a. — *quam*, a d (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 734. b. D.) *perquam probatos*. *Materies omnium haec sola*, Salmas. *torno, cor cuius probatur*. *Materies omn. h. s.*, Pint. — *materies omnium. Haec sola*, r.

ungui volt meliorque fit oleo; colos mire adulteratur iuglande ac piro silvestri tinctis atque in medicamine decoctis. Omnibus quae diximus spissa firmitas. Ab his proxuma est cor- 20
nus, quamquam non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum non alio paene quam ad radios rotarum utile aut si quid cuneandum sit in ligno clavisve figendum ceu ferreis; ilex item et oleaster et olea atque castanea, carpinus, populus. Haec et crispa aceris modo, si ulla materies idonea esset ramis saepe deputatis; castratio illa est adimitque viris. De cetero plerisque eorum sed utique robori tanta 20
duritia ut terebrari nisi madefactum non queat et ne sic quidem adactus avelli clavos; e diverso clavom non tenet cedrus. Mollissima tilia; eadem videtur et calidissima; argumentum adferunt, quod citissime ascias retundat. Calidae et morus, laurus, hedera et omnes, e quibus igniaria fiunt.

77. Exploratorum hoc usus in castris pastorumque reperit, 20
quoniam ad excudendum ignem non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi vel foliorum facillimo conceptu; sed nihil hedera praestantius quae teratur, lauro quae terat; probatur et vitis silvestris, alia quam labrusca, et ipsa hederae modo arborem scandens. Frigidissima quae- 20

fit oleo; colos, ita nos scripsimus praeeunte Barbaro, qui *oleo* emendavit. *fit olea eolos*, a. *fit. oleae olor*, d. *oleo fit. Colos*, $\beta\gamma$.

§ 206. *modo utilis; si ulla*, K. — *sepae deputatis*, a. *deputatis saepe*, d. — *nempe illa*, K.

§ 207. *horum*, θ. De re v. Theophr. l. l. V. 3, 3. — *duritia*, Tad. *duritia est*, $\beta\gamma$. — *Calidae morus*, r. — *hedere*, ad. — *omnes*, a. *homine*, d.— *e*, om. a.

§ 208. *ad*, om. a. — *excludendum*, θad. *excutiendum*, r (unus Vossianus ap. Oudend. ad Frontin. I. 12, 10.) — *facillimo conceptu*, dr. *facillimę conceptu*, a. *facillime conceptu*, vetus scriptura ap. Salmas. exerc. p. 127. a. C. *facillime concipientium*, K. *facillime conceptum*, β. *facillimi conceptus, et nihil*, Salmas. De re v. Theophr. l. l. V. 9, 5. — *teratur laŭro laurumque terat*, r. — *et silvestribus*, Tad. *e silvestribus*, codd. Salmas. exerc. p. 126. b. C.

§ 209. *Frigidissima* rel., v. Theophr. l. l. V. 3, 4. — *cluditque*, ad. *claudit-que*, γ. — *tramittit*, a. *transmittunt*, r. — *fici ut haec*, a. *fici frutex*, d. *fici ut*, r. In scriptura codicis a praeter ficum latet nomen arboris, quod deficientibus fontibus detegere vix queas. — *betuilla*, a. — *sabucus*, a. — *ficus*; pro h. v. habent *sicut* ad. — *autem*, Tadr. *autem etiam*, β. — *flexile*, a. — *constent*, a. *cum testa*, d. *constant*, $\beta\gamma$. — *rigorem*, a.

§ 210. *lętitia*, a. *letitia*, d. — *crassamentisque*, θTadr. *assamentisque*, β. *coassamentisque*, Schneider. ad Theophr. hist. plant. V. 3, 5. p. 428. perquam probabiliter; conf. *coassatio* 36, 180. — *sit ut*, a. *ut*, d. — *inferiori*, d.

§ 211. *Palmae* — *materies*; desumpta sunt haec verba, quae ita ediderunt Hard. γ, ex Theophr. l. l. V. 3, 6. *ὁ δὲ φοίνιξ κοῦφος καὶ εὔεργος καὶ μα-*

cumque aquatica, lentissima autem et ideo scutis faciendis aptissima quorum plaga contrahit se protinus cluditque suum volnus et ob id contumacius transmittit ferrum, in quo sunt genere fici, salix, tilia, betulla, sambucus, populus utraque. Levissima ex his ficus et salix ideoque utilissimae; omnes autem ad cistas quaeque flexili crate constent; habent et candorem rigoremque et in sculpturis facilitatem. Est lentitia 210
platano, sed madida, sicut alno; siccior eadem ulmo, fraxino, moro, ceraso, sed ponderosior. Rigorem fortissime servat ulmus, ob id cardinibus crassamentisque portarum utilissima, quoniam minume torquetur, permutanda tantum sic ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior. Palmae est 211
mollis et suberis materies, spissae et malus pirusque, nec non acer, sed fragile, et quaecumque crispa. In omnibus silvestria et mascula differentiam cuiusque generis augent; et infecunda firmiora fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt, sicut cupressus et cornus.

78. Cariem vetustatemque non sentiunt cupressus, cedrus, 212
hebenus, lotos, buxus, taxus, iuniperus, oleaster, olea, e reliquis tardissime larix, robur, suber, castanea, iuglans. Rimam fissuramque non capit sponte cedrus, cupressus, olea, buxum.

λαχὸς ὥσπερ ὁ φελλός, βελτίων δὲ τοῦ φελλοῦ, ὅτι γλίσχρος, ἐκεῖνο δὲ θραυστόν. At corrupta sunt Plinii verba, quod et codicum scripturae et haec ipsa verba cum sequentibus docent, unde nihil h. l. a me fieri potuit, nisi ut illas enotarem. *palma est*, TKad. *similis*, D^2. *milis*, TD^1d. *mitis*, θa. *molli*, K. *et suberis*, TKd. *et superius*, a. *materies*, Td, quam vocem omittunt aβ; deinde cod. a habet *spissa*. Ex his reliquiis verae scripturae id, nisi fallor, colligi potest, vocem *materies*, quam aβ non agnoscunt, librariis deberi et legendum esse: *Palma similis est suberis*, qua in coniectura illud sumo verbum *est* in vulgata scriptura ortum esse e litteris *si* casu in *st* mutatis; adiectivum enim *similis* non modo per D^2, sed etiam per *milis* in TD^1d agnoscitur. Deinde a librariis ex vera lectione *est* factum *et*, cui particulae nullus hic locus; postremo *superius* mera est interpolatio codicis a nata ex *superis* pro *suberis* scripto. — *et*, omittendum ortum per adiectivum *spissae* extrema sui parte male divulsum, uti cod. a docet, in quo *spissa* exstat. — *fragile*, adr. *fragiles*, β. At hic quoque aliquid corruptum, et *sed id fragile* scribendum, ut per pronomen *id* arbor *acer* discernatur a malo piroque spissis quidem, sed non fragilibus. — *In omnibus silvestria*, v. Theophr. l. l. V. 4, 1. — *differentiam*, ita nos scripsimus. *differentia*, ad. *differentias*, $\beta\gamma$. — *quod*, a.

§ 212. *buxus*, Tadr. *buxum*, β. — *olea*, ad. *et olea*, $\beta\gamma$. — *e*, D. *et*, a. *ex*, d$\beta\gamma$. — *reliqui*, a. — *non*, d^2. Omitt. θad^1. Index huius libri: *Quae cariem non sentiant, quae rimam.* — *buxum*, a (qui cum β hanc vocem ad sequentia refert). *buxus*, Tdγ.

79. Maxume aeternam putant hebenum et cupressum ce- 21
drumque, claro de omnibus materiis iudicio in templo Ephesiae Dianae; utpote cum tota Asia exstruente cccc annis peractum sit, convenit tectum eius esse e cedrinis trabibus. De simulacro ipso deae ambigitur; ceteri ex hebeno esse 21
tradunt, Mucianus ter consul, ex his qui proxume viso eo scripsere, vitigineum et numquam mutatum septiens restituto templo; hanc materiam elegisse Endoeon, etiam nomen artificis nuncupans, quod equidem miror, cum antiquiorem Minerva quoque, non modo Libero patre vetustatem ei attribuat; adicit multis foraminibus nardo rigari, ut medicatus umor alat teneatque iuncturas, quas et ipsas esse modico admodum miror; valvas esse e cupresso et iam cccc prope annis durare materiem omnem novae similem. Id quoque 21
notandum valvas in glutinis conpage quadriennio fuisse; cupressus in eas electa, quoniam praeter cetera in uno genere materiae nitor maxume valeat aeternus. Nonne simulacrum Veiovis in arce e cupresso durat a condita urbe DCLXI. anno dicatum? Memorabile et Uticae templum Apol- 21
linis, ubi e cedro Numidica trabes durant ita ut positae fuere prima urbis eius origine annis MCLXXVIII, et in Hispania Sagunti templum Dianae a Zacyntho advectae cum conditoribus anno cc. ante excidium Troiae, ut auctor erat Bocchus, — infra ipsum oppidum id habent, — cui pepercit religione inductus Hannibal iuniperi trabibus etiam nunc durantibus.

§ 213. *aeternam*, a. *aeterna*, T d γ. De re v. Vitruv. II. 9, 13. et Theophr. l. l. V. 4, 2. — *clara*, a d. — *materiis*, om. r. — *iudico*, a. — *cum*, post *exstruente* collocat a. — *e*, d. Omitt. a r.

§ 214. *simulacro ipso*, a d. *ipso simulacro*, $\beta\gamma$. — *Endoeon*, *etiam*, ita nos scripsimus coll. Athenag. legat. Christ. 14. p. 60. ed. Dechair. *eandem conetiam*, T a d (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 574.) *eandem come etiam*, θ r. *eandem*, *Canetiam*, β. *Pandemion*, *etiam*, Hard. *Endyon*, *etiam*, Brot. γ. — *Minervam*, a. — *non quoque* pro *quoque non*, a d. — *ei*, d. Omitt. a r. — *attribuat*, a r. *tribuat*, d $\beta\gamma$. — *nardi*, a d. — *durari*, a. — *materiem*, θ a d. *materiam*, β.

§ 215. *Idque*, r. De re v. Theophr. l. l. V. 3, 5. — *inter eas*, a r. — *in uno*, d. *uno*, a. *uno in*, $\beta\gamma$. — *Nonae*, a. — *Veiovis*, a (codd. Gel.) *Iovis*, T r. ////*iovis*, d. — *urbe*, omitt. a d. — *DCLXI.*, a. *DLI.*, D β. *DLXI.*, T d. *DCLX.*, K. *DLX.*, Merkel. ad Ovid. fast. p. CXXVIII.

§ 216. *e*, ego inserui. Omitt. T a d $\beta\gamma$; de hoc huius praepositionis usu v. ad 35, 43. — *cedro Numidica*, T d. *cedrorum idica*, a. *cedronum idaca*, D. *Numidicarum cedrorum*, $\beta\gamma$. — *ita*, om. T. — *MCLXXVIII*, D θ. Idem habet cod. a, nisi quod post numerum *C* numerus *X* erasus est. *MCLXXXVIIII*, T d γ. *MCLXXXVIII*, β. — *Sagunti*, D. *Sagunt*, a. *Sagunti aiunt*, d $\beta\gamma$. — *anno CC.*, a. *annis ducentis*, d $\beta\gamma$. — *erat*, a d. *est*, $\beta\gamma$. — *infra ipsum oppidum*

Super omnia memoratur aedis Aulide eiusdem deae sacculis 217
ante Troianum bellum exaedificata, quonam genere materiae, scientia oblitterata. In plenum dici potest, utique quae odore praecellant eas et aeternitate praestare. A praedictis morus 218
proxume laudatur quae vetustate etiam nigrescit. Et quaedam tamen in aliis diuturniora sunt usibus quam alia. Ulmus in perflatu firma, robur defossum et in aquis quercus obruta; eadem supra terram rimosa facit opera torquendo sese. Larix in umore praecipua et alnus nigra. Robur marina aqua conrumpitur. Non inprobatur et fagus in aqua et iuglans, hae quidem in his quae defodiuntur vel principales; item iuniperus, eadem et subdialibus aptissima. Fagus et cerrus ce- 219
leriter marcescunt; aesculus quoque umoris inpatiens. Contra adacta in terram in palustribus alnus aeterna onerisque quantilibet patiens, cerasus firma, ulmus et fraxinus lentae, sed facile pandantur, flexiles tamen stantesque a circumcisura siccatae fideliores. Laricem in maritimis navibus obnoxiam teredini tradunt omniaque praeterquam oleastrum et oleam; quaedam enim in mari, quaedam in terra vitiis opportuniora.

XLI. 80. Infestantium quattuor genera. Teredines capite 220
ad portionem gravissimo rodunt dentibus; hae tantum in mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem proprie dici; terrestris tineas vocant, culicibus vero similis thripas. Quartum est et e vermiculorum genere, et eorum alii putrescente suco ipsa materie, alii pariuntur sicut in arboribus ex eo

id, θ D T a d. *infraque oppidum ipsum id*, βγ. — *habent*, *cui*, ita nos scripsimus. *habente ui*, D. *habenti. Cui*, a. *habente. Cui*, θ. *habens. Cui*, T d. *haberi. Cui*, βγ. — *etiamnone*, a.

§ 217. *memorantur*, a. — *aedis*, ita nos scripsimus. *elis*, a d. *aedes in*, βγ. Vid. 36, 177. — *saeculis*, a. *saeculis aliquot*, d βγ. V. *ante saecula* 34, 7. — *quonam genere*, d. *quõ genera*, a. *quoniam genera*, β. *thuiae quidem generis materiae*, Pint. — *potest*, a d. *par est*, θ. — *utique quae*, a. *ut quaeque*, d. — *eas et*, Salmas. exerc. p. 31. a. B. *ea sed*, a d (codd. Salmas.) *eas*, θ. *ea*, βγ.

§ 218. *A*, om. d. De re v. Theophr. l. l. V. 4, 3. et Vitruv. II. 9, 8 seqq. — *etiam vetustate*, d. — *prefatu*, a d. — *robur defossum et in aquis*, *quercus obruta*, Pint. — *alnus*, a d. *populus*, K. — *haec*, a.

§ 219. *impatiens: contra adacta in terra. In palustribus*, r. — *panduntur*, T a d.

§ 220. *Infestatiuum*, a d. De re v. Theophr. l. l. V. 4, 4. — *Teredinis*, a. — *grandissimo*, Dalec. — *tinias*, a. — *thripas*, d. *thirpas*, a. — *Quarum*, a. — *est et e*, d. *et a*, a. *est et*, K. — *vermis genus*, K. — *et eorum*, T a d r. *quorum quidem*, β. — *suco*, om. Pint. *alii e putrescente materia, alii ex aliis pariuntur, sicut in arboribus qui cerastes vocatur*, Dalec. — *sicut*, om. d[1]. — *arboribus de eo qui cerastae vocantur*, r.

qui cerastes vocatur; cum tantum erosit ut circumagat se,
generat alium. Haec nasci prohibent in aliis amaritudo, ut 22
cupresso, in aliis duritia, ut buxo. Tradunt et abietem circa
germinationes decorticatam qua diximus luna aquis non con-
rumpi. Alexandri magni comites prodiderunt in Tylo rubri
maris insula arbores esse, ex quibus naves fierent quas co
annis durantis inventas et si mergerentur incorruptas; in
eadem esse fruticem baculis tantum idoneae crassitudinis,
varium tigrium maculis, ponderosum et cum in spissiora
decidat vitri modo fragilem.

XLII. 81. Apud nos materiae finduntur aliquae sponte; ob 22
id architecti eas fimo inlitas siccari iubent, ut adflatus non
noceant. Pondus sustinere validae abies, larix, etiam in trans-
versum positae; robur, olea incurvantur ceduntque ponderi.
Illae renituntur nec temere rumpantur priusque carie quam
viribus deficiunt. Et palmae arbor valida — in diversum 22
enim curvatur — et populus. Cetera omnia inferiora pandan-
tur, palma ex contrario fornicatim. Pinus et cupressus ad-
versus cariem tineasque firmissimae. Facile pandatur iuglans; 22
fiunt enim et ex ea trabes; frangi se praenuntiat strepitu,
quod et in Antandro accidit, cum e balneis territi sono pro-

erosit, ad. *eroserit*, $\beta\gamma$. *eroserint*, r. — *circumagant* et *generant*, r.

§ 221. *prohibent*, ar. *prohibet*, d$\beta\gamma$. — *in aliis duritia*, θTad. *aliis duritia*, β. — *decoctis aram*, a. — *diximus* § 189. — *quas*, ad. *quasi*, r. — *durantis*, om. Pint. — *decidit*, r. — *cuitri*, a. *eyt*, d.

§ 222. *Apud nos* rel., v. Theophr. l. l. V. 5, 6. — *validae*, d. *valide*, aβ. De re v. Theophr. l. l. V. 6, 1. — *traversum*, a. — *incurvant*, θ. *incurvatur*, r. — *ceditque*, r. — *nec temere rumpantur*, a. *nec temere rumpuntur*, $\beta\gamma$. *ne temere rumpantur*, Td.

§ 223. *arbor valida*, dr. *arborum valida*, a. *arbor invalida*, β. — *curvatus*, a. — *et populus*, Tadr. *At populus*, β. Ut suppositicia haec verba cum Broterio delet Schneider. ad Theophr. hist. plant. V. 6, 1. p. 439. — *Cetera*, Hard. *contra*, Tadrβ. — *in inferiora*, Pint. — *pandantur*, a. *panduntur*, Td. *pandatur*, β. — *ex*, θad. *e*, $\beta\gamma$. — *fornicatim*, θTdr. *fornicatum*, a. *fornicatur*, β. — *tiniasque*, a.

§ 224. *frangi*, θTadr. *frangique*, β. — *crepitu*, Td. — *quod et*, Tar. *quod*, θd$\beta\gamma$. — *Antandro*, Theophr. *Andro*, θadr. *antro*, T. — *balineis*, d. — *intus*, ar. *in tubos*, Barbar. Kd (?) $\beta\gamma$. — *obruta*, ad. — *durantur*, a. — *tegantur*, a. *integantur*, d$\beta\gamma$. — *senescant*, β. — *miro modo*, r.

§ 225. *in rectum*, θTad (codd. Salmas. exerc. p. 727. b. F.) *intra tectum*, r. *ad tectum*, β. V. Theophr. l. l. V. 6, 2. — *valvarum*, v. Theophr. l. l. V. 5, 2. cum nota Schneid. p. 437. — *paginis*, θTad (codd. Salmas.) *repagulis*, β. V. Schneider. ad Vitruv. IV. 6, 4. — *generis*, d. — *ramentorum crinibus*, Theophr. l. l. V. 1, 6. cum nota Schneid. p. 417. — *runcinae*, Td. *runcinam*, a (codd.

fugerunt. Pinus, piceae, alni ad aquarum ductus intus cavantur, obrutae terra plurumis durant annis; eaedem si non tegantur cito senescunt, mirum in modum fortiores si umor extra quoque supersit.

82. Firmissima in rectum abies; eadem valvarum paginis 225
et ad quaecumque libeat intestina opera aptissima, sive Graeco, sive Campano, sive Siculo fabricae artis genere spectabilis, ramentorum crinibus, pampinato semper orbe se volvens ad incitatos runcinae raptus. Eadem et curribus maxume sociabilis glutino in tantum ut findatur ante qua solida est.

XLIII. 83. Magna autem et glutini ratio propter ea quae 226
sectilibus lamnis ac in alio genere operiuntur. Stamineam in hoc usu probant venam et vocant feruleam argumento similitudinis, quoniam lacunosa et crispa. In omni genere glutinum abdicant quaedam et inter se et cum aliis insociabilia glutino, sicut robur, nec fere cohaerent nisi similia natura, ut si quis lapidem lignumque coniungit. Cornum maxume 227
odit sorbus, carpinus, buxus, postea tilia. Cuicumque operi facilia flexilia omnia quae lenta diximus, praeterque morus et caprificus. Serrabilia ac sectilia quae modice umida; arida enim latius quam teras cedunt, viridia praeter robur et bu-

Salmas. exerc. p. 728. a. D.) *runcinarum*, *β*. — *et curris*, a. *e curris*, d. *currulis*, r[1]. *currulibus*, r[2]. *e turris*, Thuan. ap. Salmas., qui *et fabris* legit. — *sociabili*, d. — *glutinos*, a. — *findantur*, a. — *qua*, d. *quam*, *θ* a. V. Theophr. l. l. V. 6, 2.

§ 226. *glutinatio*, *θ* T a d. Scribendum videtur *glutinandi ratio*. Index huius libri: *De glutinanda materia*. — *aut*, Dalec. et Hand. Tursell. 1, 456. — *Stamineam*, d. — *in hoc*, d. *hoc*, a. — *feruleam*, r. *fertileeam*, a d (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 296. b. C.) *fertileam*, T. *fertilem*, *β*. *ferulaceam*, Brot. *γ*. — *lacunosa et*, a r. *lacunose*, d. *lacunose*, *θ* T. *lacrimose*, Barbar. *β*. *laciniose*, Hard. — *In omni genere*, haec ad priora referunt Hard. *γ*. De re v. Theophr. l. l. V. 7, 2. — *glutinum*, a r. *et glutinum*, d *β*. — *abdicat*, T a d r. Hoc arripiens Brot. *γ* cum a r interpungit: *in omni genere, glutinum abdicat. Quaedam* rel. At tum in eadem periodo mire sibi contradiceret Plin., ut qui supra feruleam ad glutinandum probari, nunc vero eandem glutinum abdicare dicat. Quare ego ex *β abdicant* retinui, per interpunctionem ex parte vulgatam hoc ad sequentia referens. Ita hunc locum, de cuius scriptura difficile iudicari posse ait Schneid. ad Theophr. T. V. p. 270., expeditum esse opinor. — *robius*, a. — *nec*, a d r. *sed nec*, *β*. — *ut sicut quis*, r[12]. — *coniungit*, *θ* a d. *non coniungit*, r[12]. *coniungat*, *β γ*.

§ 227. *odit*, T K d[2]. *audit*, a d[1] *β*. — *talia*, a d. — *diximus* § 209. — *cuicumque opera facilis*, Schneid. ad Theophr. hist. plant. V. 6, 2. p. 440. ad priora referens. — *Serrabilia*, Hard. ex Theophr. l. l. V. 6, 3. *εὔπριστα δὲ καὶ εὔσχιστα τὰ ἐνικμότερα τῶν πάμπαν ξηρῶν*. *surabilia*, T. *furabilia*, D[1] a d. *forabilia*, D[2]. *Durabilia*, *β*. *Dolabilia*, Pint. — *sectilia quae*, d. *sectique*, a. — *latius*, T a d r[12]. *lentius*, Dalec. *γ*. — *quam teras cedunt*, a d. *qua teras cedunt*,

xum pertinacius resistunt serrarumque dentis replent aequalitate inerti, qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem. Oboedientissima quocumque in opere fraxinus eademque ha- 228
stis corylo melior, cornu levior, sorbo lentior, Gallica vero etiam ad currus flexibili; vitem aemularetur ulmus, ni pondus esset in culpa.

84. Facilis et fagus, quamquam fragilis et tenera; eadem 229
sectilibus lamnis in tenui flexilis capsisque ac scriniis sola utilis. Secatur in lamnas praetenuis et ilex, colore quoque non ingrata, sed maxume fida iis quae terantur, ut rotarum axibus, ad quos lentore fraxinus sicut duritia ilex et utro- 230
que legitur ulmus. Sunt vero et parvi usus fabrilium mi- 231
nisteriorum insignes, ideoque proditum terebris vaginas ex oleastro, buxo, ilice, ulmo, fraxino utilissimas fieri, ex iisdem malleos maioresque e pinu et ilice. Et his autem maior ad firmitatem causa tempestivae caesurae quam inmaturae, quippe cum ex olea, durissimo ligno, cardines in foribus diutius inmoti plantae modo germinaverint. Cato vectis aquifolios, laureos, ulmeos fieri iubet, Hyginus manubria rusticis carpinea, iligna, cerrea. Quae in lamnas secantur quorumque 232
operimento vestiatur alia materies, praecipua sunt citrum,

T. *ter ascendunt*, r[1 2]. *quam viridia serris cedunt*, *β*. *serrae cedunt*, Dalec. *γ*. Quamquam sumere licet, Plinium voce *terendi* usum fuisse, quod pariter ad serrabilia atque ad sectilia referri possit, tamen mihi perquam probabile est eum scripsisse *serras*, quo verbo *serrandi* certe Veget. de milit. 2, 25. usus est. — *viridia*, T a d r[1 2]. Om. *β*. — *pertinacius*, T a d. *quae pertinacius*, *β*. — *replente*, d. — *scrobem*, a.

§ 228. *Oboedientissima*, a. *Obedientissima*, d *β γ*. — *flexibili*, a d r, quod ego recepi, ita ut verba *Gallica* — *flexibili* per ablativos absolutos apodosin faciant verborum priorum. *flexibilis*, *β γ*. — *vita*, a d r. Nomen *vitem* esse corruptum ipsa res docet; fortasse in *vit* (etenim *a* repetitum ex sequenti voce, et cod. a *emularetur* habet) *cui* latet; *aemulari* Plin. etiam 14, 30. cum dativo iunxit.

§ 229. *taxus*, Pint. — *et tenera*, codd. Barbari. *et tenero*, a. *e tenore*, d. — *fictilibus*, a d. *plectilibus* vel *plexilibus*, Pint. — *tenuis et flexilis*, K. *interim* vel *in tenue* vel *in tenuia flex.*, Dalec. — *ac*, a. *aut*, T d. — *fida iis quae*, d. *fidatisque*, a. De re v. Theophr. l. l. V. 7, 6. — *lentose*, a. — *fraxinus*, a d. *fraxinus utilis*, *β γ*. — *et*, a d. *ex*, r. *et ad utrumque legitur*, K[1]. *et ad utrumque legitima*, K[2]. *et utraque levior*, Dalec.

§ 230. *ministrorum*, d. — *proditi*, Pint. De re v. Theophr. l. l. V. 7, 8. — *terebras*, a. — *hisdem*, a. — *maioresque*, *θ* T a d. *maiores quam*, r. *maiores quoque*, *β*. — *e*, *θ* T a r. Om. d. — *pino*, d. — *Et*, T a d. *Ex*, D. *Est*, *β γ*. De *et* — *autem* v. ad 2, 125. — *maturae*, T d. *innatura*, a. V. Theophr. l. l. V. 9, 8. — *eum*, a. — *immorari*, r. — *Cato* de re rust. 31, 1. — *vectes iligneos*, *aquif.*, Pint.

§ 231. *cytr'*, d. — *sabuci*, a. — *ut dictum est* § 69. Pint. haec verba post *acer-*

terebinthus, aceris genera, buxum, palma, aquifolium, ilex, sambuci radix, populus. Dat et alnus, ut dictum est, tuber sectile sicut citrum acerque; nec aliarum tubera in pretio. Media pars arborum crispior et quo propior radici minoribus magisque flexilibus maculis. Haec prima origo luxuriae 232
arborum, alia integi et viliores ligni pretiosiores cortice fieri. Ut una arbor saepius veniret, excogitatae sunt et ligni bratteae; nec satis: coepere tingui animalium cornua, dentes secari lignumque ebore distingui, mox operiri; placuit deinde materiem et in mari quaeri. Testudo in hoc secta, nuperque 233
portentosis ingeniis principatu Neronis inventum ut pigmentis perderet se plurisque veniret imitata lignum. Sic lectis pretia quaeruntur, sic terebinthum vinci iubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi. Modo luxuria non fuerat contenta ligno; iam lignum emi testudine facit.

XLIV. 85. Vita arborum quarundam inmensa credi pot- 234
est, si quis profunda mundi et saltus inaccessos cogitat. Verum ex his quas memoria hominum custodit durant in Liternino Africani prioris manu satae olivae, item myrtus eodem loco conspicuae magnitudinis; subest specus, in quo manis eius custodire draco traditur. Romae vero lotos in Lucinae area, 235

que collocat. — *suber*, θ ad. — *Media*, T a d r. *Mediaque*, β. — *partes*, d. — *arborum*, om. r. — *propior*, d. *proprior*, a β. — *flexilis*, a.

§ 232. *luxuriae*, d (vet. lib. ap. Salmas. exerc. p. 296. a. E.) *luxuriam*, a. — *arborum*, a d (vet. lib. Salmas.) *arborem*, $\beta\gamma$. — *viliores ligni*, a. *vilioris ligni*, d (vet. lib. Salmas.) *viliores ligno*, $\beta\gamma$. At recipienda fuit scriptura a nobis recepta, cum Plin. multa adiectiva conditionem aliquam indicantia cum genetivo substantivi eius coniungat, cui illa conditio ut propria tribuitur; ita *celeber picturae* 35, 112., *clarus fontium* 3, 151., *clarus artis* 37, 8., *versutus ingenii* 7, 56., *pretiosus lacrimarum* 12, 33., *ingratus cognominis* 12, 82., *diligens naturae* 13, 31., *felix gratiae* 14, 7., *anxius securitatis* 15, 74., *securus tempestatium* 16, 175., *audax spei* 18, 35. Add. Haas. ad Reisig. schol. grammat. Lat. p. 637. — *pretiosiore*, a d. *e pretiosiore corticem*, Salmas. e vet. libro. — *Ut una* — *veniret*, ad priora refert β. Veriorem interpunctionem dant a d (vet. lib. Salmas.) γ. — *et*, d. *ex*, a. — *bratteae*, a. *brateae*, d. *bracteae*, $\beta\gamma$. — *operiri*, d (vet. lib. Salmas.) *operire*, a. — *materiem*, a d. *materiam*, $\beta\gamma$.

§ 233. *perderet se*, a d. *penderet*, vet. liber ap. Salmas., qui *perderetur* legit. *perderet*, D. — *plurisque veniret*, a d. *plurisque veniren*, D^2. Omitt. D^1 (vet. lib. Salmas.) — *lectis*, a d. *litis*, θ. *tectis*, Rad. Rochett. in *peintures antiques inédites* p. 373. At v. Welcker. in diurn. litter. Halens. 1836. no. 184. p. 239. et Letronn. *appendice aux lettres d'un antiquaire* p. 111. — *iubent*, a. *iuvat*, T d. *iuvant*, Thuan. ap. Salmas. — *emi testudine*, a r. *emi testudinem*, β. *enim e testudine*, T d γ. *em e testudine*, lib. optimus ap. Salmas. exerc. p. 296. b. A., qui *et e* legit.

§ 234. *cogitat*, a r. *cogitet*, d $\beta\gamma$.

anno qui fuit sine magistratibus CCCLXXIX. urbis aede condita, incertum ipsa quanto vetustior; esse quidem vetustiorem non est dubium, cum ab eo luco Lucina nominetur; haec nunc circiter annum CCCCL. habet. Antiquior est, sed incerta eius aetas, quae capillata dicitur, quoniam Vestalium virginum capillus ad eam defertur.

86. Verum altera lotos in Volcanali, quod Romulus con- 236
stituit ex victoria de decumis, aequaeva urbi intellegitur, ut auctor est Massurius; radices eius in forum usque Caesaris per stationes municipiorum penetrant. Fuit cum ea cupressus aequalis circa suprema Neronis principis prolapsa atque neglecta.

87. Vetustior autem urbe in Vaticano ilex, in qua titulus 237
aereis litteris Etruscis religione arborem iam tum dignam fuisse significat. Tiburtes quoque originem multo ante urbem Romam habent; apud eos exstant ilices tres etiam Tiburno conditore eorum vetustiores, apud quas inauguratus traditur; fuisse autem eum tradunt filium Amphiarai qui apud Thebas obierit una aetate ante Iliacum bellum.

88. Sunt auctores et Delphicam platanum Agamemnonis 238
manu satam et alteram in Caphyis Arcadiae luco. Sunt hodie ex adverso Iliensium urbis iuxta Hellespontum in Protesilai ipso sepulchro arbores, quae omnibus ex eo aevis cum in tantum adcrevere ut Ilium adspiciant, inarescunt rursusque adulescunt; iuxta urbem autem quercus in Ili tumulo tunc satae dicuntur, cum coepit Ilium vocari.

§ 235. *CCCLXXIX.*, Pigh. annall. 1, 254., Foggini ad fast. Praenest. p. 22. *CCCLXIX.*, ad β. — *ubi*, d. — *quanto ipsa*, Td. — *CCCCL.*, omitt. ad. — *Antiquior est*, ita nos scripsimus. *antiquiorem*, a. *antiquior*, d. *antiquior illa est*, $\beta\gamma$.

§ 236. *alter*, ad. — *de*, omitt. ad.

§ 237. *iam tum*, θ ad. *iam tunc*, β. — *signant*, K. — *Tiburno*, ad (cod. Torrent. ad Horat. carm. I. 7, 13.) *Tiburte*, codd. Barbari, K. *Tiburto*, $\beta\gamma$. V. Hand. ad Stat. silv. I. 3, 74. p. 443.

§ 238. *Caphyis*, Theophr. l. l. IV. 13, 2. *Caphiar*, θ. *Caphię*, ad. — *luco*, om. Pint. — *Protesilai ipso sepulchro*, ita nos scripsimus. *Protesilia ipsa pulchre*, ar[1 2]. *Protesilia in sepulchro*, d. *Protesilai sepulcro*, $\beta\gamma$. — *ex eo aevis*, Salmas. exerc. p. 610. b. F. Confirmant D[2] (cod. Voss. ad Mel. II. 2. p. 684.) *ex foaebis*, D[1] (Thuan. ap. Salmas.) *exfebis*, d. *ephebis*, a. *efebis*, Rigalt. *ephebiis*, β. *aevis*, γ. — *adspiciunt*, a. — *tunc*, a. *cum*, d. — *cum*, om. d.

§ 239. *etiamnunc*, a. *ètiamnum*, θ d γ. *nunc etiam*, β. — *taurum*, D T a d. Iam cum prorsus sit incredibile hanc scripturam pro glossemate nominis *vaccam* adscriptam fuisse, mihi persuasum est Plinium *bovem* scripsisse, cui glossae et

89. Argis olea etiamnunc durare dicitur, ad quam Io in 239
vaccam mutatam Argus adligaverit. In Ponto circa Heracleam arae sunt Iovis Στρατίου cognomine; ibi quercus duae ab Hercule satae. In eodem tractu portus Amyci est Bebryce rege interfecto clarus; eius tumulus a supremo die lauro tegitur quam insanam vocant, quoniam si quid ex ea decerptum inferatur navibus iurgia fiunt, donec abiciatur. Regionem Aulocrenen diximus, per quam ab Apamia in 240
Phrygiam itur; ibi platanus ostenditur, ex qua pependerit Marsyas victus ab Apolline, quae iam tum magnitudine electa est; nec non palma Deli ab eiusdem dei aetate conspicitur, Olympiae oleaster, ex quo primus Hercules coronatus est; et nunc custoditur religio. Athenis quoque olea durare traditur in certamine edita a Minerva.

90. Ex diverso brevissima vita est punicis, fico, malis et 241
ex his praecocibus brevior quam serotinis, dulcibus quam acutis, et dulciori in punicis; item in vitibus praecipueque fertilioribus. Graecinus auctor est sexagenis annis durasse vitis. Videntur et aquaticae celerius interire. Senescunt quidem velociter sed e radicibus repullulant laurus et mali et punicae. Firmissimae ergo ad vivendum oleae, ut quas durare annis cc inter auctores conveniat.

91. Est in suburbano Tusculani agri colle qui Corne ap- 242
pellatur lucus antiqua religione Dianae sacratus a Latio,

vaccam et *taurum* adscriptae erant, quarum illa in eos codices migravit, quibus lectio vulgata debetur, haec in eos, qui nunc nobis praesto sunt. — *citra*, *θ*. — *Stratiu*, *θ*. *Stratini*, codd. Barbari. *Stratiui*, a. *Stratii*, d*βγ*. Ego nomen Graecum reposui. — *ibi*, *θ*Tad. *ubi*, r. *ibique*, *β*. — *duae*, om. d. — *Amyci est*, *θ*Ta. *Amycies*, d. *est Amyci*, r. *est*, *Amyco*, Barbar. *β*. — *Bebryce*, *θ*r. *hebrice*, a. *thebe rice*, d. *Bebrycum*, Barbar. *β*. — *a supremo die*; in his verbis vitium inesse recte iudicat O. Iahn. in *die Ficoronische Cista* p. 4. Mihi scribendum videtur *a supereminente hodieque lauro tegitur*, coll. schol. Apoll. Rhod. 2, 159. ἀλλ' ἔστιν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ φυτὸν δάφνης ὑπερμέγεθες. Persimilem huic locum v. 2, 149. — *fiunt*, Ta. *fiant*, d*βγ*.

§ 240. *Aulocrenen*, d. *Aulotrenen*, a (codd. vetustissimi ap. Salmas. exerc. p. 586. a. C.) — *diximus* 5, 106. — *ab*, omitt. ad. At v. l. l. — *Apamia*, a. *Apamea*, *θ*d. — *pinus*, Pint. — *pependerit*, *θ*Tad. *pependit*, *β*. — *iam*, a. *etiam*, d. — *primus*, ad. *optimus*, manuscr. Paris. ap. Dalec. — *religio*, *θ*Tad. *religiose*, *βγ*. — *edita*, d. *edito*, *θ*Ta.

§ 241. *Ex diverso*, ad. *E diverso*, *βγ*. V. Theophr. l. l. IV. 13, 2. — *acidis*, Pint. — *dulciori*, codd. Gel. *dulcior*, ad. *dilutior*, codd. Barbari. — *apyrenis*, Pint. — *fertilibus*, Td. — *e lateribus*, Pint. — *videndum*, a.

§ 242. *Coriolanus*, r. *Come*, K. V. Cluver. Ital. ant. 2, 16. p. 779. et Drakenb. ad Liv. 3, 23. — *Latino*, Dalec. *Tatio*, Heins. ad Ovid. art. amat. 1, 656.

velut arte tonsili coma fagei nemoris; in hoc arborem eximiam aetate nostra amavit Passienus Crispus bis consul, orator, Agrippinae matrimonio et Nerone privigno clarior postea, osculari conplectique eam solitus, non modo cubare sub ea vinumque illi adfundere. Vicina luco est ilex et ipsa nobilis XXXIV pedum ambitu caudicis, X arbores mittens singulas magnitudinis visendae silvamque sola faciens.

92. Hedera necari arbores certum est. Simile quiddam et 2
in visco, tametsi tardiorem iniuriam earum arbitrantur; namque et hoc praeter fructus adgnoscitur non in novissimis mirabile. Quaedam enim in terra gigni non possunt et in arbo- 2
ribus nascuntur; namque cum suam sedem non habeant, in aliena vivont, sicut viscum et in Syria herba quae vocatur cadytas, non tantum arboribus sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese; item circa Tempe Thessalica quae polypodion vocatur et quae dolichos ac serpyllum. Oleastro quoque deputato quod gignatur, vocant phaulias, quod vero in spina fullonia, hippophaeston, cauliculis inanibus, foliis parvis, radice alba, cuius sucus ad detractiones in comitiali morbo utilissimus habetur.

93. Visci tria genera; namque in abiete, larice stelin dicit 24
Euboea nasci, hyphear Arcadia, viscum autem in quercu, robore, ilice, pruno silvestri, terebintho nec aliis arboribus adgnasci plerique. Copiosissimum in quercu adasphear vocant. In omni arbore, excepta ilice et quercu, differentiam

fagei nemoris, Barbar. *fagenei moris*, a. *faginei mori*, d. — *arbore eximia*, a. *arborem mora*, K. — *amavit*, Tad. *adamavit*, $\beta\gamma$. — *non modo*, a. *modo*, dγ. — *effundere*, K. — *XXXIV*, θad. *XXXVI*, T. *XXXV*, β. — *mittens*, d (codd. Gel.) *mitiens*, a. *amiciens*, r[12]. *metiens*, K. *mentiens*, Sabell. et Pint. — *silvamque*, a. *silvam*, Td. — *faciens*, D[2]Td. *facient*, D[1]a. *facit*, $\beta\gamma$.

§ 243. *Similem quidam*, a. — *iniuriam earum*, ad. *ear. ini.*, $\beta\gamma$. *eius iniur.*, Dalec.

§ 244. *Quaedam enim*, v. Theophrast. de caus. plant. II. 17, 3. — *et in*, Tad. *Est et in*, $\beta\gamma$. — *cadytas*, Theophrast. *cassytas*, r (codd. Barbari, quod probat Gesner. hist. anim. 4, 749.) *castas*, θad (codd. Salmas. exerc. p. 682. b. D., qui *casitas* vel *casytas* legit). — *Tempe*, Sabell. et Barbar. *Templi*, ad. — *etessalica*, a. *Thessalica*. *Innascitur aliis et quae polyp.*, Dalec. — *et quae* — *serpyllum*, delet Pint. — *serpyllum*, d. *serpullum*, θr (codd. Barbari). *serpulum*, a. — *gignitur*, r. — *phaulias*, Salmas. exerc. p. 911. b. D., quod probat Schneid. ad Varr. de re rust. 1, 40. p. 343. *phaunos*, ad$\beta\gamma$. *faunos*, Dalec. Add. Schneider. ad Theophr. hist. plant. II. 2, 12. et de odor. 15. — *spina*, codd. Gel. *hispiria*, d. *hispania*, a. — *hypophacto in*, a. *hypofacto in*, d. — *cauliculis*, D[2]. *galliculis*, D[1]. *calliculis*, ad. *calyculis*, β. *capitulis*, Hard. e codd. (?) vel potius ex Dioscor. 4, 160.

facit odor virusque et folium non iucundi odoris, utroque visci amaro et lento. Hyphear ad saginanda pecora utilius; 246
vitia modo purgat primo, dein pinguefacit quae suffecere purgationi; quibus sit aliqua tabes intus, negant durare. Ea medendi ratio aestatis quadragenis diebus. Adiciunt discrimen visco in his quae folia amittant et ipsi decidere, contra inhaerere nato in aeterna fronde. Omnino autem satum nullo 247
modo nascitur nec nisi per alvom avium redditum, maxume palumbis ac turdis; haec est natura, ut nisi maturatum in ventre avium non proveniat. Altitudo eius non excedit cubitalem, semper frutectosi ac viridis. Mas fertilis, femina sterilis, nisi quod et fertilis aliquando non fert.

94. Viscum confit ex acinis qui colliguntur messium tem- 248
pore inmaturi; nam si accessere imbres, amplitudine quidem augentur, visco vero marcescunt; siccantur deinde et aridi tunduntur ac conditi in aqua putrescunt duodenis fere diebus, unumque hoc rerum putrescendo gratiam invenit; inde in profluente, rursus a malleo tunsi, amissis corticibus interiore carne lentescunt. Hoc est viscum pinnis avium tactu ligandis iuglandis oleo subactum, cum libeat insidias moliri.

95. Non est omittenda in hac re et Galliarum admiratio. 249
Nihil habent Druidae — ita suos appellant magos — visco et arbore in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius. Iam per se roborum eligunt lucos nec ulla sacra sine earum

§ 245. *larice*, ad. *ac larice*, *βγ*. — *nasci*, delet Barbar. — *hypear*, a. *hypea*, d. De re v. Theophr. hist. plant. III. 16, 1. et de caus. plant. II. 17, 1. — *ilice*, a. Omitt. d*γ*. — *pruno*, d. *primo*, a. *piro*, Hard. — *adgnasci*, a. *adnasci*, d*βγ*. — *plerique*, ad sequentia refert manuscr. Paris. ap. Dalec. novam hinc enuntiationem incipiens. — *quercu*, Tad (manuscr. Paris. ap. Dalec.) *quercu quod*, *βγ*. — *adasphear*, *θ*Ta. *ad hasphear*, d. *hyphear*, manuscr. Paris. ap. Dalec. *dryos hyphear*, *βγ*. *δρυὸς ἰξίον*, Dalec. — *utroque* — *lento*, *θ*Tad. *utroque. Viscum amarum et lentum*, r. *in utroque visco amarum et lentum*, *β*.

§ 246. *sufficere*, ad. *superfuere*, Dalec. — *labes*, Pint. De re v. Theophr. de caus. plant. II. 17, 6. — *aetatis*, a. — *crimen*, d. — *viso*, ad. — *mittant*, a. *mittunt*, d.

§ 247. *nullo*, *θ*Tadr. *ullo*, *β*. — *turdis*, Tad. *turdi*, *β*. Huc respicit Serv. ad Vergil. Aen. 6, 205. — *excidit*, d. — *frutectosi*, *θ*Tad. *fruticosi*, *β*. — *nisi quod et fertilis*, D^2. Omitt. D^1ad*βγ*. Hinc Dalec. coniecit *al. vero fert*, quod in lectione vulgata paene necessarium.

§ 248. *confit*, d. *cum fit*, a. *fit*, r. — *augetur*, a. — *cocti*, Pint. — *a malleo*, *θ*Tad. *malleo*, *β*. — *ligandis iuglandis*; haec *β* scriptura diversis modis a codd. confirmatur. *ligandis glandis*, *θ*. *iuglandis*, a. *ligandis*, Td*γ*.

§ 249. *omittenda in*, a. *omittendum*, d. — *hac re*, D^2. *gac re*, D^1. *gare*, ad. *ea re*, *βγ*. — *et*, om. r. — *magis*, a. — *Iam iam*, d. — *earum*, DTad. *ea*, *βγ*.

fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Graeca possint Druidae videri; enimvero quidquid adgnascatur illis, e caelo missum putant signumque esse electae ab ipso deo arboris. Est autem id rarum admodum inventu et 25
repertum magna religione petitur et ante omnia sexta luna, quae principia mensum annorumque his facit, et saeculi post tricesimum annum, quia iam virium abunde habeat nec sit sui dimidia, omnia sanantem appellantes suo vocabulo. Sacrificio epulisque rite sub arbore conparatis duos admovent candidi coloris tauros quorum cornua tum primum vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandit, falce 25
aurea demetit; candido id excipitur sago. Tum deinde victimas inmolant precantes, suum donum deus prosperum faciat his quibus dederit. Fecunditatem eo poto dari cuicumque animalium sterili arbitrantur, contra venena esse omnia remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio est.

appellatio, a. — *adgnascatur*, a. *adnascatur*, d$\beta\gamma$.

§ 250. *admorum*, ad. — *invento*, a. — *mensum*, a. *mensium*, d$\beta\gamma$. — *secula*, a. — *etiamsi non sit dimidia*, Dalec. — *appellant*, r. — *Sacrificio*, Ta. *Sacrificiis*, d$\beta\gamma$. — *comparatis*, θTad. *praeparatis*, β. — *tum*, ad. *tunc*, $\beta\gamma$.

§ 251. *demetit*, ad. *demittit*, β. — *precantes*, ad. *precantes ut*, $\beta\gamma$. — *deus*, a. *ac deum*, d. — *quique*, θ. — *animalium*, θTad. *animali*, β. — *contra*, θTad. *contraque*, β. — *esse omnia*, ad. *omnia esse*, $\beta\gamma$.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XVII.

CAP. I. SECT. 1. Natura arborum terra marique sponte § 1
sua provenientium dicta est, restat earum quae arte et humanis ingeniis fiunt verius quam nascuntur; sed prius mirari succurrit, qua retulimus paenuria pro indiviso possessas a feris, depugnante cum his homine circa caducos fructus, circa pendentis vero et cum alitibus, in tanta deliciarum pretia venisse, clarissimo, ut equidem arbitror, exemplo L. Crassi atque Cn. Domiti Ahenobarbi. Crassus orator fuit in 2
primis nominis Romani; domus ei magnifica, sed aliquanto praestantior in eodem Palatio Q. Catuli qui Cimbros cum C. Mario fudit, multo vero pulcherrima consensu omnium aetate ea in colle Viminali C. Aquili equitis Romani clarioris illa etiam quam iuris civilis scientia, cum tamen obiecta Crasso sua est. Nobilissimarum gentium ambo, Crassus at- 3
que Domitius, censuram post consulatus simul gessere anno conditae urbis DCLXII. frequentem iurgiis propter dissimilitudinem morum. Tum Cn. Domitius, ut erat vehemens natura, praeterea accensus odio quod ex aemulatione avidissi-

Ad hunc librum toti excussi sunt ad; de D v. ad librum XIV.

§ 1. *mari*, om. D. — *nascantur*, Ambr. I. II. — *arari*, ad. — *qua retulimus*, Tad. *quae retulimus*, θr. *quae abstulimus*, β. Vid. 16, 1. — *paene iniuria*, K. — *possessas*, Tadr. *possessa*, β. — *his*, a. *iis*, dβγ. — *L.*, d. *lucu*, a. — *Gn.*, a. — *henobarbi*, a. *Enobarbi*, Ambr. I. II.

§ 2. *Q.*, d. *quę*, a. — *qui*, d. *quę*, a. — *multum*, Ambr. I. — *clarioris*, ar (Ambr. I.) *clarior is*, Ambr. II. *Clarior his*, d. — *etiam quam*, ad. *etiamtum*, r. *etiam*, codd. Rezz.

§ 3. *atque*, ad. *est atque*, D. Num Plin. *scilicet atque* scripsit? — *consulatus*, θad. *consulatum*, β. — *Gn.*, a. — *odio*, a. *ira odio*, d. — *audissimum*, a.

*

mum est, graviter increpuit tanti censorem habitare, HS. pro domo eius identidem promittens, et Crassus, ut praesens ingenio semper, ut faceto lepore sollers, addicere se respondit exceptis sex arboribus. Ac ne uno quidem denario, si 4
adimerentur, emptam volente Domitio, Crassus, „utrumne igitur ego sum", inquit, „quaeso, Domiti, exemplo gravis et ab ipsa mea censura notandus qui domo quae mihi hereditate obvenit conmuniter habitem, an tu qui sex arbores aestumes HS.?" Eae fuere lotoe patula ramorum opacitate la- 5
scivae, Caecina Largo e proceribus crebro iuventa nostra eas in domo sua ostentante, duraveruntque, quoniam et de longissimo aevo arborum diximus, ad Neronis principis incendia quibus cremavit urbem annis CLXXX postea, cultu virides iuvenesque, ni princeps ille adcelerasset etiam arborum mortem. Ac ne quis vilem de cetero Crassi domum 6
nihilque in ea iurgante Domitio fuisse dicendum praeter arbores iudicet, iam columnas quattuor Hymettii marmoris aedilitatis gratia ad scaenam ornandam advectas in atrio eius domus statuerat, cum in publico nondum essent ullae marmoreae. Tam recens est opulentia tantoque tunc plus honoris arbores domibus adferebant, ut sine illis ne inimicitiarum quidem pretium servaverit Domitius. Fuere ab iis et cogno- 7
mina antiquis: Fronditio militi illi qui praeclara facinora Volturnum transnatans fronde capiti inposita adversus Hannibalem edidit: Stolonum Liciniae genti; ita appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis, unde et pampinatio inventa primo Stoloni dedit nomen. Fuit et arborum cura legibus

HS., ita nos scripsimus. *his*, d. *is*, a. *///is*, D. Omitt. $\beta\gamma$. — *eius*, D a. *eius sestertium*, θ T d (cod. antiquissimus ap. Bud. de asse p. 351.) *eius sestertium millies*, β. *eius sestertium sexagies*, Broter. ex Valer. Max. IX. 1, 4. Ex optimorum codd. scriptura apparet pecuniae summam a Plinio superius positam postea casu in locum inferiorem migrasse. — *ut faceto*, a d. *et faceto*, $\beta\gamma$. — *addicere*, T a d (cod. Bud.) *concedere*, r. — *respondens*, a[1].

§ 4. *quiso*, a. — *gravi*, K. — *domo*, a d. *in domo*, $\beta\gamma$. — *hereditati*, a. — *communiter*, r. *cumiter*, a. *comiter*, d $\beta\gamma$. Recte iam Dalec. lectionem a nobis receptam explicuit „*communi et populari modestia.*" — *an tu qui*, a. *antiquis*, d. — *HS.*, ita nos scripsimus. Restitui hanc notam ex prima voce paragraphi sequentis, qualis ea in optimis codd. exstat; aptius etiam et acerbius ea h. l. legitur, quam, ubi hucusque ($\beta\gamma$) legebatur, post *an tu qui*; ibi scilicet *sestertium* habet T, *sestertium millies* β, *sestertium sexagies* γ. At nihil horum invenitur in a d.

§ 5. *Eae*, d. *Haec*, D a. — *lotoe*, a d. *lotos*, r. *loti*, $\beta\gamma$. — *e*, omitt. γ vitio operarum. — *iuventa*, a d. *in iuventa*, $\beta\gamma$. — *diximus* 16, 234 seqq. —

priscis cautumque est XII tabulis ut qui iniuria cecidisset alienas lueret in singulas aeris XXV. Quid existumamus fu- 8
turasne eas credidisse ad supra dictam aestumationem illos qui frugiferas tanti taxaverant? Nec minus miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo addicto binis milibus nummum, maiore singularum reditu, quam erat apud antiquos praediorum. Ob hoc insita et arborum quoque adulteria excogitata sunt, ut nec poma pauperibus nascerentur. Nunc ergo dicemus, quonam maxume modo tan- 9
tum ex his vectigal contingat, veram colendi rationem absolutamque proituri, et ideo non volgata tractabimus nec quae constare animo advertimus, sed incerta atque dubia, in quibus maxume fallitur vita; nam diligentiam in supervacuis adfectare non nostrum est. Ante omnia autem in universum et quae ad cuncta arborum genera pertinent in conmune, de caelo terraque dicemus.

II. 2. Aquilone maxume gaudent, densiores ab adflatu 10
eius laetioresque et materiae firmiores, qua in re plerique falluntur, cum in vineis pedamenta non sint a vento eo opponenda et id tantum a septentrione servandum. Quin immo tempestiva frigora plurumum arborum firmitati conferunt et sic optume germinant, alia qua si blandiantur austri, defatiscentes, ac magis etiam in florem. Nam si cum defloruere 11
protinus sequantur imbres, in totum poma depereunt, adeo ut amygdalae et piri, etiam si omnino nubilum fuit austrinusve flatus, amittant fetus. Circa vergilias quidem pluvere inimicissimum viti et oleae, quoniam tum coitus est

CLXXX, omitt. ad. *CXLV*, Sachs. *Geschichte der Stadt Rom* 1, 560. 583. — *postea, cultu*, Gesner. in chrestom. p. 541. *Postea cultu*, ad $\beta\gamma$.

§ 6. *Hymeti*, a.

§ 7. *his*, a. — *capiti*, om. a. — *ita*, T a d r. *ita enim*, β. — *unde*, a. *inde*, T d r. — *primo* — *nomen*, delet Pint. — *singulas siclos aeris*, K.

§ 8. *futurasne*, a. *venturasne*, θ T d γ. — *credidisset*, a d. — *sup̄*, a. — *qui*, a. *qui vel*, T d. — *frugiferam*, a[1]. — *tantum*, a[1]. — *tuexaverant*, a[1]. *vexaverant*, θ T a[2] d r. — *nummorum*, d. — *maiores*, a.

§ 9. *dicimus*, a. — *quonam*, T K. *quō*, a. *quo*, d $\beta\gamma$. — *tractauimus*, a. — *animo advertimus*, θ T a. *animadvertimus*, d $\beta\gamma$. — *in supervacuis*, d. *supervacuis*, a. — *autem*, a d. Omitt. $\beta\gamma$. — *dicimus*, a.

§ 10. *firmiores*, a d. *firmioris*, $\beta\gamma$. V. ad 16, 232. — *ea*, a. — *ponenda*, d. — *aliaqua*, a. *alioqui*, d $\beta\gamma$. — *defstiscentes*, d. — *florem*, a d r. *flore*, $\beta\gamma$.

§ 11. *sequantur*, a d. *sequuntur*, r γ. — *fuerit*, d. — *pluvere*, ita nos scripsimus. *pulvere*, D a. *pluere*, d $\beta\gamma$. — *tum*, a d. *tunc*, $\beta\gamma$.

earum; hoc est illud quadriduum oleis decretorium, hic ar-
ticulus austrinus nubili spurci quod diximus. Fruges quoque 11
peius maturescunt austrinis diebus sed celerius. Illa sunt
noxia frigora quae septentrionibus aut praeposteris fiunt
horis. Hiemem quidem aquiloniam esse omnibus satis uti-
lissimum; imbris vero tum expetendi evidens causa est,
quoniam arbores fetu exinanitas et foliorum quoque amis-
sione languidas naturale est avide esurire; cibus autem earum
imber. Quare tepidam esse hiemem, ut absumpto partu ar- 13
borum sequatur protinus conceptus id est germinatio ac de-
inde alia florescendi exinanitio, inutilissimum experimentis
creditur; quin immo si plures ita continuentur anni, etiam
ipsae moriantur arbores, quando nemini dubia paena est in
fame laborantium. Ergo qui dixit hiemes serenas optandas
non pro arboribus vota fecit. Nec per solstitia imbres viti- 14
bus conducunt. Hiberno quidem pulvere laetiores fieri mes-
sis luxuriantis ingeni fertilitate dictum est. Alioquin vota
arborum frugumque conmunia sunt nivis diutinas sedere;
causa non solum, quia animam terrae evanescentem exha-
latione includunt et conprimunt retroque agunt in viris fru-
gum atque radices, verum quod et liquorem sensim prae-
bent purum praeterea levissimumque, quando nix aquarum
caelestium spuma est. Ergo umor ex his non universus in- 15
gurgitans diluensque sed quomodo sititur destillans velut
ex ubere alit omnia quae non inundat. Tellus quoque illo
modo fermentescit et sui plena a lactescentibus satis non
effeta, cum tempus aperit, tepidis adridet horis. Ita maxume
frumenta pinguescunt, praeterquam ubi calidus semper aer

earum est, d. — *quadriduum*, a. *quatriduum*, d $\beta\gamma$. — *sparsi*, r. — *diximus* 16, 109.

§ 12. *Hiemes*, a. De re v. Theophr. de caus. plant. II. 1, 2. — *tum*, a d. *tunc*, $\beta\gamma$. — *emissione*, θ T a d.

§ 13. *florescentis*, K. — *moriantur*, θ T a d. *moriuntur*, β. — *Ergo qui* uti Vergil. georg. 1, 100. — *amoribus*, a[1].

§ 14. *luxuriantes*, a r. — *ingenii fertilitate*, om. r. — *Alioquin*, a d r. *Alioqui*, $\beta\gamma$. — *insidere*, Dalec. — *praetereaque lenissimum*, K. — *spuma*, d. *pruina*, a r.

§ 15. *Ergo umor* rel.; desumpta haec esse ex Xenoph. oecon. 2, 26. vidit Ian. diurn. antiquar. 1845. no. 100. p. 799. — *ingruens*, K. — *destillans*, a. *distillans*, d $\beta\gamma$. — *omnia neque inundat*, Pint. — *mundat*, a. — *ullo*, a. — *frumentescit*, r. — *sui*, a d. *succi*, $\beta\gamma$. — *a*, a d. *ac*, $\beta\gamma$. — *alibi*, d. — *effecti*, a.

§ 16. *In maiore parte* rel., Theophr. de caus. plant. II. 1, 6. — *indulgentiam*, a. — *obnoxiae*, r. — *quando*, θ T a d. *quoniam*, β.

est, ut in Aegypto; continuatio enim et ipsa consuetudo idem quod modus aliubi efficit, plurumumque prodest ubicumque non esse quod noceat. In maiore parte orbis, cum praecoces 16 excurrere germinationes evocatae indulgentia caeli, secutis frigoribus exuruntur, qua de causa serotinae hiemes noxiae, silvestribus quoque quae magis etiam dolent urguente umbra sua nec adiuvante medicina, quando vestire teneras intorto stramento in silvestribus non est. Ergo tempestivae aquae 17 hibernis primum in imbribus, dein germinationem antecedentibus. Tertium tempus est, cum educant poma, nec protinus sed iam valido fetu. Quae fructus suos diutius continent longioresque desiderant cibos, his et serotinae aquae utiles, ut viti, oleae, punicis. Hae iam pluviae generis cuiusque arboribus diverso modo desiderantur, aliis alio tempore maturantibus, quapropter eisdem imbribus aliqua laedi videas, aliqua iuvari etiam in eodem genere, sicut in piris; alio die hiberna quaerunt pluvias, alio vero praecocia, ut pariter quidem omnia desiderent. Hibernum tempus est ante 18 germinationem. Quae aquilonem austro utiliorem facit ratio, eadem mediterranea maritimis praefert — sunt enim plerumque frigidiora — et montuosa planis et nocturnos imbris diurnis; magis fruitura aquis sata non statim auferente eas sole. Connexa et situs vinearum arbustorumque ratio est, 19 quas in oras debeant spectare. Vergilius ad occasus seri damnavit; aliqui sic maluere quam in exortu; a pluribus meridiem probari adverto, nec arbitror perpetuum quicquam in hoc praecipi posse. Ad soli naturam, ad loci ingenium,

§ 17. *in*, a. Omitt. d $\beta\gamma$. De re v. Theophr. de caus. plant. II. 2, 1. — *dein*, ad. *deinde*, $\beta\gamma$. — *germinatione et antecedentibus*, a r. At v. Theophr. l. l.: *δεύτερα δὲ τὰ πρὸ τῆς βλαστήσεως*. In illa lectione latere videtur *germinationem ex antecedentibus*, ita ut haec iam verba etiam grammatice superioribus respondeant. *Ex* et *et* sexcenties in codd. confundi constat. — *et vitio*, a. — *eisdem*, θ a d. *iisdem*, β. — *aliqua — aliqua*, θ T a d. *aliqua — alias*, r. *quaedam — alia*, β. — *alio vero*; pro his vv. habent *vero alia* a d.

§ 18. *quam aquilo, quam auster util.*, Pint. — *facit ratio, eadem*, θ r. *facit. Ratio eadem*, a d $\beta\gamma$. At illam ego interpunctionem ita praetuli, ut cum cod. r post vocem *germinationem* plene interpungerem, cum a d $\beta\gamma$ comma ponant. — *praeferunt*, r. — *montuosa*, θ a d. *montosa*, β. — *fruitura aquis*, ita nos scripsimus, *fruitura quis*, a. *fruitur aquis*, d. *fruuntur aquis*, $\beta\gamma$. — *auferent*, a. — *solae*, a.

§ 19. *Conexa*, a. — *hora*, a. — *Vergilius* georg. 2, 298. — *exortus*, K. — *Ac soli*, a.

ad caeli cuiusque mores dirigenda sollertia est. In Africa meridiem vineas spectare et...., viti inutile, colono insalubre est, quoniam ipsa meridianae subiacet plagae, quapropter ibi qui in occasum aut septentriones conseret optume miscebit solum caelo. Cum Vergilius occasus inprobet, nec de septentrione reliqua dubitatio videtur. Atqui in cisalpina Italia magna ex parte vineis ita positis conpertum est nullas esse fertiliores. Multum rationis optinent et venti; in Nar- 21
bonensi provincia atque Liguria et parte Etruriae contra circium serere inperitia existumatur, eundemque oblicum accipere providentia; is namque aestates ibi temperat, sed tanta plerumque violentia ut auferat tecta. III. Quidam cae- 22
lum terrae parere cogunt ut quae in siccis serantur orientem ac septentriones spectent, quae in umidis meridiem; nec non ex ipsis vitibus causas mutuantur in frigidis praecocis serendo, ut maturitas antecedat algorem, quae poma vitesque rorem oderint, contra ortus, ut statim auferat sol, quae ament, ad occasus vel etiam ad septentriones, ut diutius eo fruantur. Ceteri fere rationem naturae secuti in aqui- 23
lonem obversas vitis et arbores poni suasere; odoratiorem etiam fieri talem fructum Democritus putat. IV. Aquilonis situm ventorumque reliquorum diximus secundo volumine dicemusque proxumo plura caelestia. Interim manifestum videtur salubritatis argumentum, quoniam in meridiem etiam spectantium semper ante decidant folia. Similis et in mari- 24
timis causa; quibusdam locis adflatus maris noxii, in plurumis iidem alunt; quibusdam satis e longinquo adspicere maria iucundum, propius admoveri salis halitum inutile. Simi-

cuiusque, a. Omitt. T d. — *mores*, θ T a d r. *minores*, β. — *dirigenda*, a. *dirigenda est cuiusque sollertia*, T d.

§ 20. *et*, θ T a d. *etsi*, β. Deleverunt Hard. γ. Ego copulam e codd. revocavi, post eam quaedam excidisse censens. — *insalubre*, θ T a d. *salubre*, β. — *est*, om. θ. — *ibi qui*, a d. *qui ibi*, $\beta\gamma$. — *caelo. Cum*, a d. *caelo*, *cum*, β. — *improbet*, *nec*, a d. *improbet. Nec*, β. — *reliqua*, a r. *relinqui*, $\beta\gamma$. — *nullas*, d. *nulla*, a. In γ vitio operarum excidit.

§ 21. *et venti*, T a d r. *venti*, β. — *ex parte*, Dalec. — *aestates ibi*, d. *aestatem sibi*, a. *aestatem ibi*, r.

§ 22. *occidentem*, Pint. — *praecoquem*, d. — *accedat*, a[1]. — *rorem*, a d. *rores*, $\beta\gamma$. — *auferant*, a. — *amant*, a. — *eo*, D[2]. *eum*, D[1] a. *con*, d.

§ 23. *fere*, T a d. *vero fere*, β. — *obversas*, codd. Gel. *observas*, a. *observantes*, T d. — *fieri*, d. In cod. a erasae duae litterae, quae *la* videbantur. — *secundo*, T a d r. *in secundo*, β. — *decidunt*, K.

lis et fluminum stagnorumque ratio; nebulis adurunt aut aestuantia refrigerant. Opacitate atque etiam rigore gaudent quae diximus, quare experimentis optume creditur.

3. A caelo proxumum est terrae dixisse rationem haud 25
faciliore tractatu; quippe non eadem arboribus convenit et frugibus plerumque, nec pulla qualem habet Campania ubique optuma vitibus, aut quae tenuis exhalat nebulas, nec rubrica multis laudata. Cretam in Albensium Pompeianorum agro et argillam cunctis ad vineas generibus anteponunt, quamquam praepinguis, quod excipitur in eo genere. Invicem sabulum album in Ticinensi multisque in locis nigrum itemque rubrum, etiam pingui terrae permixtum, infecundum
est. Argumenta quoque iudicantium saepe fallunt. Non uti- 26
que laetum solum est, in quo procerae arbores nitent, praeterquam illis arboribus. Quid enim abiete procerius? at quae vixisse possit alia in loco eodem? Nec luxuriosa pabula pinguis soli semper indicium habent. Nam quid laudatius Germaniae pabulis? et statim subest harena tenuissimo caespitum corio. Nec semper aquosa est terra cui proceritas her- 27
barum, non, Hercules, magis quam pinguis adhaerens digitis, quod in argillis arguitur. Scrobes quidem regesta in eos nulla conplet, ut densa atque rara ad hunc modum deprehendi possit, ferroque omnis robiginem obducit. Nec gravis aut levior iusto deprehenditur pondere; quod enim pondus
terrae iustum intellegi potest? Neque fluminibus adgesta 28
semper laudabilis, quando senescunt sata quaedam aqua; sed neque illa quae laudatur diu praeterquam salici utilis sentitur. Inter argumenta stipulae crassitudo est, tanta alioqui in Laborino Campaniae nobili campo ut ligni vice utan-

§ 24. *alunt*, Ian. obss. critt. in Plin. natur. hist. p. 16. *aiunt*, DPad. *utiles*, *βγ*. — *admoveri*, *θ*ad. *admovere*, *β*. — *salis*, DP. *satis*, ad*βγ*. — *Similiter et fluminum stagnorumque nebulis*, T. — *aut*, adr. *et*, *β*. — *refrigerant opacitate atque*, *β*. Meliorem interpunctionem dant ad*γ*. — *diximus* 16, 102—105.

§ 25. *faciliori*, d. — *pulla*, d. *plura*, a. ///*ulla*, D. V. § 36. — *rubrica*, Barbar. *lubrica*, Tad. — *Albanensium*, r. — *Pompeianorumque*, a. At v. 3, 49. — *vineas*, *θ*ad. *vineam*, *β*. — *Ticiniensi*, *θ*ad.

§ 26. *proceras*, a. — *abiste*, a. — *proceries*, a. — *at quae*, margo Dalec. *aut quae*, ad*βγ*. — *eodem loco*, d. — *et statim*, Da. *et tamen statim*, d*βγ*.

§ 27. *Hercules*, ad. *Hercule*, *β*. — *reprehendi*, a. — *aut*, ad. *atque*, r.

§ 28. *Neque*, ad. *Nec*, *βγ*. — *senescunt*, Gesner. chrestom. p. 552. *senescant*, ad*βγ*. — *aque*, ad. — *salicis*, ad. — *est*, *tanta*, a. *tanta est*, Td. — *alioqui in*, Tad. *alioquin*, *θ*. *alioquin in*, *β*. — *Leborino*, *θ*Tad. *Leberino*, r. Cum et

tur; sed idem solum ubicumque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius paene quam vitiis posset adfligit agricolam. Et carbunculus, quae terra ita vocatur, emendari vite macra 29
videtur; nam tofus scaber ac friabilis expetitur quoque ab auctoribus. Vergilius et quae felicem ferat non inprobat vitibus; salsaeque terrae multa melius creduntur tutiora a vitiis innascentium animalium. Nec colles opere nudantur, si quis perite fodiat; nec campi omnes minus soles atque perflatus quam opus sit accipiunt; et quasdam pruinis ac nebulis pasci diximus vitis. Omnium rerum sunt quaedam in alto secreta et suo cuique corde pervidenda. Quid quod mu- 30
tantur saepe iudicata quoque et diu conperta? In Thessalia circa Larisam emisso lacu frigidior facta ea regio est oleaeque desierunt quae prius fuerant; item vitis aduri, quod non antea, Aenos sensit admoto Hebro; et circa Philippos cultura siccata regio mutavit caeli habitum. At in Syracusano agro advena cultor elapidato solo perdidit frugis luto, donec regessit lapides; in Syria levem tenui sulco inprimunt vomerem, quia subest saxum exurens aestate semina. Iam in 31
quibusdam locis similis aestus inmodici et frigorum effectus. Est fertilis Thracia frugum rigore, aestibus Africa et Aegyptus. In Chalcia Rhodiorum insula locus quidam est in

h. l. et 3, 60. 18, 111. codices in scriptura *Lebor.* neque *Labor.* consentiant, nisi quod 18, 111., ubi bis *Laboriae* commemorantur, codex a semel hanc scripturam retinet, ubique codicum scripturam recipiendam censeo. Vulgatam tamen scripturam mutare non sum ausus, ut quae nomine illius terrae hodierno commendari videatur. Alii scriptores eius mentionem non faciunt. — *idem*, codd. Gel. *id*, T d. *is*, a. — *difficile*, codd. Gel. *difficili*, a d. — *pascit. Affligit agricolam et carbunculus*, codd. Barbari.

§ 29. *quae terra*, T a d (codd. Barbari). *terra quae*, codd. Gel. $\beta\gamma$. Has voces cum duabus sequentibus damnat Pint. — *vocantur*, a. — *videtur*, θ T d. *utetur*, a. *putatur*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *scaber*, Vergil. georg. 2, 214. *satur*, θ T d r^{12}. *satura*, a. — *ac*, θ T a d r^{12}. *natura*, $\beta\gamma$. — *friabilis*, Barbar. T d. *fricabilis*, θ a r^{12}. — *actoribus*, a^{1}. — *Vergilius* georg. 2, 189. — *felicem*, a d. *filicem*, $\beta\gamma$. V. Müller. ad Fest. p. 86. et Wagner. orthogr. Vergil. p. 438. — *tutiora*, a d. *tiunora*, D. *tutior*, Salmas. exerc. p. 81. a. A. — *a*, omitt. D a d. — *colles vano opere*, K. — *periteffodiat*, a. *perit' effodiat*, d. *peritus effodiat*, T. — *solis*, a d. — *diximus* 14, 23. — *providenda*, r. *praevidenda*, K.

§ 30. *et*, θ a d. *ac*, $\beta\gamma$. — *compressa*, θ T a d r^{12}. — *frigidiore* — *regione oleae desierunt*, Pint. — *item* — *antea*, ad superiora refert Pint., qui praeterea *ante sensit. Thracia admoto* legit, sed plura excidisse putat. — *Aenos*, T d (codd. Gel.) *enos*, a. — *habitum*, d. *abitum*, a. *ambitum*, r. — *cultore lapidato*, a. *cultura lapidato*, d. — *sole*, a. — *luto*, delet Pint., cui assentitur Schneider. ad Theophr. de caus. plant. III. 20, 5. p. 271. *luto solo*, r^{12}. — *Sicilia*, r, quod probandum videtur ex 18, 38. At v. Theophr. l. l.

tantum fecundus ut suo tempore satum demetant hordeum sublatumque protinus serant et cum aliis frugibus metant. Glareosum oleis solum aptissimum in Venafrano, pinguissimum in Baetica. Pucina vina in saxo cocuntur, Caecubae vites in Pomptinis paludibus madent; tanta est argumentorum ac soli varietas ac differentia. Caesar Vopiscus, cum 32
causam apud censores ageret, campos Rosiae dixit Italiae sumen esse, in quibus perticas pridie relictas gramen operiret; sed non nisi ad pabulum probantur. Non tamen indocilis natura nos esse voluit et vitia confessa fecit, etiam ubi bona certa non fecerat, quamobrem primum crimina dicimus.

V. Terram amaram sive macram si quis probare velit, 33
demonstrant eas atrae degeneresque herbae, frigidam autem retorride nata, item uliginosam tristia, rubricam oculi argillamque, operi difficillimas quaeque rastros aut vomeres ingentibus glaebis onerent, quamquam non quod operi, hoc et fructui adversum; item e contrario cinericeam et sabulum album; nam sterilis densa callo facile deprehenditur vel uno ictu cuspidis. Cato breviter atque ex suo more vitia deter- 34
minat: „terram cariosam cave neve plaustro neve pecore inpellas." Quid putamus hac appellatione tanto opere ab eo reformidari ut paene vestigiis quoque interdicat? Redigamus 35
ad ligni cariem et inveniemus illa quae in tantum abominatur vitia aridae, fistulosae, scabrae, canescentis, exesae,

§ 31. *similis*, a. *similes*, d$\beta\gamma$. — *frigore*, r$^{1\,2}$. — *Calchia*, a. — *ferant*, a. — *Venefrano*, a. — *Pucina*, Sabell. et Barbar. *Punica*, adr$^{1\,2}$. — *Pomtinis*, a. — *agrorum*, K. — *ac soli*, θad. *et soli*, β.

§ 32. *Rosiae*, θa. *Roseae*, d (codd. Gel.) $\beta\gamma$. Sumpsit haec Plin. ex Varr. de re rust. I. 7, 10. — *dixit*, a. *dicit*, r. Post *Italiae* habet *dixit* d. — *sumens*, a. — *perticas relictas postridie gramen*, Pint. — *dicimus*, a. *dicemus*, Td. *dicamus*, $\beta\gamma$.

§ 33. *sive macram* — *velit*, tres codd. Harduini. *probaverim*, Tad (Rigalt. et Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 81. a. B., qui varia tentat). In meis Salmasiique codd. verba *sive macram si* propter homoeoteleuton exciderunt; ex iisdem autem pro *quis probare velit* legendum est *probaverint* (sc. agricolae). — *eas*, Tad (Thuan., Rigalt.) *eam*, tres codd. Harduini, β. — *oculi*, K. *oculis*, ad. — *et argillosum*, *quae operi difficillima rastros* — *onerat*, K. — *aut*, Tad (codd. Salmas. exerc. p. 365. b. D.) *ac*, $\beta\gamma$. — *onerent*, d. *oneret*, Ta. — *non*, ad. *non aliquando*, r. *aliquando non quod operi*, K. — *fructui*, ad. *fructui sit*, $\beta\gamma$. — *cinericeam*, a. *cineraceam*, d$\beta\gamma$.

§ 34. *Cato* de re rust. 5, 6. — *cariotam*, d. *cariota*, a. — *cave ne ares neve*, Pint. ex Cat. — *neve plostrum neque pecus impellas*, Cato. *palustro* et *pecores*, d. — *tanto opere ab eo*, ad. *ab eo tantopere*, $\beta\gamma$.

§ 35. *Redigamus*, Tad. *Redeamus*, β. — *abominantur*, ad. — *canentientis*, d. *canentientes*, a. — *ex se*, adr.

pumicosae; plus dixit una significatione, quam possit ulla copia sermonis enarrari. Est enim interpretatione vitiorum quaedam non aetate, quae nulla in ea intellegi potest, sed natura sua anus terra et ideo infecunda ad omnia atque inbecilla. Idem agrum optumum iudicat ad radicem montium 36
planitie in meridiem excurrente, qui est totius Italiae situs, terram vero teneram quae vocetur pulla. Erit igitur haec optuma et operi et satis; intellegere modo libeat dictam mira significatione teneram, et quidquid optari debet in eo vocabulo invenietur. Illa temperatae ubertatis, illa mollis facilis- 37
que culturae, nec madida nec sitiens; illa post vomerem nitescens, qualem fons ingeniorum Homerus in armis a deo caelatam dixit addiditque miraculum nigrescentis, quamvis fieret ex auro; illa quam recentem exquirunt inprobae alites vomerem comitantes corvique aratoris vestigia ipsa rodentes. Reddatur hoc in loco luxuriae quoque sententia Italica in 38
propositum; certe Cicero lux doctrinarum altera, „meliora", inquit, „unguenta sunt quae terram quam quae crocum sapiunt"; hoc enim maluit dixisse quam redolent. Ita est profecto; illa erit optuma quae unguenta sapiet. Quod si ad- 39
monendi sumus, qualis sit terrae odor ille qui quaeritur, contingit saepe etiam quiescente ea sub occasum solis in

pumicosae, a d r. *et pumicosae*, *βγ*. — *enarrare. Est enim in tentatione*, r. — *sua*, om. T.

§ 36. *Idem* de re rust. 1, 3. — *ad radicem*, a. *ab radice*, T d. *sub radice*, Pint. — *planitiae*, a. — *potius*, a d. — *terram*, Cato 151, 2. — *et satis*, Pint. *et sata*, T d. *satia*, *θ* a (codd. Barbari). *sana*, r. *satior*, *β*. *sacra*, Turneb. adv. 17, 14. De sensu emendationis Pintiano assentior; videndum tamen, annon propius a vestigiis codicum *et ad sata* sit legendum, ut variatio structurae Plinio usitata huic loco reddatur; v. ad 35, 171. — *dicta*, d. — *ira*, a. — *quicquid*, a.

§ 37. *Homerus* Iliad. *σ*, 541. — *a deo*, Sabell. et Barbar. *ab eo*, a d. — *addiditque* 547. — *nigrescentis*, Barbar. *increscentis*, a d r. — *ex auro*, *θ* a d r. *in auro*, *βγ*. — *radentes*, K.

§ 38. *Italica*, ita nos scripsimus. *et aliqua*, a d *βγ*. In emendatione mea prorsus necessaria, cum vulgata scriptura, quocumque te vertis, explicari nequeat, mutationes litterarum fere nullae. Opponit Plin. Italicam hanc sententiam Homericae modo laudatae eamque accuratius describit verbis sequentibus, in quibus adverbium *certe* urgendum. Rem conficit § 93., ubi Plin. *Catonis Italicam* quandam *sententiam* laudat. Ceterum nullus interpretum in scriptura vulgata offendit. — *Cicero* de orat. III. 25, 99. V. nos ad 13, 21. *ceram*, Scaliger in Scaligeranis p. 110. — *illa enim erit*, r. — *sapiet*, a d. *sapiat*, *βγ*.

§ 39. *etiam saepe*, d. — *occasu*, r. — *soli*, d. — *caelestes deiecere*, T d. *celestis deucere*, a. *caelestis deiecerit*, *βγ*. — *imbrem*, a. — *et sole*, d. *et solẽ*, a. *et solem*, *θ*. — *possit. Is*, d. *positis*, a. — *esse*, a d. *esse odor in*, *βγ*. Illa codicum scriptura recepta *commota* pro ablativo absoluto est sumendum, cui ex superio-

quo loco arcus caelestes deiecere capita sua et cum a siccitate continua inmaduit imbre; tunc emittit illum suum halitum divinum ex sole conceptum cui conparari suavitas nulla possit. Is esse conmota debebit repertusque neminem fallat; ac de terra odor optume iudicabit. Talis fere est in novalibus caesa vetere silva quae consensu laudatur. Et in frugi- 40
bus quidem ferendis eadem terra utilior intellegitur, quotiens intermissa cultura quievit, quod in vineis non fit, eoque est diligentius eligenda, ne vera exsistat opinio eorum qui iam Italiae terram existumavere lassam. Operis quidem facultas in aliis generibus constat et caelo, nec potest arari post imbris aliqua ubertatis vitio lentescens. Contra in Byzacio 41
Africae illum centena quinquagena fruge fertilem campum nullis, cum siccus est, arabilem tauris post imbris vili asello et a parte altera iugi anu vomerem trahente vidimus scindi; terram enim terra emendandi, ut aliqui praecipiunt, super tenuem pingui iniecta aut gracili bibulaque super umidam ac praepinguem, dementia operae est. Quid potest sperare qui colit talem?

VI. 4. Alia est ratio quam Britannia et Gallia invenere 42
alendi eam; ipsae ..... genusque quod vocant margam. Spissior ubertas in ea intellegitur et quidem terrae adipes

ribus nomen *terra* addatur; v. 4, 90. 8, 60. 145. — *fallat*, a. *fallit*, r. *fallet*, d$\beta\gamma$. — *sic de*, Dalec. — *terrae odore*, r$^{1\,2}$. — *incensa*, Pint. — *cum sensim impluat*, Pint.

§ 40. *sit*, a. — *est*, post *eligenda* collocant $\beta\gamma$. — *e caelo*, d. — *aliquo*, a.

§ 41. *Byzacio*, a. *Byzantio*, d (codd. Salmas. exerc. p. 226. b. E.) — *centena quinquagena*; de Pintiani opinione v. ad 5, 24. — *eum*, a. — *siccum*, a d r$^{1\,2}$. — *arabile*, a. — *iungi anum vomerem trahentem*, θ T a d r$^{1\,2}$. Quamquam omnibus codd. hucusque collatis refragantibus vulgatam ($\beta\gamma$) tamen scripturam retinui, quia recepta illa codicum lectione verbum *scindi*, quod Dalec. fecit, post v. *vidimus* collocandum esset, et quod per eandem codicum lectionem cardo rei, asello et anu campum scindi, prorsus tollitur; nimium tum tribuitur asello, et iuncta anus vomerem trahens fere supervacua videtur. — *terra*, a. — *etiam*, K. — *terrę*, a. — *emendandi*, a. *emendari*, d$\beta\gamma$. De illo usu gerundii v. quae monuit Haas. ad Reisig. schol. grammat. Lat. p. 769 seq. Ex Plinio apte comparari potest *ambitus adoptandi* 25, 22. — *recipiunt*, a^{1}. — *intecta*, a. — *dementia*, θ a d. *dementiae*, r$^{1\,2}$. — *operae est*, d r^{2}. *opere est*, θ a. *operari est*, r^{1}. — *Quid potest sperare*, T θ a d r^{2}. *quod potest superari*, r^{1}. *Quid enim potest sperare*, β. — *colit talem*, a r^{2}. *alii talem*, θ. *colit terram*, r^{1}. *talem colit*, d$\beta\gamma$.

§ 42. *Britanniae*, T d. — *Galliae*, d. — *ipsae*, D. *ipsę*, a. *ipsa*, d$\beta\gamma$. *ipsi*, r. — *genusque quod*, D T a d r. *quod genus*, $\beta\gamma$. Ego omnium codd. scripturam recipiendam ratus pronomen *ipsae*, cum vulgo *ipsa* ad priora referretur, ad sequentia retuli et lacunam indicavi. *alendi eam. Gypsi genus est*, Dalec. — *marlam*, r. — *in ea ubertas*, d. *ex ea colligitur*, K. — *et quidem*, a. *et quidam*, T d. *Est autem quidam*, $\beta\gamma$. V. ad 2, 114. — *adipes*, a d. *adeps*, $\beta\gamma$.

ac velut glandia in corporibus, ibi densante se pinguitudinis nucleo. VII. Non omisere et hoc Graeci — quid enim intemptatum illis? — leucargillon vocant candidam argillam qua in Megarico agro utuntur, sed tantum in umida frigidaque terra. Illam Gallias Britanniasque locupletantem cum cura dici con- 43
venit. Duo genera fuerant; plura nuper exerceri coepta proficientibus ingeniis; est enim alba, rufa, columbina, argillacea, tofacea, harenacea. Natura duplex, aspera aut pinguis. Experimenta utriusque in manus ususque geminus, ut frugis tantum alant aut eaedem et pabulum. Frugis alit tofacea, albaque, si inter fontis reperta, est ad infinitum fertilis, verum aspera tractatu, si nimia iniecta est, exurit solum. Pro- 44
xuma est rufa quae vocatur acaunumarga, intermixto lapide terrae minutae, harenosae. Lapis contunditur in ipso campo primisque annis stipula difficulter caeditur propter lapides; inpendio tamen minumo levitate dimidio minoris quam ceterae invehitur; inspergitur rara; sale eam misceri putant. Utrumque hoc genus semel iniectum in L annos valet et frugum et pabuli ubertate.

VIII. Quae pingues esse sentiuntur, ex his praecipua alba. 45
Plura eius genera; mordacissimum quod supra diximus. Alterum genus albae cretae argentaria est; petitur ex alto, in centenos pedes actis plerumque puteis; ore angustatur, intus ut in metallis spatiante vena; hac maxume Britannia utitur. Durant annis LXXX, neque est exemplum ullius qui

pinguedinis, T. — *hanc*, K. — *leucargilion*, θ a d. *leucargillion*, r. — *qua*, a. *qua*[ll], d. *quam*, θ.

§ 43. *Illam*, a. *Illas*, d β. *Illa*, r. — *locupletantem*, T a d. *locupletantes*, β. *locupletantia*, r. — *convenit duo genera. Fuerant plura*, r. — *rosa*, θ T a d. *rosea*, r[1 2]. At v. § 44. — *asperae*, d. — *manus*; Plin. videtur *manu* scripsisse. — *usaeque*, d. *usu quae*, a. — *ut*, a d. *aut ut*, β γ. — *eaedem*, T a r[1 2]. *heędem*, d. *edant*, β γ. — *albaque si*, d. *albaque sit*, a. *alba quae sit*, r. *alba, quae si sit*, β. — *tractu*, a d. *tractuus*, D. *tactu*, r[1 2]. — *si nimia*, ita nos scripsimus ex vestigiis D; v. supra. *nimia*, a d. *nimia si*, r[1 2]. *et si nimia*, β γ. — *exuritur sole*, r[1 2].

§ 44. *acaunumarga*, θ T a. *acaunomarga*, d. *caunumarga*, r. *capnumargos*, β. — *minutae. harenose lapis*, a. — *conturditur*, a. *conditur*, γ vitio operarum. De d non liquet. — *stipula*, delet Pint. — *minima*, a. *nimia*, T d. — *ea*, a. *sole eam dissolvi et cum terra misceri putant*, Dalec. — *gelu*, a.

§ 45. *diximus* § 43. — *creta*, K. — *argentaria*, a. *argumentaria*, T K d. *alimentaria*, θ. *creta argillosa est*, Dalec. — *angustatur*, a d. *angustatis*, β. *angustis*, K. — *Durant*, T a d r. *Durat*, β. — *qui bis*; pro his vv. habent *quibus* a d. — *hunc*, a d.

§ 46. *glisomargam*, a d. *glissomargam*, T. *glysomargam*, θ. *glischromargon*, β. *glyssomargam*, Hard. γ. — *laetissimum*, θ T a d r. *laetissimam*, β. — *germen*, θ.

bis in vita hanc eidem iniecerit. Tertium genus candidae 46
glisomargam vocant; est autem creta fullonia mixta pingui terra, pabuli quam frugum fertilior, ita ut messe sublata ante sementem alteram laetissimum secetur. Dum in fruge est, nullum aliud gramen emittit. Durat xxx annis; densior iusto Signini modo strangulat solum. Columbinam Galliae suo nomine eglecopalam appellant; glaebis excitatur lapidum modo, sole et gelatione ita solvitur ut tenuissimas bratteas faciat; haec ex aequo fertilis. Harenacea utuntur, si alia non 47
sit, in uliginosis vero et si alia sit. Ubios gentium solos novimus qui fertilissimum agrum colentes quacumque terra infra pedes tris effossa et pedali crassitudine iniecta laetificent; sed ea non diutius annis x prodest. Hedui et Pictones calce uberrimos fecere agros, quae sane et oleis vitibusque utilissima reperitur. Omnis autem marga arato inicienda 48
est, ut medicamentum rapiatur, et fimi desiderat aliquantulum quae primo plus aspera et quae in herbas non effunditur; alioquin novitate, quaecumque fuerit, solum laedet, ne sic quidem primo anno fertilis. Interest et quali solo quaeratur; sicca enim umido melior, arido pinguis; temperato alterutra, creta vel columbina, convenit.

IX. 5. Transpadanis cineris usus adeo placet ut antepo- 49
nant fimo iumentorum, quod quia levissimum est, ob id exurunt; utroque tamen pariter non utuntur in eodem arvo, nec in arbustis cinere, nec quasdam ad frugis, ut dicemus.

— *mittit*, θ. — *Signini*, θadr[12] (codd. Turnebi adv. 17, 14.). *cymini*, β, quod defendit Tit. locc. controv. 9, 22. et assertionn. p. 200. coll. 19, 162. refutatus ab Yvone Villiomaro p. 181 seq. — *Galliae*, θTd. *Gallia* a (codd. Barbari) β. — *eglecopalam*, θa. *glecopalam*, d. *e Graeco Pelian*, K, unde Dalec. *sed et Graeco* coniecit. *e Graeco pelam*, codd. Barbari. — *appellant*, θTad. *appellat*, codd. Barbari, β.

§ 47. *aliena*, codd. Gel. — *vero*, d (codd. Gel.) *verti*, a. *vorticibus*, r. — *Ubios*, d (codd. Gel.) *ubi hos*, a. — *pedes tres*, ad. *tres pedes*, βγ. — *intecta*, a. — *annis X*, om. r. — *et oleis vitibusque*, a. *oleis vitibusque*, T. *et oleis et vitibus*, dβγ.

§ 48. *arato*, d. *aratro*, ar. — *initienda*, a. — *rapiatur. Fimi — plus iusto aspera est et quae*, Dalec. — *quantulum*, ad. — *alioquin*, ad. *alioqui*, γ. — *nec*, T. — *primo*, Tad. *primo post*, βγ. — *temperato*, r (codd. Barbari). *temperate*, a. *temperatę*, d. *temperatae*, β.

§ 49. *iumentorumque*, a, quae lectio, nisi copula enclitica ex proximo pronomine relativo orta est, aliud quoddam fimi genus a Plinio commemoratum excidisse arguit. — *quod quia*, d. *quod*, a. — *levissimum*, ad. *laetissimum*, K. *qui quia lenissimus est*, Dalec. — *est*, d. *ee*, a. — *exurant*, ad. — *dicemus*, D[2]d. *dicimus*, θD[1]a. *diximus*, βγ. At neque antea neque postea Plin. aliquid de hac

Sunt qui pulvere quoque uvas ali iudicent pubescentisque pulverent et vitium arborumque radicibus adspergant. Quod certum est Narbonensi provinciae et vindemias certius sic coqui, plusque pulvis ibi quam sol confert.

6. Fimi plures differentiae; ipsa res antiqua. Iam apud 50
Homerum regius senex agrum ita laetificans suis manibus reperitur. Augeas rex haec in Graecia excogitasse traditur, divolgasse vero Hercules in Italia quae regi suo Stercuto Fauni filio ob hoc inventum inmortalitatem tribuit. M. Varro principatum dat turdorum fimo ex aviariis, quod etiam pabulo boum suumque magnificat, neque alio cibo celerius pinguescere adseverat; de nostris moribus bene sperare est, si tanta apud maiores fuere aviaria ut ex his agri stercorarentur. Proxumum Columella columbariis, mox gallinariis facit, 51
natantium alitum damnato. Ceteri auctores consensu humanas dapis ad hoc inprimis advocant. Alii ex his praeferunt potus hominum, in coriariorum officinis pilo madefacto; alii per sese, aqua iterum largiusque etiam quam cum bibitur admixta. Quippe plus iam ibi mali domandum est, cum ad 52
virus illud vini homo accesserit. Haec sunt certamina invicemque ad tellurem alendam quoque utuntur homines. Proxume spurcitias suum laudant, Columella solus damnat. Alii cuiuscumque quadripedis ex cytiso, aliqui columbaria prae-

re dixit, unde etiam hic locus arguit libros naturalis historiae post mortem editos, nisi lacunam aliquo in loco statuere velis. — *Narboniensi*, a. *Narboniensis*, d. *Narbonensis*, T. — *certius sic coqui*, ita reponendum ex codd. inter se collatis. *certius sicco quod*, a. *sic certius coqui*, Td. *citius sic coqui*, Schneider. ad Colum. IV. 28, 1. *certius sic eo coqui*, $\beta\gamma$. — *plusque*, Tad. *quia plus*, $\beta\gamma$.

§ 50. *ipsa re*, K. — *Homerum* Odyss. ω, 225. — *laetificans suis manibus*, ad. *suis manibus laetificans*, $\beta\gamma$. *laetificans*, r. — *haec*, θad. Omitt. $\beta\gamma$. — *quae*, om. a. — *Stercuto*, θTKad. *Stercutio*, β. — *Varro* de re rust. 1, 38. — *bouum*, a.

§ 51. *Primum*, Pint. — *Columella* II. 14, 1. — *ex columbariis*, Pint. — *potus hominum*, d. *potius hominum*, a. *hominum potus*, $\beta\gamma$. — *coriariorum*, Sabell. *coriorum*, θTad.

§ 52. *iam*, om. a. — *mali*, d. *male*, aβ. — *domandum*, d. *domandus*, ar. — *invicemque*, D. *invicemque*, ad. *quibus invicem*, $\beta\gamma$. — *alendam quoque*, ad. *quoque alendam*, $\beta\gamma$. — *Columella* II. 14, 4. — *solum*, ad. *suum*, θ. — *exciti . so*, a. *exitiosum*, r. — *columbariam*, r. *columbarias*, K[1]. *columbarum*, K[2]. — *ob hoc*, a. — *dein*, a. *deinde*, d$\beta\gamma$. — *novissimus*, a.

§ 53. *non*, DTad. *ut*, Barbar. $\beta\gamma$. — *inventa ingeniorum rettuli*, ita nos scripsimus. *invenio rettuli*, a. *invenior ettuli*, d. *invenior et tali*, D. *invenio re tali*, Barbar. T$\beta\gamma$. Spreta Barbari et partim ipsorum codd. interpolatione reposui quod huic loco unice aptum erat. Plin. scilicet et hic simplicitatem et utilitatem vetustatis eiusque praecepta subtilibus inventis recentiorum opponit, quorum

ferunt. Proxumum deinde caprarum est, ab hoc ovium, dein
boum, novissimum iumentorum. Hae fuere apud priscos dif- 53
ferentiae, simulque praecepta, non inventa ingeniorum ret-
tuli utendi, quando et hic vetustas utilior; visumque iam est
apud quosdam provincialium, in tantum abundante geniali
copia pecudum, farinae vice cribris superinici, faetore ad-
spectuque temporis viribus in quandam etiam gratiam mu-
tato. Nuper repertum oleas gaudere maxume cinere e cal-
cariis fornacibus. Varro praeceptis adicit equino quod sit 54
levissimum segetes alendi, prata vero graviore et quod ex
hordeo fiat multasque gignat herbas. Quidam etiam bubulo
iumentorum praeferunt ovillumque caprino, omnibus vero
asininum, quoniam lentissime mandant; e contrario usus ad-
versus utrumque pronuntiat. Inter omnis autem constat nihil
esse utilius lupini segete, priusquam siliquetur, aratro vel
bidentibus versa manipulisve desectae circa radices arborum
ac vitium obrutis; et ubi non sit pecus, culmo ipso vel
etiam felice stercorare arbitrantur. Cato: „stercus unde fa- 55
cias, stramenta, lupinum, paleas, fabalia ac frondis iligneas,
querneas. Ex segete evellito ebulum, cicutam et circum sa-
licta herbam altam ulvamque; eam substernito ovibus bu-
busque frondem putidam. Vinea si macra erit, sarmenta sua

unum exemplum statim infra affert. *Ingenia* vero Plin. sensu ipsi proprio etiam alibi de hominibus nimium subtilibus sapientiaque sua superbientibus dicit, coll. 2, 97. *ingeniorum acumen*, 24, 4. *ingeniorum capturae*; adverbium vero *non* pro *neque vero* sexcenties ab eo positum invenitur, coll. Hand. Tursell. 4, 270. — *superinici*, a. *iniici*, Td. — *vicibus*, r. — *fornacibus*, om. r.

§ 54. *Varro*; verba Varronis de re rust. 1, 38. a Plinio male fuisse accepta post Pintianum observavit Schneider. — *alendi*, ad. *alendas*, $\beta\gamma$. — *fit*, K. — *gignit*, r. — *bubula*, d. *bubalo*, a. *bubalino*, r. — *ovillumque*, a. *suillumque*, Td. — *asininum Columella*, Pint. coll. Columell. II. 14, 4. — *mandant*, ad. *mandunt*, rγ. — *utrosque*, K. — *siliqueat*, d. *siliquent*, T. *siliquę*, a. — *versae*, Tad. — *et*, Tadr. *etiam*, $\beta\gamma$. — *felice*, ad. *filice*, $\beta\gamma$.

§ 55. *Cato* de re rust. 37, 2. — *facias*, Pint. *faaiat*, θTad. *fiat*, $\beta\gamma$. — *paleae*, Pint. — *frondis*, a. *frondes*, d$\beta\gamma$. — *iligneas*, *querneas*, ita nos scripsimus. *ilignea quernea*, a. *iliginea querna*, d. *ilignas quernasque*, β. *ligneas querneasque*, γ. *aceris frondem ligneam et querneam et segetum stipulas*, *ebulum et cic.*, Pint. — *Ex*, ad. *E*, $\beta\gamma$. — *cicutam* — *herbam*, om. r. — *altam*, Klotz. in Iahn. horreo 10, 49. ex Catone. *actam*, θar[1]. *mactam*, Td (cod. Victor. ad Caton.) γ, quod defendunt Turneb. adv. 11, 13., Popma ad Caton. et Palmer. spicileg. in Sallust. p. 504., improbat Schneider. ad Caton. p. 98. *acten*, r[2]. *auctam*, β, quod defendit Fruter. coniect. 3, 3. p. 343. *chamaeactam*, Dalec. — *bubusque frondem*, ita nos scripsimus ex Cat. *que frondem*, ad. *frondemque*, $\beta\gamma$. — *putidam*, θTadr. *putridam*, β. — *macra erit*, Hard. ex Cat. 37, 3. *macrauerit*, θTad, unde suspicor *macra fuerit* legendum esse. *macruerit*, β.

conburito et ibidem inarato"; idemque: „ubi saturus eris frumentum, ovis ibi delectato."

7. Nec non et satis quibusdam ipsis pasci terram dicit. 56
Segetem stercorant fruges, lupinum, faba, vicia, sicut e contrario cicer, quia vellitur et quia salsum est, hordeum, fenum Graecum, ervom; haec omnia segetem exurunt et omnia quae velluntur; nucleum in segetem ne indideris. Vergilius et lino segetem exuri et avena et papavere arbitratur.

8. Fimeta sub dio concavo loco et qui umorem colligat, 57
stramento intecta, ne in sole arescant, palo e robore depacto fieri iubent; ita fore ne innascantur his serpentes. Fimum inicere terrae plurumum refert favonio flante ac luna sitiente. Id plerique intellegunt prave a favoni ortu faciendum ac Februario mense tantum, cum id pleraque sata aliis postulent mensibus. Quocumque tempore facere libeat, curandum ut ab occasu aequinoctiali flante vento fiat lunaque decrescente ac sicca. Mirum in modum augetur ubertas effectusque eius observatione tali.

X. 9. Abunde praedicta ratione caeli ac terrae, nunc de 58
his arboribus dicimus quae cura hominum atque arte proveniunt. Nec pauciora prope sunt genera; — tam benigne naturae gratiam retulimus; — aut enim semine proveniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut avolsione, aut surculo, aut insito, aut consecto arboris trunco. Nam folia palmarum apud Babylonios seri atque ita arborem provenire Trogum credidisse demiror; quaedam autem pluribus generibus seruntur, quaedam omnibus.

concidito, Klotz. ex Cat. — *ibidem*, Cato. *indidem*, θ a d γ. — *idemque*, a d. *itemque*, $\beta\gamma$. V. Cat. de re rust. 30.

§ 56. *non et satis*, d. *non est satis*, θ a. — *dicit* de re rust. 36. — *est hordeum*, K. — *nucleum*, a r. *nucleos*, d $\beta\gamma$. — *Vergilius* georg. 2, 77. — *lino*, a. Omitt. Hard. et γ vitio operarum.

§ 57. *diu*, a d. — *stramenta*, a. — *iubent*, d. *iuvent*, a. *iubet*, β. — *inicere*, a d. *iniicere*, θ T. *miscere*, $\beta\gamma$. — *silente*, Pint. — *intellegunt prave*, a d. *prave intelligunt*, $\beta\gamma$. — *facere libeat*, a d. *fiat*, r[1 2].

§ 58. *Abunde*, d. *et abunde*, T a, ita ut a v. *Nunc* nova periodus incipiat. — *dicimus*, θ a. *dicemus*, d β. — *plantis radicatis*, K[1]. *plantata radice*, K[2]. — *surculo*; post h. v. inserit *aut ramo* Pontedera antiquitt. p. 151. propter § 123. — *aut consecto*, a. *in consecto*, T d γ. *et consecto*, β. — *credidisse*, a[2] d. *devenisse credidisse*, a[1]. — *autem*, a. *cum*, d.

§ 59. *natura ipsa*, a. *ipsa natura*, d $\beta\gamma$. — *vivesceret*, θ T a d. *vivisceret*, β. — *Sed et quaedam*, K. — *iuglandes*, a. *ut glandes*, θ d. — *dumtaxaret*, a d. —

10. Ac pleraque ex his natura ipsa docuit et in primis 59
semen serere, cum decidens exceptumque terra vivesceret. Sed quaedam non aliter proveniunt, ut castaneae, iuglandes, caeduis dumtaxat exceptis; e semine autem quamquam dissimili ea quoque quae et aliis modis seruntur, ut vites et mala atque pira; namque his pro semine nucleus, non ut supra dictis fructus ipse. Et mespila semine nasci possunt. Omnia haec tarda proventu ac degenerantia et insito restituenda, interdum etiam castaneae.

11. Quibusdam natura contra omnino non degenerandi, 60
quoquo modo seruntur, ut cupressis, palmae, lauris; namque et laurus pluribus modis seritur. Genera eius diximus; ex his augusta et bacalis et tinus simili modo seruntur. Bacae mense Ianuario aquilonis adflatu siccatae leguntur expandunturque rarae, ne calefiant acervo; postea quidam fumo ad 61
satum praeparatas urina madefaciunt. Alii in qualo pedibus in profluente deculcant, donec auferatur cutis; alioqui uligine infestat nec patitur nasci. In sulco repastinato palmi altitudine vicenae fere acervatim mense Martio, eaedem et propagine seruntur, triumphalis talea tantum. Myrti genera 62
omnia in Campania bacis seruntur, Romae propagine; Tarentinam Democritus et alio modo seri docet, grandissimis bacarum tunsis leviter, ne grana frangantur, eaque intrita reste circumlini atque ita seri; parietem fore densitatis, ex quo virgulae differantur. Sic et spinas saepis causa serunt, tomice moris spinarum circumlita; pilas autem laurus et myrti inopia a trimatu tempestivom est transferre. Inter ea quae 63

e semine, a. *et semine*, d $\beta\gamma$. — *quae aliis*, a d. — *his*, a. *iis*, d $\beta\gamma$. — *dictus*, a. — *tardo*, d. De re v. Theophr. hist. plant. II. 2, 4. — *insitu*, K. — *interdumque*, T.

§ 60. *natura*, a² d. *naturę*, a¹. — *contra*, om. d. — *quo*, a. — *seruntur*, ita nos scripsimus. *seruantur*, a. *serantur*, d $\beta\gamma$. — *cupressis palmae lauris*, a. *cupressi palmae lauri*, T. *cupressus palmae larix*, d. — *diximus* 15, 128—132. — *angusta*, β. — *bacalis*, a. *baccalis*, θ d $\beta\gamma$. — *tinus* § 128. *pinus*, θ T a d (omnes codd. ap. Salmas. exerc. p. 199. a. A.) In cod. a ante vocem *pinus* littera *t* est erasa. — *siccatae*, T a d r. *siccante*, β. — *fumo*, T a d r. *fimo*, $\beta\gamma$. — *ad satu*, a. *assatu*, d. *ad serendum*, K r. — *praeparatas*, d. *paratas*, K a. — *ad urinam*, T a d.

§ 61. *cutis*, a. *cutisque*, d. — *alioquin*, β. — *uligine*, a d. *uligo*, $\beta\gamma$. — *nasci*, omitt. a d. — *repastinati*, a d. — *palme*, T a d. *palmae*, θ. — *acervantur*, K. — *triumphalis*, T d. *triumphali*, a. *triumphalisque*, $\beta\gamma$.

§ 62. *propagine. Tarentinam Democritus*, Pint. coll. 15, 122. *propagine. Tarentina Democritus*, a. *propagine Tarentina. Democritus*, d $\beta\gamma$. — *reste*, θ T a d r. *restem*, β. — *seri; sic parietem fore mirae densitatis*, Dalec. — *circumligari*, r. — *pariete*, a. — *sepe*, a d. — *Pullas aut. lauros et myrtos oenopas a trimatu*, Dalec.

semine seruntur Mago in nucibus operosus est; amygdalam in argilla molli meridiem spectante seri iubet; gaudere et dura calidaque terra, in pingui aut umida mori aut sterilescere; serendas quam maxume falcatas et e novella fimoque diluto maceratas per triduum aut pridie quam serantur aqua mulsa; mucrone defigi, aciem lateris in aquilonem spectare; ternas simul serendas triangula ratione, palmo inter se distantis; denis diebus adaquari donec grandescant. Iuglandes 64
nuces porrectae seruntur conmissura iacentibus, pineae nucleis septenis fere in ollas perforatas additis, aut ut laurus quae bacis seritur. Citrea grano et propagine, sorba semine, et a radice planta et avolsione proveniunt, sed illa in calidis, sorba in frigidis et umidis.

12. Natura et plantaria demonstravit multarum radicibus 65
pullulante subole densa et pariente matre, quas necet; eius quippe umbra turba ingesta premitur, ut in lauris, punicis, platanis, cerasis, prunis. Paucorum in hoc genere rami parcunt suboli, ut ulmorum palmarumque; nullis vero tales pulluli proveniunt nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Omnia ea non statim moris est 66
in sua locari sed prius nutrici dari atque in seminariis adulescere iterumque migrare, qui transitus mirum in modum mitigat etiam silvestris, sive arborum quoque ut hominum natura novitatis ac peregrinationis avida est, sive discedentes virus relincunt mansuescuntque tractatu ceu ferae, dum radici avellitur planta.

§ 63. *Magno*, a d. — *amygdalam*, d. *amygdala*, a (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *et dura*, d (codd. Gel.) *ei dura*, a. *ea dura*, r. — *aut humida*, a d. *et humida*, r. — *aut steril.*, θ T a. *ac steril.*, d $\beta\gamma$. — *musa*, a. — *trianguli*, r. — *palmas*, a d.

§ 64. *commissura*, a. *commissuris*, d $\beta\gamma$. — *aversione*, a d. *et viviradice planta aversione*, Dalec. — *sorba in*, T a d. *sorba et in*, $\beta\gamma$.

§ 65. *demonstravi*, a. — *multis*, r. — *pululante*, a. Haec maximam partem desumpta sunt ex Vergil. georg. 2, 17 seqq. — *qûis*, a. — *necet*, a d. *enecet*, $\beta\gamma$. — *ingesta*, a r. *indigesta*, d $\beta\gamma$. *indiga* vel *indigens aestu*, Pint. — *pulluli*, T d. *pilluli*, a. *pulli*, K.

§ 66. *sua*, a. *suo*, T d. — *locari*, T. *iocati*, a d. — *nutricis*, a. — *discedentes*, a d. *discendentes*, D[1]. *descendentes*, D[2]. — *mansuescunt ceu*, a d. — *radicis*, Pint.

§ 67. *simile*, a d. *simile natura*, $\beta\gamma$. — *ut cum*, a d. *et cum*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *pinna*, K. — *sue*, a. — *auferant*, a d. — *fibrato*, Constantin. ad Theophr. hist.

13. Et aliud genus simile monstravit avolsique arboribus 67
stolones vixere, quo in genere ut cum perna sua avelluntur
partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum
fimbriato corpore. Hoc modo plantantur punicae, coryli, mali,
sorbi, mespilae, fraxini, fici in primisque vites; cotoneum
ita satum degenerat. Ex eodem inventum est surculos ab- 68
scisos serere; hoc primo saepis causa factum sambucis, co-
toneo et rubis depactis, mox et culturae, ut populis, alnis,
salici quae vel inverso surculo seritur. Iam hae ibi dispo-
nuntur, ubi libeat esse eas; quamobrem seminari curam ante
convenit dici quam transeatur ad alia genera.

14. Namque ad id praecipuum eligi solum refert, quoniam 69
nutricem indulgentiorem esse quam matrem saepe convenit;
sit ergo siccum sucosumque, bipalio subactum, advenis ho-
spitale et quam simillimum terrae, in quam transferendae
sint, ante omnia elapidatum munitumque ad incursum etiam
gallinacei generis, quam minume rimosum, ne penetrans sol
exurat fibras; intervallo sesquipedum seri; nam si inter se 70
contingant, praeter alia vitia etiam verminosa fiunt; ideo
sarriri convenit saepius herbasque evelli, praeterea semina
ipsa fruticantia supputare ac falcem pati consuescere. Cato 71
et furcis cratis inponi iubet altitudine hominis ad solem
recipiendum atque integi culmo ad frigora arcenda; sic pi-
rorum malorumque semina nutriri, sic pineas nuces, sic cu-
pressos semine satas et ipsas. Minumis id granis constat,
ut vix perspici quaedam possint, non omittendo naturae mi-
raculo e tam parvo gigni arbores, tanto maiore tritici et

plant. p. 71. et 87., Schneider. ad Columell. III. 17, 2. — *mespilae*, a d. *mespili*, $\beta\gamma$.

§ 68. *abscisos*, a d. *abscissos*, β. — *salice*, K. — *aquae*, a. — *seritur iam.*, r. — *hae*, r. *haec*, a. *eae*, d $\beta\gamma$. — *disci*, d. — *quamquam*, a d.

§ 69. *ad id praecipuum*, T a d. *ad principium*, codd. Gel. *et id praecipuum*, r. *et hic principio*, K. — *solum*, om. r. — *saepe*, a. *saepius*, T d[2]. *saepit*, d[1]. — *transferendum sit*, K. — *ad incursum*, a. *ab incursum*, T d.

§ 70. *nam si*, θ T a d. *ne se*, β. — *contingant et noceant*, K. — *praeter alia vitia*, T d. *praeterea aliuitia*, a. — *verminosa*, a. *vermiosa*, d. *vermosa*, T. — *ideo*, a. Omitt. T d. — *sariri*, T a. In cod. a post h. v. spatium duarum litterarum. — *supputare*, d. *subputare*, a. *supputari*, K.

§ 71. *Cato* de re rust. 48. — *Minimis* rel., v. Theophr. de caus. plant. I. 5, 4. — *ut vix*, a. *vix ut*, T d. — *quidam*, r. — *omittendo* — *miraculo*, codd. Gel. *omittendum* — *miraculum*, T a d r. — *etiam*, a d r.

hordei grano, ne quis fabam reputet. Quid simile originis 72
suae habent malorum pirorumque semina? His principiis respuentem securis materiem nasci, indomita ponderibus immensis prela, arbores velis, turribus murisque inpellendis arietes? Haec est naturae vis, haec potentia. Super omnia erit e lacrima nasci aliquid, ut suo loco dicemus. Ergo e 73
cupresso femina — mas enim, ut diximus, non gignit — pilulae collectae quibus docui mensibus siccantur sole ruptaeque emittunt semen formicis mire expetitum, ampliato etiam miraculo tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum. Seritur Aprili mense, area aequata cylindris aut volgiolis, densum, terraque cribris superincernitur pollicis crassitudine. Contra inmane pondus attollere se non valet 74
torqueturque sub terra; ob hoc et pavitur vestigiis. Leviter rigatur a solis occasu in trinis diebus, ut aequaliter bibat donec erumpant. Differuntur post annum dodrantali filo, custodita temperie ut viridi caelo serantur ac sine aura; mirumque dictu, periculum eo tantum die est, si roravit quantulumcumque imbrem aut si adflavit; de reliquo tutae sunt perpetua securitate aquasque postea odere. Et zizipha grano seruntur Aprili mense. Tuberes melius inseruntur in pruno 75
silvestri et malo cotoneo et in calabrice; ea spina est silvestris. Quaecumque optume et myxas recipit, utiliter et sorbos. XI. Plantas ex seminario transferre in aliud priusquam suo loco ponantur operose praecipi arbitror, licet translatione folia latiora fieri spondeant.

§ 72. *Quid*; in cod. a post h. v. quattuor fere litterae erasae. — *originis suae*, d. *origini suae*, a. *originisve*, r. — *materiem*, a. *materiam*, d $\beta\gamma$. — *preda*, a. — *arboris*, a. *arboribus*, d. — *vel his*, d. — *Hoc*, a. — *natura eius*, a d. — *lacrimis*, T. — *dicemus* 19, 162. 21, 24.

§ 73. *diximus*; immo contrarium dicit 16, 211. — *docui* § 60. — *natalem arboris*, r. — *Aprili mense*, a d. *mense Aprili*, $\beta\gamma$. — *valgivalis*, a (prius *a* ex *u* factum). *vulvoalis*, D θ. *vulgo alis*, T d. — *superincernitur*, θ T d. *supercernitur*, a $\beta\gamma$.

§ 74. *inmane*, a. *mas*, T. *mas////*, d. *mans*, D. *Mas contra pondus*, Pint. — *torqueturque*, T a d r. *retorqueturque*, β. — *et*, θ T a d. Omitt. $\beta\gamma$. — *pavitur*, θ. *patitur*, T a d. *parcitur*, β. — *Leviter*, a d. *Leniter*, $\beta\gamma$. — *ligatur*, a. — *Differuntur*, a d. *Disseruntur*, K. *Deferuntur*, Pint. — *stilo*, Pint. — *roravit*, θ a d. *roraverit*, β. — *quantulacunque*, θ. — *imbres*, θ d. — *adflavit*, θ a d. *adflaverit*, β. — *postea*, a d. Omitt. r γ. — *odere*, a[1]. *odore*, a[2]. *videre*, d. — *Aprili mense*, a d. *mense Aprili*, $\beta\gamma$.

§ 75. *Tuberes*, d. *Tubescere*, a, ita ut litteris *scere* subiecta sit lineola et ipsi voci superius littera *s* addita. — *cotonea*, a. *cotone*, d. — *et*, om. a. — *spina est*, a. *est spina*, d $\beta\gamma$. — *Quaecumque*, d. *Quacumque*, a. *silvestris quaecumque*.

15. Ulmorum priusquam foliis vestiantur samara colli- 76
genda est circa Martias kalendas, cum flavescere incipit; dein biduo in umbra siccata serenda, densa in refracto, terra super minutatim cribrata crassitudine quae in cupressis. Pluviae si non adiuvent, rigandum. Deferendae ex arearum venis post annum in ulmaria intervallo pedali in quamque partem. Maritas ulmos autumno serere utilius, quia carent 77
semine; nam ut e plantis seruntur. In arbustum quinquennes sub urbe transferuntur aut, ut quibusdam placet, quae vicenum pedum esse coeperunt. Sulco qui novenarius dicitur, altitudine pedum trium, pari latitudine et eo amplius, circa positas, pedes terni undique e solido adaggerantur; arulas id vocant in Campania. Intervalla ex loci natura sumuntur; rariores serendas in campestribus convenit. Populos et fraxi- 78
nos, quia festinantius germinant, disponi quoque maturius convenit hoc est ab idibus Februariis, plantis et ipsas nascentis. In disponendis arboribus arbustisque ac vineis quincuncialis ordinum ratio volgata et necessaria, non perflatu modo utilis verum et adspectu grata, quoquo modo intueare, in ordinem se porrigente versu. Populos eadem ratio semine quae ulmos serendi, transferendi quoque e seminariis eadem et silvis.

16. Ante omnia igitur in similem transferri terram aut 79
meliorem oportet, nec ex tepidis aut praecocibus in frigidos et serotinos situs, ut neque ex his in illos; praefodere scrobis ante, si fieri possit, tanto prius, donec pingui caespite

Optime ea myxas, K. — *soruois*, a. — *in aliud*, d. *aliud*, a. *alibi*, r. — *suo*, a. *in suo*, d. — *spondeant*, a d. *respondeant*, β.

§ 76. *foliis*, θ T a d. *folio*, β. — *dein*, a d. *deinde*, $\beta\gamma$. — *dubio*, a. — *refacto*, a. *arefacta*, T d. *area facta*, Schneid. ad Columell. V. 6, 6. — *minuta incribrata*, T a² d. *munita incribrata*, a¹. — *riganda*, K. — *Deferendae*, T a r. *Differendae*, d. *Disserendae*, β. — *vineis*, K. *pulvinis*, Schneid. — *quamque*, θ T a d. *unamquamque*, β.

§ 77. *carente*, θ a d. *carentes*, T r. — *nam ut e*, a. *non ut e*, θ T d. *nudis e*, r. *nam eae e*, $\beta\gamma$. — *sub urbe*, om. d¹. — *transferuntur*, θ. *transferunt*, a d $\beta\gamma$. — *novenarius*, K a d. *noverarius*, β. — *pari altitudine*, a. In d omissum, sed ab altera manu *pharia altitudine* superius adscriptum. — *sterni*, a d. — *Intervallas ex*, a. *Intervalla sex*, d. — *luci*, a d. — *rariores*, θ T d. *ariores*, a. *aridiores*, β.

§ 78. *Populus et fraxinus*, a. — *festinatius*, a. — *quincunculis*, d. *quisuncalis*, a. — *perflatum*, a. — *grata quoquo*, θ T d r. *grataq; quo*, a. *grata quocumque*, β. — *Populos*, T d. *Populus*, a. *Populis*, $\beta\gamma$. *Opulis*, Dalec.; at v. Schneid. ad Columell. V. 6, 5. — *semina*, a. *seminandi*, T d. — *quae*, d. *qua*, a $\beta\gamma$.

§ 79. *terram transferri*, d. — *ex*, θ T a d. *e*, $\beta\gamma$. — *praecoquibus*, T. — *et*, T a. *aut*, d $\beta\gamma$. — *ex his*, d. *exiit*, a. — *possit*, T a. *posset*, d $\beta\gamma$. — *prior*, *nec*,

obducantur. Mago ante annum iubet, ut solem pluviasque 80
conbibant, aut, si id condicio largita non sit, ignis in medios
fieri ante menses duos, nec nisi post imbris in his seri;
altitudinem eorum in argilloso aut duro solo trium cubito-
rum esse in quamque partem, in pronis palmo amplius, et
ubique caminata fossura ore conpressiores sint, nigra vero
terra duo cubita et palmum quadratis angulis. Eadem men-
sura Graeci auctores consentiunt, non altiores quino semisqui-
pede esse debere nec latiores duobus pedibus, nusquam
vero sesquipede minus altos, quoniam in umido solo ad vi-
cina aquae perveniat. Cato: „sulcos, si locus aquosus sit, 81
latos pedes ternos in faucibus imosque palmum et pedem,
altitudine quattuor pedum; eos lapide consterni aut, si non
sit, perticis salignis viridibus, si neque hae sint, sarmentis,
ita ut in altitudinem sesquipedis trahantur." Nobis adicien-
dum videtur ex praedicta arborum natura ut altius demit-
tantur ea quae summa tellure gaudent, tamquam fraxinus,
olea; haec et similia quaternos pedes oportet demitti, ceteris
sat est, si altitudinis pedes ternos effecerint. „Excide radicem", 82
inquit, „istam", Papirius Cursor inperator; ad terrorem Prae-
nestinorum praetoris destringi securis iussit. Est innoxium

d. Ceterum in verbis *praefodere — prius* magna est corruptela; nam verba *tanto prius* non habent quo referantur, cum sequentia *donec — obducantur* neque grammatice neque re ipsa ad ea quadrent; tum vero acervata occupandi et festinandi notio, qualis exstat in *praefodere — ante — prius*, nimia et nimis absolute dicta est.

§ 80. *Magno*, a. — *annum fieri iubet*, r. — *id*, om. r. — *largita*, a. Omitt. T d. — *medios*, a. *mediis*, T d. *medio*, $\beta\gamma$. — *trium cubitorum, et duorum pedum latitudinem esse*, Petav. ap. Brot. — *pronis*, Hard. *pruinis*, T K a. *prunis*, d. *prunis*, β. V. Columell. III. 13, 8. — *camerata*, K. — *compressiores*, a. *compressiore*, d $\beta\gamma$. — *Eadem mensura*; Plin. videtur *Eadem in mensura* scripsisse. — *nonnunquam*, Pint. At v. Xenoph. oecon. 19, 3., unde Plin. haec sumpsit. — *semisquipede*, d. *semisquipedem*, a. *sesquipede*, $\beta\gamma$. — *quamvis* et *perveniant*, Dalec. — *aquae*, d. *queque*, a.

§ 81. *Cato* de re rust. 43. — *sulcos*; hanc vocem ego inserui ex Catone, necessariam propter sequens pronomen *eos*; excidit per vicinitatem verborum *si locus*. Omitt. a d $\beta\gamma$, eaque de causa Pontedera antiquitt. p. 55. *latas — imasque* (sc. scrobes) coniecit. — *sit*, a d. *sit, inquit*, $\beta\gamma$. — *latos*, codd. Gel. *latus*, a d. — *imisque*, a. — *hae*, a. *eae*, d $\beta\gamma$. — *ita ut — trahantur*, delet Pint. — *altitudinem*, K. *altitudine*, θ a r. *altitudinis*, d. — *sesquipedis*, Schneid. ad Cat. p. 112. *semipedis*, K. *semipede*, θ a d r. *semipedem*, $\beta\gamma$. — *trahatur*, a d. — *adiuuendum*, a. *adiuuentum*, d. — *ea quae*, d. *aquae*, a. — *oporteat*, d. — *dimitti*, a. — *sat est, si*, omitt. a d. — *ternis*, a. *terni*, d.

§ 82. *Excide — praetoris*, ut suppositicia damnant Pint. et Lips. quaest. epist. 2, 3., neque negari potest, non apparere, quid Plinium ad hanc historiolam hoc loco narrandam impulerit. Tantum tamen abest, ut propterea illa verba

abradi partis quae se nudaverint. Testas aliqui vel lapides rotundos subici malunt, qui et contineant umorem et transmittant, non item planos facere et a terreno arcere radicem existumantes; glarea substrata inter utramque sententiam fuerit. Arborem nec minorem bima nec maiorem trima trans- 83
ferre quidam praecipiunt, alii cum annum conpleat, Cato crassiorem quinque digitis. Non omisisset idem, si attineret, meridianam caeli partem signare in cortice, ut translatae iisdem et adsuetis statuerentur oris, ne aquiloniae meridianis opposita solibus finderentur et algerent meridianae aquilonibus. Quod e diverso adfectant etiam quidam in vite fico- 84
que, permutantes in contrarium; densiores enim folio ita fieri magisque protegere fructum et minus amittere ficumque sic etiam scansilem fieri. Plerique id demum cavent ut plaga deputati cacuminis meridiem spectet, ignari fissuris nimii vaporis opponi. Id quidem in horam diei quintam vel octavam spectare maluerim. Aeque latet non neglegendum 85
ne radices mora inarescant neve a septentrionibus aut ab ea parte caeli usque ad exortum brumalem vento flante effodiantur arbores aut certe non adversae his ventis radices praebeantur, propter quod emoriuntur, ignaris causae agri-

damnanda putem, ut magnam hic lacunam agnoscam; plura exciderunt ante ipsam vocem *Excide*, quae Plinio viam munierunt ad iocum Papirii narrandum. — *radicem, inquit*, a d. *inquit, radicem*, $\beta\gamma$. — *secures iussit. Est*, Hard. *securius se testi*, a d. *securius se teste*, β. *distringi securius, sed et innox.*, Lips. Ceterum Brot. post Huetium, cui etiam tota haec emendatio deberi videtur, verba *ad terrorem Pr. praetoris* recte ad sequentia retulit, cum Hard. post *praetoris* plene interpunxisset. — *abradi*, d. *adradi*, θ a r. — *Testas*, T a d. *terra*, β ad superiora referens. V. Vergil. georg. 2, 348. — *vel*, ego inserui, cum *aliqui* semel positum non pro *aliqui* — *aliqui* dici possit; excidit coniunctio per litteras *uil* proximae et sequentis vocis. — *qui haud contineant*, Dalec. et Schneid. ad Columell. III. 15, 3., Theophr. de caus. plant. III. 6, 5. At qui verba Columellae de arbor. 4, 5. accuratius inspexerit, videbit Plinium huius sententiam in brevius contraxisse, ut ad *contineant* nomen *hieme*, ad *transmittant* nomen *aestate* suppleatur. — *non autem plane iacere, hos a terreno*, Dalec. — *gloria*, d.

§ 83. *transferre*, a. *transferri*, d $\beta\gamma$. — *annum*, d. *manum*, a. — *compleat*, T a d. *impleat*, $\beta\gamma$. — *Cato* de re rust. 28, 2. — *attineret*, codd. Gel. *abstineret*, ad. — *translatae*, ita nos scripsimus. *translat*, a. *translatis*, T d. *translata*, $\beta\gamma$. Ubique h. l. numerus pluralis ponitur, qui et infra per codicem T (*statuerentur*) commendatur. — *iisdem*, T. *isdem*, a. *hisdem*, d. *in iisdem*, $\beta\gamma$. — *et*, a. *in*, T d. — *statuerentur*, T. *statueretur*, a d $\beta\gamma$. — *oris*, T a. *horis*, d $\beta\gamma$.

§ 84. *Quidam inversas figunt, in vite atque etiam fico, permutantes*, Dalec. De re v. Theophr. hist. plant. II. 6, 11. — *densiora enim folia*, r. — *ficumve*, a. — *scansilem*, a d. *fertilem*, K. — *ignari*, a. *in ignari*, d.

§ 85. *a*, om. d. — *septentrionalibus*, a'. — *obversae*, K. — *his*, T a. *iis*, d $\beta\gamma$.

colis. Cato omnis ventos et imbrem quoque in tota translatione damnat. Et ad haec proderit quam plurumum terrae, 86
in qua vixerint, radicibus cohaerere ac totas caespite circumligari, cum ob id Cato in corbibus transferri iubeat, procul dubio utilissime; idem summam terram contentus est subdi. Quidam punicis malis substrato lapide non rumpi pomum in arboribus tradunt; radices inflexas poni melius; arborem ipsam ita locari ut media sit totius scrobis necessarium. Ficus si in scilla — bulborum hoc genus est — seratur, ocis- 87
sime ferre traditur pomum neque vermiculationi obnoxium, quo vitio carent reliqua poma similiter sata. Radicum eius magnam adhibendam curam, ut exemptas adpareat, non evolsas, quis dubitet? Qua ratione et reliqua confessa omittimus, sicuti terram circa radices festucato spissandam, quod Cato primum in ea re esse censet, plagam quoque a trunco oblini fimo et foliis praeligari praecipiens.

XII. 17. Huius loci pars est ad intervalla pertinens. Qui- 88
dam punicas et myrtos et lauros densiores seri iusserunt, in pedibus tamen novenis, malos amplius paulo, vel magis etiam piros magisque amygdalas et ficos; optume diiudicabit ramorum amplitudinis ratio locorumque, et umbrae cuiusque arboris, quoniam has quoque observari oportet. Breves sunt quamvis magnarum arborum, quae ramos in orbem circinant, ut in malis pirisque; eaedem enormes cerasis, lauris.

18. Iam quaedam umbrarum proprietas. Iuglandium gra- 89
vis et noxia, etiam capiti humano omnibusque iuxta satis; necat gramina et pinus, sed ventis utraque resistit, quoniam

Cato de re rust. 28.

§ 86. *ad haec*, T a d r. *hoc*, *β*. — *tota*, d. — *quia* et *iubet*, K. — *idem*, Pint. d. *quidem*, T a r. *quidam*, *β*.

§ 87. *si in scilla*, T K. *in sicilia*, a d. *si scilla*, *β*. V. Theophr. l. l. II. 5, 5. — *est seratur*, d. *esse ratur*, a. — *carent*, T a d r. *non carent*, *β*. V. Theophr. de caus. plant. V. 6, 10. 9, 8. — *dissimiliter*, K. — *eius*, om. Pint. — *confessa*, d r. *confesse*, a. — *nos omittimus*, r. — *festucato*, ita scribendum coll. 36, 185. 186. 188. *festugato*, a. *fistucato*, d *β γ*. *festuca aut vecte spissandam* aut *festuca conspissandam*, Pint. — *Cato* de re rust. 28. — *in trunco*, K.

§ 88. *et magis*, r. Ceterum haec sumpsit Plin. ex Theophr. hist. plant. II. 5, 6. et de caus. plant. III. 7. — *ficos*, T a[1]. *ficus*, a[2] d *β γ*. Post h. v. habent *quod* *β γ*, *qm̃* d, supra lineam *quŏ* a. Ego pronomen relativum omisi asyndeton restituens, cum ex cod. a appareat omnia haec supplementa librariis deberi. — *diiudicavit*, a d. — *hanc*, K[1]. *haec*, K[2]. — *quae*, omitt. a d. — *ramos in orbem*, a d. *in orbem ramos*, *β γ*. — *circinant*, Dalec. *cercineat*, a. *circinat*, d. *circinent*, *β γ*. — *eadem*, a.

et protecta vinearum ratione egent. Stillicidia pinus, quercus, ilicis ponderosissima, nullum cupressi, umbra minuma et in se convoluta; ficorum levis quamvis sparsa, ideoque inter vineas seri non vetentur. Ulmorum lenis, etiam nu- 90
triens, quacumque opacat; Attico haec quoque videtur e gravissimis, nec dubito, si emittantur in ramos; constrictae quidem illius noxiam esse non arbitror. Iucunda et platani, quamquam crassa; licet gramini credere non soli, haud alia laetius operiente toros. Populo nulla ludentibus foliis, pinguis alno sed pascens sata. Vitis sibi sufficit, mobili folio 91
iactatuque crebro solem umbra temperans, eodem gravi protegens in imbre. Omnium fere levis umbra, quorum pediculi longi. Non fastidienda haec quoque scientia atque non in ultimis ponenda, quando satis quibusque umbra aut nutrix aut noverca est; iuglandium quidem pinorumque et picearum et abietis quaecumque attingere non dubie venenum.

19. Stillicidi brevis definitio est. Omnium, quae proiectu 92
frondis ita defenduntur ut per ipsas non defluant imbres, stilla saeva est; ergo plurumum intererit hac in inquisitione, terra, in qua seremus, in quantum arbores quasque alat. Iam per se colles minora quaerunt intervalla; ventosis locis crebriores seri conducit. Olea tamen maxumo intervallo, de qua 93
Catonis Italica sententia est in XXV pedibus minumum, plurumum XXX seri; sed hoc variatur locorum natura. Non alia maior in Baetica arbor; in Africa vero — fides penes auctores erit — miliarias vocari multas narrant a pondere olei quod ferant annuo proventu. Ideo LXXV pedes Mago

§ 89. *Iuglandum*, a. Ceterum Schneider. ad Pallad. p. 195. hunc locum vitiosum putat. — *gramina*, θ T a d r. *germina*, β. — *quoniam*, omnes codd. β. *qua iam*, Hard. γ. At certe plura h. l. exciderunt, quorum ratio per illam coniunctionem redditur. — *proiecta*, r. — *aegent*, a. — *lenis*, θ r. — *vetentur*, T a d. *vetatur*, K. *vetantur*, $\beta\gamma$.

§ 90. *lenis*, a d. *levis*, β. — *quaecumque*, K. — *videntur*, θ. — *districtae*, K. — *illius*, K a[1]. *ullius*, a[2] $\beta\gamma$. *mollius*, d. *ulmi*, r. — *crassa*, omitt. T d. — *gramina*, a. — *haud*, omitt. a d. — *alia*, a. *alius*, d. — *operienti torus*, a. *operimenti torus*, d.

§ 91. *protegens se ab imbre*, Dalec. — *ultimis*, d. *altum is*, a. — *satis quibusque*, T a d. *quibusque satis*, $\beta\gamma$. — *iuglandum*, a r. — *quacumque*, d. — *attingere*, a. *attigere*, d $\beta\gamma$. — *venenum*, a d. *venenum est*, $\beta\gamma$.

§ 92. *diffunduntur*, K. — *ipsam*, Dalec. — *in*, omitt. a d r γ. — *inquisitione*, a d r. *quaestione*, β.

§ 93. *Catonis* de re rust. 6, 1. Ceterum pro verbis *Cat. Ital.* Pint. *catholica* coniicit. — *minimum*, om. a. — *alio*, a.

intervallo dedit undique aut in macro solo ac duro atque ventoso, cum minumum, XLV. Baetica quidem uberrimas 94
messis inter oleas metit. Illam inscientiam pudendam esse conveniet adultas interlucare iusto plus et in senectam praecipitare aut, plerumque ipsis qui posuere coarguentibus inperitiam suam, totas excidere. Nihil est foedius agricolis quam gestae rei paenitentia, multo iam ut praestet laxitate delinquere.

XIII. 20. Quaedam autem natura tarde crescunt et in 95
primis semine tantum nascentia et longo aevo durantia. At quae cito occidunt velocia sunt, ut ficus, punica, prunus, malus, pirus, myrtus, salix, et tamen antecedunt divitiis; in trimatu enim ferre incipiunt ostendentes et ante. Ex his lentissima est pirus. Ocissima omnium cypirus et pseudocypirus frutex; protinus enim floret semenque perfert; omnia vero celerius adulescunt stolonibus ablatis unamque in stirpem redactis alimentis.

21. Eadem natura et propagines docuit. Rubi namque cur- 96
vati gracilitate et simul proceritate nimia defigunt rursus in terram capita iterumque nascuntur ex sese repleturi omnia, ni resistat cultura, prorsus ut possint videri homines terrae causa geniti; ita pessima atque exsecranda res propaginem tamen docuit ac viviradicem; eadem autem natura et hederis.
Cato propagari praeter vitem tradit ficum, oleam, punicam, 97
malorum genera omnia, laurus, prunum, myrtum, nuces abellanas et Praenestinas, platanum. Propaginum duo genera,

aut, T a d. *ast*, r. *etiam*, β.

§ 94. *inscientiam*, a. *scientiam*, θ r. *inscitiam*, d β. — *nosse*, K. — *cum veki et*, a d. — *interlucare*, codd. Gel. *interluctare*, T a d. *inter sese luctari*, K. — *aut*, d. *aut ut*, a, quod nescio an sit recipiendum, ita ut particula *ut* h. l. eodem modo vim adverbii *plerumque* augeat, uti similia apud Plinium leguntur, de quibus v. ad 33, 25. — *quoarguentibus*, a. — *fidius*, a d. — *castae*, a d. — *potentia*, a d. — *iam*, θ T a d r. Om. β. — *laxitate*, d. *laxitati*, a. *laxitari*, θ r. — *delinquere*, a d. *delingere*, θ. *derelinquere*, r.

§ 95. *decidunt*, T d. — *pirus*, d. *pinus*, T a r. — *incipit*, a d. — *ostendentes et ante*, d. *ostendens stante*, a. — *est pirus*, T a d r. *pirus*, $\beta\gamma$. — *omnium*, a. *est omnium*, d. — *cypirus*, a d. *cyprius*, D. *cyprus*, Salmas. exerc. p. 704. b. F. et de hyle p. 90. a. F., γ. — *pseudocapirius*, D T a d. *pseudocyprus*, Salmas. γ. — *perfert*, θ a. *profert*, d $\beta\gamma$.

§ 96. *replentur*, d. — *videri possint*, d. — *viviradicem*, T. *viridem radicem*, a d r. — *natura et hederis*, ita nos scripsimus. *naturę tederis*, d. *nature tederis*, a. *natura est ederis*, $\beta\gamma$.

§ 97. *Cato* de re rust. 51, 133. — *punicam*, *cotoneum*, Pint. — *laurus*, θ a.

ramo ab arbore depresso in scrobem quattuor pedum quoquo et post biennium amputato flexu plantaque translata post trimatum, quas si longius ferre libeat, in qualis statim aut vasis fictilibus defodere propagines aptissimum, ut in his transferantur. Alterum genus luxuriosum, in ipsa arbore 98
radices sollicitando traiectis per vasa fictilia vel qualos ramis terraque circumfartis, atque hoc blandimento inpetratis radicibus inter poma ipsa et cacumina — in summa etenim cacumina hoc modo petuntur, — audaci ingenio arborem aliam longe a tellure faciendi, eodem quo supra bienni spatio abscisa propagine et cum quasillis sata. Sabina herba propagine seritur et avolsione; tradunt faece vini aut e parietibus latere tunso mire ali. Iisdem modis rosmarinum seritur et ramo, quoniam neutri semen, rhododendrum propagine et semine.

XIV. 22. Semine quoque inserere natura docuit raptim 99
avium fame devorato solidoque et alvi tepore madido, cum fecundo fimi medicamine abiecto in mollibus arborum lecticis et ventis saepe translato in aliquas corticum rimas, unde vidimus cerasum in salice, platanum in lauru, laurum in ceraso et bacas simul discolores. Tradunt et monedulam condentem semina in thesauros cavernarum eiusdem rei praebere causas.

23. Hinc nata inoculatio sutoriae simili fistula aperiendi 100
in arbore oculum cortice exciso semenque includendi eadem

lauros, T d. *laurum*, $\beta\gamma$. — *prunum*, ita nos scripsimus ex Cat. *prunam*, a d. *prunos*, $\beta\gamma$. Om. Pint. — *myrtum*, a. *syrtus*, d. *myrtos*, $\beta\gamma$. — *abellanas*, T a. *avellanas*, d $\beta\gamma$. Vid. ad 37, 56. Hanc vocem cum sequenti copula om. Pint. — *quoquo*, d. *quoque*, a. — *postennium*, a d. — *quas si*, d. *quasi*, a. *quam si*, Dalec. — *his*, a. *iis*, d $\beta\gamma$.

§ 98. *luxuriosum*, a r. *luxuriosius*, d $\beta\gamma$. — *in ipsa arbore radices*, T a d. *radices in ipsa arbore*, $\beta\gamma$. — *circumfartis*, T d. *circumpartis*, a. *circumpactis*, β. — *cacumina*, *in summa*, a. *cacuminum summa*, T d. *cacumina*, *et summa*, Gesner. ad Caton. 133, 3. et chrestom. p. 562. At *summa* non pertinet ad *cacumina*, verum *in summa* h. l. idem est, quod *plerumque*, uti 7, 120. 150. 32, 45. — *etenim*, θ T a d r. *enim*, β. — *hoc modo cacumina*, T d. — *a*, a d. *e*, β. — *abscisa*, a. *abscissa*, d $\beta\gamma$. — *quas illis*, a, quod nos correximus. *qua illis*, d. *qualis illis*, $\beta\gamma$. — *ali; iisdem*, d. *Alii isdem*, a. — *seritur*, θ T a d. *serunt*, β. — *rhododendrum*, a d. *rhododendron*, $\beta\gamma$.

§ 99. *solutoque*, Gesner. chrestom. p. 562. — *lactis aut ventis*, Dalec. — *ventis*, d. *venti*, a. — *saepe translato*, a. *a petra*//////, d. — *videmus*, a[1]. — *lauru*, θ. *lauro*, a d $\beta\gamma$. — *et*, om. d.

§ 100. *inoccultatio*, T. — *similis*, d. — *fistola*, a. *subula*, Dalec. — *aperiendo* et *includendo*, Dalec.

fistula sublatum ex alia. In ficis autem et malis haec fuit inoculatio antiqua; Vergiliana quaerit sinum in nodo gemmae expulsi corticis gemmamque ex alia arbore includit. Et hactenus natura ipsa docuit, 24. insitionem autem casus, magister alius et paene numerosior, ad hunc modum. Agricola 10 sedulus casam saepis munimento cingens, quo minus putrescerent sudes, limen subdidit ex hedera; at illae vivaci morsu adprehensae suam ex alieno fecere vitam adparuitque truncum esse pro terra. Aufertur ergo serra aequaliter superficies, levigatur falce truncus. Ratio postea duplex, et prima 10 inter corticem lignumque inserendi. Timebant prisci truncum findere, mox inforare ausi medio ipsique in eo medullae calamum inprimebant, unum inserentes; neque enim pluris capiebat medulla. Subtilior postea ratio vel senos adici, mortalitati eorum et numero succurrere persuasa, per media trunco leniter fisso cuneoque tenui fissuram custodiente, donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus. Multa 10 in hoc servanda; primum omnium, quae patiatur coitum talem arbor et cuius arboris. Varie quoque et non iisdem in partibus subest omnibus sucus. Vitibus ficisque media sicciora et e summa parte conceptus; ideo illinc surculi petuntur. Oleis circa media sucus, inde et surculi; cacumina sitiunt. Facillime coalescunt quibus eadem corticis natura quaeque 10 pariter florentia eiusdem horae cognationem sucorumque societatem habent. Lenta res est, quotiens umidis repugnant sicca, mollibus corticum duri. Reliqua observatio ne fissura

autem; pro h. v. habent *hoc* a d. — *Vergiliana* georg. 2, 73. — *germine*, a d. *sinum gemmae in nodi evulsi*, Dalec.

§ 101. *alieno*, a d. *aliena*, $\beta\gamma$.

§ 102. *inforare*, a d. *inperare*, θD, quod praefert Gesner. chrestom. p. 566. — *ausi*, d r. *aut si*, a. — *in eo*, T a d r. Om. β. — *adici*, a. *adiicit*, d r $\beta\gamma$. *adigit*, K. *adiecit*, Dalec. — *ex numero*, r. — *succurrere persuasa*, omitt. D a d.

§ 103. *arboris*, T a d. *arboris calamus*, $\beta\gamma$. — *sicciore*, a d. — *e*, om. d. — *conceptu*, d. — *media*, θ a. *medias*, d β. — *surculis*, a.

§ 104. *cognationem*, Barbar. *gignationem*, a d. *germinationem*, $\beta\gamma$. De re v. Theophr. de caus. plant. I. 6, 4. — *Lenta*, T a d r. *Lenta enim*, $\beta\gamma$. — *res est*, a. *res*, d r. — *dura*, Brot. ex ed. princ. γ.

§ 105. *Vergilius* georg. 2, 78. *Hyginius*, Pint. — *e cacumine*, a d. *ex cac.*, $\beta\gamma$. — *ab humeris*, a d. *ramis*, K. — *vetustati arboris*, ita nos scripsimus. *vetustate arboris*, D. *vetustate arbori*, a. *vetustae arbori*, d $\beta\gamma$. Amat Plin. Graecos scriptores imitatus tales circumlocutiones, ut genetivus casus substantivo appositus adiectivi vice fungatur; ita dixit *leonum feritas* 7, 5., *filiae pietas*, 7, 121., *senecta ovium* 8, 188., *obstetricum nobilitas* 28, 67., *nobilitas Philippi* 9, 170., *genetricum*

in nodo fiat — repudiat quippe advenam inhospitalis duritia, — ut in parte nitidissima, ne longior multo tribus digitis, ne obliqua, ne translucens. Vergilius e cacumine inseri ve- 105
tat, certumque est ab umeris arborum orientem aestivom spectantibus surculos petendos et e feracibus et e germine novello, nisi vetustati arboris inserantur; ii enim robustiores esse debent. Praeterea ut praegnantes hoc est gemmatione turgentes et qui parere illo speraverint anno, bimi utique nec tenuiores digito minumo. Inseruntur autem et inversi, 106
cum id agitur, ut minor altitudo in latitudinem se fundat. Ante omnia gemmantis nitere conveniet, nihil usquam ulcerosum esse aut retorridum. Spei favet medulla calami commissurae, si in matre ligni corticisque iungatur; id enim satius quam foris cortici aequari. Calami exacutio medullam ne nudet; tamen tenui fistula detegat, ut fastigatio laevi descendat cuneo, tribus non ampliore digitis, quod facillime contingit tinctum aqua radentibus. Ne exacuatur in vento, 107
ne cortex a ligno decedat alterutri; calamus ad corticem usque suum deprimatur; ne luxetur dum deprimitur, neve cortex replicetur in rugas. Ideo lacrimantis calamos inseri non oportet, non, Hercules, magis quam aridos, quia illo modo labat umore nimio cortex, hoc vitali defectu non umescit neque concorporat. Id etiam religionis servant, ut luna cre- 108
scente, ut calamus utraque deprimatur manu; et alioquin in hoc opere duae simul manus minus nituntur necessario temperamento. Validius demissi tardius ferunt, fortius durant; contraria ex diverso. Ne hiscat nimium rima laxeque capiat

senecta 10, 63., *promontorii ambitus* 12, 88., *ieiunium feminarum* 15, 93., *serpentium frigus* 16, 144., *exilitas soli* 18, 162., *lentitia pituitae* 20, 65., *ulcerum vetustas* 21, 127. — *ii*, a². *id*, a¹d. — *geminatione*, a. *germinatione*, Tdrγ. — *et quos*, K. — *utique*, θadr. *utrique*, β. — *minimo*, Tadr. *medio*, β.

§ 106. *in altitudinem*, ad. — *usquam*, Tadr. *nusquam*, β. — *esse*, om. a. — *aut ore torridum*, d. *auctore torridum*, a. — *medullae calami commissura, si matrix ligni corticesque iungantur*, Dalec. — *si*, omitt. ad. — *foris*, ad. *fortius*, Dalec. — *corticis*, a. — *exacuatio*, β. — *ne medullam*, d. — *tamen tenui*, a. *tenui tamen*, dβγ. *ne nudet, detegat tamen fistula tenus*, Dalec. — *detegatur*, K. — *ut*, omitt. ad. — *fastigio*, d. — *cumeo*, a. — *amplius*, K.

§ 107. *exacuatur*, codd. Gel. *exaquatur*, a. *exaquetur*, d. — *ne cortex*, ad (codd. Gel.) *nec cortex*, βγ. — *decidat*, d. — *laxetur*, Td. — *reprimitur*, ad. — *Hercules*, ad. *Hercule*, βγ. — *concorporat*, θad. *concorporatur*, βγ.

§ 108. *manu deprimatur*, d. — *alioquin*, a. *alioqui*, dγ. — *Validius*, Tad. *Validius enim*, βγ. — *contraria*, ad. *contrarii*, β. *et contrarium*, r. — *prima*, ad.

aut ne parum, et exprimat aut conpressum necet. Hoc ma- 10
xume cavendum ut praevalide accipientis trunco in media fissura relinquant. Quidam vestigio fissurae falce in truncis facto salice praeligant marginem ipsum, postea cuneos figunt, continente vinculo libertatem dehiscendi. Quaedam in plantario insita eodem die transferuntur. Si crassior truncus inseratur, inter corticem et lignum inseri melius, cuneo optume osseo, ne cortice rumpatur laxato. Cerasi libro dempto fin- 11
duntur; hae solae et post brumam inseruntur. Dempto libro habent veluti lanuginem quae, si conprehendit insitum, putrefacit. Incolume cuneo adactum utilissime adstringitur. Inserere aptissimum quam proxume terrae, si patiatur nodorum truncique ratio. Eminere calami sex digitorum longitudine non amplius debent. Cato argillae vel cretae harenam 11
fimumque bubulum admiscet atque ita usque ad lentorem subigi iubet idque interponi et circumlini. Ex iis quae commentatus est facile adparet illa aetate inter lignum et corticem nec alio modo inserere solitos, aut ultra latitudinem duum digitorum calamos demittere. Inseri autem praecipit 11
pira ac mala per ver et per solstitium diebus L et per vindemiam, oleas autem et ficos per ver tantum, luna sitiente hoc est sicca, praeterea post meridiem ac sine vento austro. Mirum quod non contentus insitum munisse, ut dictum est, et caespite ab imbre frigoribusque protexisse ac mollibus

necet, a. //// *Et*, d.

§ 109. *cavendum*, a. *praecavendum*, d$\beta\gamma$. — *ut*; pro h. v. habent *in* a d[1], *ne in* T d[2]. — *praevalido*, T. — *accipiente*, K. — *relinquant*, θ T a d r. *relinquatur*, $\beta\gamma$. — *Quidem*, a d. — *falcem*, a. — *ipsam*, T. — *findunt*, θ T a d. *refigunt*, Dalec. — *plantatio*, a d. — *ne*, omitt. a d. — *cortex rumpatur laxatus*, K.

§ 110. *funduntur*, a. — *haec*, a. — *veluti*, a. *quasi*, T d. — *comprehenderit*, d. — *putrefacito*, a. — *Incolume*, a d r. *Incolumi*, β. *Vinculum*, Schneid. ad Columell. IV. 29, 10. p. 221. — *educta vitilibus*, Dalec. — *proxime*, T a. *proximum*, d$\beta\gamma$. — *si*, om. a. — *nudorum*, a. — *calami sex*, d. *calamis e ĩ*, a.

§ 111. *Cato* de re rust. 40, 2. — *bibulum*, a. — *admiscet*, a d. *admisceri*, $\beta\gamma$. — *subici*, d. — *superponi*, Dalec. — *his*, a. — *altitudinem*, Dalec. — *cubitorum*, d. — *dimittere*, a.

§ 112. *praecipit* de re rust. 41, 1. — *per solstitium* — *per vindemiam*, Pontedera antiquitt. p. 53. et Schneid. *post solst.* — *post vind.*, a d $\beta\gamma$. — *et*, omitt. a d. — *autem*, om. d. — *silente*, Pint. — *ut dictum est* § 111. — *fasces*, a d. — *herbae* — *est*, delet Pontedera l. l. — *Nunc autem arbitr.*, K. — *farcire*, D a. *sarcire*, d$\beta\gamma$. Vid. 36, 172. — *libro*, θ T a d. *librum*, Dalec. *libros*, $\beta\gamma$. Ex nulla harum lectionum aptus efficitur sensus, quamquam et Huet. apud Brot. et Hard. certatim eas sunt interpretati. Ut enim nihil dicam de omisso obiecto et de plurali numero *libros*, quis umquam explicare possit, quid sit *paleato luto*

bifidorum viminum fascibus, lingua bubula — herbae id genus est — insuper optegi iubet eamque inligari opertam stramentis. Nunc abunde arbitrantur paleato luto farcire libro, duos digitos insito exstante. Verno inserentis tempus 113
urguet, incitantibus se gemmis praeterquam in olea, cuius diutissime oculi parturiunt minumumque suci habet sub cortice qui nimius insitis nocet; punica vero et ficum quaeque alia sicca sunt recrastinare minume utile. Pirum vel flo- 114
rentem inserere licet et in Maium quoque mensem protendere insitiones. Quod si longius adferantur pomorum calami, rapo infixos optume custodire sucum arbitrantur, servari inter duos imbrices iuxta rivos vel piscinas utrimque terra obstructos, XV. vitium vero in scrobibus siccis stramento opertos ac deinde terra obrutos, ut cacumine exstent.

25. Cato vitem tribus modis inserit. Praesectam findi iubet 115
per medullam, in eam surculos exacutos, ut dictum est, addi, medullas iungi; altero, si inter se vites contingant, utriusque in oblicum latere contrario adraso iunctis medullis conligari. Tertium genus est terebrare vitem in oblicum ad medullam calamosque addere longos pedes binos atque ita ligatum insitum intritaque inlitum operire terra, calamis subrectis. Nostra aetas correxit, ut Gallica uteretur terebra quae exca- 116
vat nec urit, quoniam adustio omnis hebetat, atque ut gemmascere incipiens legatur calamus nec plus quam binis ab

sarcire libro vel *paleato luto sarcire librum* s. *libros*, cum nemo facile dixerit, quid sit *sarcire librum*? Etiam hunc locum lacuna foedavit; et si respicimus verba Columellae de arb. 26, 5., quorum Plin. h. l. rationem habuit: *Cum omnes surculos, quos arbor patietur, demiseris, libro ulmi vel vimine arborem adstringito; postea paleato luto bene subacto oblinito totam plagam et spatium, quod est inter surculos, usque eo, ut duobus digitis insita exstent*, Plinium ita fere scripsisse probabile est: *farcire plagam et vincire libro*. Librarius oculis ab terminatione unius infinitivi ad alterum aberravit; non refragabor, si quis pro *vincire* verbum *adstringere* mavult. *Vinculum* in insitione commemoratur § 109. 116. — *insitos*, θ a d.

§ 113. *habet*, a d. *habent*, $\beta\gamma$. — *punica*, a d. *punicam*, β. — *quaeque*, Brot. ex Theophr. de caus. plant. I. 6, 8. *quamque*, a d. *quamquam*, β. — *alia sicca sunt*, a d. *alias sicca sint*, β. — *procrastinare*, Dalec.

§ 114. *insitiones*, θ a. *insitionem*, d $\beta\gamma$. — *infixo*, a d. — *servari autem inter*, Dalec. — *vitis*, r. — *exstent*, Duker. ad Liv. 42, 2. *existent*, a. *exsistant*, d $\beta\gamma$.

§ 115. *Cato* de re rust. 41. — *addi*; pro h. v. Dalec. *indi* legit. — *iunci*, a. — *altero si*, d. *alteros*, a. — *se*, a. *sese*, d $\beta\gamma$. — *adrasa*, a d. — *est*, om. r. — *binos*, a. — *subrectis*, T a d. *subrecti*, β.

§ 116. *uterentur*, Dalec. — *quo*, a. — *incipiens*, a (codd. Gel.) *incipit*, d. — *legatur*, codd. Gel. *ligatur*, a d.

insito emineret oculis, ulmi vimine adligato bina circumdaretur acie a duabus partibus, ut inde potius destillaret mucor qui maxume vitis infestat; deinde cum evaluissent flagella pedes binos, vinculum insiti incideretur, ubertati crassitudine permissa. Vitibus inserendis tempus dedere ab aequinoctio 11
autumno ad germinationis initia. Sativae plantae silvestrium radicibus inseruntur natura siccioribus. Si sativae silvestribus inserantur, degenerant in feritatem. Reliqua caelo constant. Aptissima insitis siccitas; huius enim remedium adpositis fictilibus vasis modicus umor per cinerem destillat. Inoculatio rores amat lenis.

XVI. 26. Emplastratio et ipsa inoculatione nata videri 11
potest, crasso autem maxume cortici convenit, sicut est ficis. Ergo amputatis omnibus ramis, ne sucum avocent, nitidissima in parte quaque praecipua cernatur hilaritas, exempta scutula ita ne descendat ultra corticem ferrum, inprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma, sic conpage densata ut cicatrici locus non sit et statim fiat unitas, nec umorem nec adflatum recipiens; nihilominus tamen et luto munire et vinculo melius. Hoc genus non pridem repertum 11
volunt qui novis moribus favent, sed et apud veteres Graecos invenitur et apud Catonem qui oleam ficumque sic inseri iussit, mensura etiam praefinita secundum reliquam diligentiam suam, cortices scalpro excidi quattuor digitorum longitudine et trium latitudine atque ita coagmentari et illa sua intrita oblini, eadem ratione et in malo. Quidam huic 12
generi miscuere fissuram in vitibus, exempta cortici tessella, surculo a latere plano adigendo. Tot modis insitam arborem vidimus iuxta Tiburtes Thulias omni genere pomorum onu-

ulmi, θTadr. *ulmeo*, βγ. — *alligato*, θTadr. *alligatus*, βγ. — *bina*, θTa. *binaque*, dβγ. — *circumdaretur*, T. *circumdarentur*, θad. *circumciderentur*, βγ. — *ad*, a. — *destillaret*, D. *distillaret*, adβγ. — *mucor*, a (codd. Gel.) *humor*, Tdr. — *dein*, d. — *flagelli*, a. — *ad pedes*, Dalec. — *ubertate*, ad.

§ 117. *autumni*, K. — *sativis silvestres*, K. — *feritate*, a. — *siccatas*, a. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. de caus. plant. I. 6, 6. — *enim*, ad. *est*, K. — *destillat*, a. *distillat*, d. *distillans*, βγ. — *lenes*, Tad. *leves*, βγ.

§ 118. *Emplastratio*, Huet. ap. Brot. et ind. h. libri. *Emplastiratio*, a. *Emplastri ratio*, dβ. — *ipsa*, ar. *ipsa ex*, dβγ. Vid. ad 35, 48. — *cortice*, ar. — *certatur*, a. — *ultra corticem ferrum*, Tadr. *ultra ferrum cortici*, βγ. — *mammas*, ad. — *unitas fiat*, d. — *nec — nec*, θTd. *haec — nec*, a. *non — non*, β.

§ 119. *sed*, ad. *sed id*, βγ. — *et*, ita nos scripsimus. *etiam et*, a. *etiam*, dβγ. — *Catonem*, de re rust. 42. — *coagmentati*, d. — *obliti*, ad.

§ 120. *cortici*, Tadr. *cortice*, β. — *tessala*, d. — *surculo*, omitt. ad. — *ar-*

stam, alio ramo nucibus, alio bacis, aliunde vite, piris, ficis, punicis malorumque generibus; sed huic brevis fuit vita. Nec tamen per omnia experimentis adsequi naturam possumus; quaedam enim nasci nisi sponte nullo modo queunt eaque inmitibus tantum et desertis locis proveniunt. Capa- 121
cissima insitorum omnium ducitur platanus, postea robur; verum utraque sapores conrumpit. Quaedam omni genere inseruntur, ut ficus, ut punicae; vitis non recipit emplastra nec quibus tenuis aut caducus rimosusque cortex, neque inoculationem siccae aut umoris exigui. Fertilissima omnium inoculatio, postea emplastratio, sed utraque infirmissima; et quae cortice nituntur tantum vel levi aura ocissime deplantantur. Inserere firmissimum et fecundius quam serere.

XVII. Non est omittenda raritas unius exempli. Corellius 122
eques Romanus Ateste genitus insevit castaneam suometipsam surculo in Neapolitano agro; sic facta est castanea quae ab eo nomen accepit inter laudatas; postea Etereius eiusdem libertus Corellianam iterum insevit. Haec est inter eas differentia: illa copiosior, haec Etereiana melior.

27. Reliqua genera casus ingenio suo excogitavit ac de- 123
fractos serere ramos docuit, cum pali defixi radices cepissent. Multa sic seruntur inprimisque ficus omnibus aliis modis nascens praeterquam talea, optume quidem, si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo super terram relicto capite eoque ipso harena cooperto. Ramo seruntur et punica, palis laxato prius meatu, item myrtus, omnium horum longitudine trium pedum, crassitudine minus bracchiali, cortice diligenter servato, trunco exacuto.

borem, om. Pint. — *Thulias*, Ta. *Tulias*, β. *Tullias*, d (?) γ. *tiliam*, K. — *piris, ficis*, ad. *ficis, piris*, $\beta\gamma$. — *per omnia*, ita nos scripsimus. *omnia*, ad. *omnem*, $\beta\gamma$. Vid. 11, 238.

§ 121. *ducitur*, θad. *dicitur*, β. — *corrumpit*, θTd. *corrumpunt*, aβ. — *ut punicae*, θa. *et punicae*, d$\beta\gamma$. — *aut caducus*, a. *ac caducus*, d$\beta\gamma$. — *tantum nituntur*, d.

§ 122. *Cornelius*, d. — *insevit*, θTadr. *inseruit*, β. — *Etereius*, Hard. *hereteius de*, a. *heres eiusdem*, dβ. Ego Harduinum in nomine restituendo secutus vocem *eiusdem*, quam ille omisit, retinui clare etiam in cod. a prostantem. Vid. 15, 94. — *Correllianam*, d. — *insevit*, θTadr. *inseruit*, β. — *Etereiana*, Hard. *terreiana*, a. *tereiana*, d. *tertiana*, Tr. *Corelliana*, β.

§ 123. *praeterque*, Pint. — *tale*, ad. — *vastatiore*, a. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. II. 5, 4. — *adicatur*, a. — *ipsa*, a. — *longitudinem* et *crassitudinem*, a. — *exacuto*; post h. v. in cod. a additur *adicatur*, linea tamen traducta, ut haec vox mero librarii errori ab ipso correcto debeatur.

28. Myrtus et taleis seritur, morus talea tantum, quoniam 12
in ulmo eam inseri religio fulgurum prohibet; quapropter de talearum satu nunc dicendum est. Servandum in eo ante omnia ut taleae ex feracibus fiant arboribus, ne curvae, neve scabrae aut bifurcae, neve tenuiores quam ut manum inpleant, ne minores pedalibus, ut inlibato cortice atque ut sectura inferior ponatur semper et quod erit ab radice, adcumuleturque germinatio terra donec robur planta capiat.

XVIII. 29. Quae custodienda in olearum cura Cato iudi- 12
caverit, ipsius verbis optume praecipiemus. „Taleas oleagineas quas in scrobe saturus eris tripedaneas facito diligenterque tractato ne liber laboret, cum dolabis aut secabis. Quas in seminario saturus eris, pedales facito; eas sic inserito: locus bipalio subactus sit beneque gluttus. Cum taleam demittes, pede taleam opprimito. Si parum descendet, malleo aut matęola adigito cavetoque ne librum scindas, cum adiges. Palo prius locum ne feceris, quo taleam demittas; ita 12
melius vivet. Taleae ubi trimae sunt, tum denique curae sint, ubi liber se vertet. Si in scrobibus aut in sulcis seres, ternas taleas ponito easque divaricato. Supra terram ne plus quattuor digitos transversos emineant. Semine vel oculo serito. Diligenter eximere oleam oportet et radices quam plurumas cum terra ferre; ubi radices bene operueris, calcare bene, ne quid noceat."

§ 124. *e*, a. — *in ulmo*, T a d r. *ramo*, Barbar. *β*. — *inseri*, *θ* a d. *seri*, Barbar. *β*. *quam in ulmo seri*, K. — *nec curvae*, d. — *neve*, omitt. a d. — *neve minores*, Dalec. — *terrae*, d. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. II. 5, 5.

§ 125. *cura*, *θ* T a d. *cultura*, *β*. — *Cato* de re rust. 45. — *oleagineas*, *θ* T K a d. *oleaginas*, *β*. — *satura seris*, a. — *decidito*, Pint. ex Cat. — *saturi seris*, a. — *bipedalio*, a. — *gluttus*, *θ* a² d. *guttus*, a¹. *glutus*, *βγ*. V. Schneider. ad Cat. l. l. p. 114. — *demittes*, *θ*. *dimittes*, a. *dimittis*, d. *demittis*, *β*. — *descendet*, *θ* (et Cato). *descendat*, a d *βγ*. — *matteola*, a. *maieola*, d. — *adigito*, d (codd. Barbari). *adicito*, a r. — *adices*, a. *adicis*, d r. *adigis*, codd. Barbari, *β*. Ceterum verba *cum adigis* male ad seqq. refert *β*.

§ 126. *ne*, T a d. Om. Barbar. *β*; at v. Pontedera antiquitt. p. 56. *si*, Hard. — *demittas*, Cato. *demittat*, *θ* a d r. — *vivet*. *Taleae*, d (Cato). *vivet talea*. *Et*, a *β*. Post v. *vivet* nonnulla excidisse videntur Pontederae antiquitt. p. 57. — *trimae*, *θ* T a d. *trinae*, *β*. — *maturae*, Cato. — *sint*, d. *sunt*, a. V. Schneider. ad Caton. l. l. p. 115. — *se vertet*, a. *severit*, d. — *seres*, *θ* d. *seras*, a *β*. — *easque*, *θ* T a d. *Eas*, Barbar. *β*. — *Supra terram*; haec vv. Pint. ex Catone novam periodum incipere iubet; in a d *βγ* ad superiora referuntur. — *transversos emineant*. *Semine vel*, Schneid. l. l. p. 116. *traverso semine aut vel*, T a d. *transversos emineant vel*, codd. Barbari, *β*. *transversos emineant*, *gemma vel*, Pint. *γ*. — *oculo serito*, ita nos scripsimus. *oculos serito*, a d *β*. *oculis serito*, K. *oculo servato*, Pint. *γ*.

30. Si quis quaerat, quod tempus oleae serendae sit, agro 127
sicco per sementem, agro laeto per ver. „Olivetum diebus XV
ante aequinoctium vernum incipito putare; ex eo die dies XL
recte putabis. Id hoc modo putato: qua locus recte ferax
erit, quae arida erunt et si quid ventus interfregerit, inde
ea omnia eximito; qua locus ferax non erit, id plus con-
cidito artatoque bene enodatoque stirpisque levis facito.
Circum oleas autumnitate ablaqueato et stercus addito. Qui
olivetum saepissime et altissime miscebit, is tenuissimas ra-
dices exarabit; si male arabit, radices sursum abibunt, cras-
siores fient et eo in radices vires oleae abibunt." Quae ge- 128
nera olearum et in quo genere terrae iuberet seri quoque
spectare oliveta, diximus in ratione olei. Mago in colle et
siccis et argilla inter autumnum et brumam seri iussit, in
crasso aut umido aut subriguo solo a messe ad brumam,
quod praecepisse eum Africae intellegitur; Italia quidem
nunc vere maxume serit, sed si et autumno libeat, post
aequinoctium XL diebus ad vergiliarum occasum quattuor
soli dies sunt quibus seri noceat. Africae peculiare, quod 129
in oleastro inserit, quadam aeternitate cum senescant pro-
xuma adoptioni virga emissa atque ita alia arbore ex eadem
iuvenescente iterumque et quotiens opus sit, ut aevis eadem

— *Diligenter* rel., Cato de re rust. 61, 2. — *obi*, a. — *ne quid*, a. *quid*, d. *ne aqua*, Cato.

§ 127. *quaerat*, a²d. *quaerit*, a¹. — *die*, omitt. Td. — *XLV*, Pint. et Pontedera antiquitt. p. 55. ex Cat. de re rust. 44., unde haec sumpsit Plin. — *locus*, d. — *ventus*, Cato. *vetus*, ad. — *inde*, θTad. Om. β. — *qui*, ad. — *artatoque*, Pontedera l. l. p. 56. *aratoque*, adβγ. Add. Schneider. ad Cat. l. l. p. 113. — *autumnitate*, θTad. *autumno*, β. Haec sumpta sunt ex Cat. de re rust. 5, 8. — *Qui olivetum* rel. Haec sumpta sunt ex Cat. l. l. 61, 1. — *si male arabit*; haec ego recepi ex Cat. Omitt. adβγ, unde interpolatio statim sequens orta. — *susum*, ad. *si sursum*, βγ. — *fiunt*, ad. — *et eo in*, ad. *et in*, T. *et in eas*, K.

§ 128. *et*, T. *ut*, a. *vel*, dβγ. Om. Pint. — *iuberet seri*, ita nos scripsimus. *iubere et seri*, a. *vivere et seri*, d. *vivere et seri debeant*, βγ. Plin. lectores suos ad 15, 20 seqq. revocat, ubi Catonis de generibus olearum placita attulit. — *spectare quoque*, d. — *Magno*, a¹. — *et argilla et*, a. *et argillam et*, d. — *subriguo solo*, Pint. *subriguoso*, T. *subricoso*, d. *subrigu*, a. *subriguo*, βγ. — *quidam*, ad. — *vero*, d. — *seri*, ad. — *sed si et*, a. *sed et si*, Td. *Sed et autumno si*, Dalec. — *quattuor*, Hard. coll. 17, 11. 18, 287. 288. *XIIII*, adβ. *octo*, Pint.

§ 129. *quod* — *inserit*, ita nos scripsimus. *quod* — *est inserit*, ad. *quidem* — *est inserere*, βγ. — *quadam*, TKad. *quidam*, β. — *cum senescant*, Tad. *eae consenescunt*, K. *consenescunt*, βγ. *cum senescunt*, Pint. Multa in h. l. mutat Dalec. — *adoptioni*, ad. *adoptione*, β. — *vivescente*, Td.

oliveta constent. Inseritur autem oleaster calamo et inoculatione. Olea, ubi quercus effossa sit, male ponitur, quoniam 130
vermes qui raucae vocantur in radice quercus nascuntur et transeunt. Non inhumare taleas aut secare prius quam serantur utilius conpertum. Vetus olivetum ab aequinoctio verno intra vergiliarum exortum interradi alternis annis melius inventum, item muscum circumdare radici, circumfodi autem omnibus annis a solstitio duum cubitorum scrobe pedali altitudine, stercorari tertio anno. Mago idem amygdalas ab 131
occasu arcturi ad brumam seri iubet, pira non eodem tempore omnia, quoniam non aeque floreant; eadem oblonga aut rotunda ab occasu vergiliarum ad brumam, reliqua genera media hieme ab occasu sagittae, subsolanum aut septentriones spectantia; laurum ab occasu aquilae ad occasum sagittae; connexa enim de tempore serendi aeque ratio est. Vere 132
et autumno id magna ex parte fieri decrevere; est et alia hora circa canis ortus paucioribus nota, quoniam non omnibus locis pariter utilis intellegitur, sed haud omittenda nobis non tractus alicuius rationem, verum naturae totius indagantibus. In Cyrenaica regione sub etesiarum flatu conserunt, 133
nec non et in Graecia, oleam maxume in Laconia. Cos insula et vitis tunc serit; ceteri apud Graecos inoculare et inserere non dubitant, sed arbores non serunt. Plurumumque in eo locorum natura pollet; namque in Aegypto omni serunt mense et ubicumque imbres aestivi non sunt, ut in India et Aethiopia; necessario post haec autumno seruntur arbores. Ergo tria tempora eadem germinationis, ver et canis 134
arcturique ortus; neque enim animalium tantum est ad

§ 130. *erucae*, Dalec. — *intumare*, θar. *infumare*, Tdγ. — *secare*, Pontedera l. l. p. 531. *siccare*, ad$\beta\gamma$. — *circumdare*, d. Omitt. Ta.

§ 131. *Magno*, a[1]. — *non aeque*; pro his vv. habent *neque* ad. — *ab ortu vergil.*, Dalec. — *subsolarium*, a. — *septentriones*, dr. *septentrionis*, a. *septentrionem*, β. — *ab occasu*, a. *ad occasum*, θd. — *conexa*, a. — *serendi aeque*, codd. Gel. *serendique*, ad.

§ 132. *ortum*, T. — *quoniam*, d. *quo*, a, lineola per manum recentiorem supraposita. — *ratione*, a.

§ 133. *Cos*; pro h. v. habent *cuius* ad. — *serit*, Tad. *seri*, β. — *ceteri*, ad. Om. β. — *arbores*, θTadr. *arborem*, β. — *eo locorum*, d. *oleo quorum*, a. — *aestivi sunt* omissa negatione, Tadr. At v. 19, 19.

§ 134. *eadem*, om. Pint. — *tantum est animalium*, d. — *coitum*, r. — *maior est*, d. *maiore*, a. — *terrae ac*, d. *ac terrae*, a. — *utrique*, θa. *utrimque*, d$\beta\gamma$.

coitus aviditas, sed multo maior est terrae ac satorum omnium libido, qua tempestive uti plurumum interest conceptus; peculiare utique in insitis, cum sit mutua cupiditas utrique coeundi. Qui ver probant ab aequinoctio statim admittunt 135
praedicantes germina parturire, ideo facilis corticum esse conplexus; qui praeferunt autumnum, ab arcturi ortu, quoniam statim radicem quandam capiant et ad ver parata veniant atque non protinus germinatio auferat viris. Quaedam tamen statutum tempus anni habent ubique, ut cerasi et amygdalae circa brumam, serendi vel inserendi. De pluribus locorum situs optume iudicabit; frigida enim et aquosa verno conseri oportet, sicca et calida autumno. Conmunis quidem 136
Italiae ratio tempora ad hunc modum distribuit: moro ab idibus Februariis in aequinoctium, piro autumnum ita ut brumam quindenis ne minus diebus antecedant; malis aestivis et cotoneis, item sorbis, prunis post mediam hiemem in idus Februarias; siliquae Graecae et persicis ante brumam per autumnum; nucibus iuglandi et pineae et abellanae et Graecae atque castaneae a kalendis Martiis ad idus easdem; salici et genistae circa Martias kalendas. Hanc in siccis semine, illam in umidis virga seri diximus.

XIX. Est etiamnum nova inserendi ratio, ne quid sciens 137
quidem praetereamm quod usquam invenerim, Columellae excogitata, ut adfirmat ipse, qua vel diversae insociabilesque arborum naturae copulentur, ut fici atque oleae. Iuxta hanc seri ficum iubet non ampliore intervallo quam ut contingi large possit ramo oleae quam maxume sequaci atque oboedituro, eumque omni interim tempore edomari meditatione curvandi; postea fico adepta viris, quod evenire trimae aut 138

§ 135. *amplexus*, r. — *radicem statim*, d. — *anni*, om. T. — *iudicabit*, d. *iudicavit*, a. *iudicant*, r.

§ 136. *pira*, a. — *XX*, Pontedera l. l. p. 536. At v. Schneider. ad Columell. V. 10, 17. coll. Varron. de re rust. I. 35, 2. — *ne minus*, a d. *nec minus*, *β*. — *persici*, a. — *iuglandis*, d. — *et Graecae*, *θ* T a d. *Graecae*, *β*. — *Martii*, d. — *et idus*, a d. — *eiusdem*, K. — *salici et*, T. *salicis et*, *θ* a d. *salici*, *βγ*. — *Martii*, d. — *illa*, a. — *diximus* 16, 74. 77.

§ 137. *etiamnum*, *θ* T d. *etiamnunc*, a r *γ*. *etiam*, *β*. V. ad 35, 146. — *invenerit*, a. — *Columellae* V. 11, 12. 13. — *excogitatu*, T d. — *adfirmet*, a. — *quo*, T d. *que*, a. — *insociabilisque*, a. — *arborum naturae*, a d. *naturae arborum*, *βγ*. — *fici*, d. *fagi*, a. — *ampliorum*, a. — *oboedituro*, a. *obediturо*, d *βγ*. — *curvandi in crure fici constrictum vinculis, ne curvatura fugiat; postea*, Pint. probante Schneidero ad Colum. V. 12, 13.

utique quinquenni, detruncata superficie ipsumque deputatum et, ut dictum est, adraso cacumine defigi in crure fici, custoditum vinculis, ne curvatura fugiat; ita quodam propaginum insitorumque temperamento triennio conmuni inter duas matres coalescere; quarto anno abscisum totum adoptantis esse, nondum volgata ratione aut mihi certe satis conperta.

31. Cetero eadem illa de calidis frigidisque et umidis aut 13
siccis supra dicta ratio et scrobis fodere monstravit; in aquosis enim neque amplos neque altos facere expediet, aliter in aestuoso et sicco, ut quam maxume accipiant aquam contineantque. Haec et veteres arbores colendi ratio est; ferventibus enim locis adcumulant aestate radices operiuntque, ne solis ardor exurat. Aliubi ablaqueant perflatusque admit- 14
tunt; iidem hieme cumulis a gelu vindicant; contra illi hieme aperiunt umoremque sitientibus quaerunt. Ubicumque circumfodiendi arbores ratio in circuitu pedes in orbem ternos, neque id in pratis, quando amore solis umorisque in summa tellure oberrant. Et de arboribus quidem fructus gratia serendis inserendisque in universum sint dicta haec.

XX. 32. Restat earum ratio, quae propter alias seruntur 14
ac vineas maxume, caeduo ligno. Principatum in iis optinent salices quarum satio fit loco madido, tamen refosso pedes duos et semipedem, talea sesquipedali vel pertica quae utilior, quo plenior; intervallo esse debent pedes seni. Trimae 14
pedibus binis a terra putatione coercentur, ut se in latitudinem fundant ac sine scalis tondeantur; salix enim fecun-

§ 138. *quinquenni*, a. *quinquenni solet*, d$\beta\gamma$. — *ipsumque*, ad. *ipsum quidam*, K. Copula *que* nullo modo grammatice explicari potest. Legendum *ipsum quoque* ex sollemni utriusque vocis permutatione: non solum superficies detruncatur, sed ipse quoque surculus deputatur. — *dictum est* § 115. — *abraso*, T. — *crure*, d. *cruce*, aβ. — *communi inter*, d. *commune inter*, a. *communiter*, K$^1\gamma$. *communi inter se*, K^2. — *abscisum*, ad. *abscissum*, β. — *aut*, θTad. *haud*, r. Om. β.

§ 139. *Ceterum*, r. — *aut*, ad. *et*, $\beta\gamma$. — *dicta* § 135. — *ratione*, r. — *monstratum*, K. — *neque amplos neque altos*, Tad. *neque altos neque amplos*, $\beta\gamma$. — *expediet*, a. *expedit et*, Td. *expedit*, r. — *aliter*, Tad. *altos*, r. — *aestuoso*, T. *aestivoso*, θad. *aestuoso solo*, $\beta\gamma$. — *aqua*, a. — *adcumulanda*, d.

§ 140. *allaqueant*, d. *adlaqueantur*, a. — *perflatusque*, d. *perflatum usque*, a. *perflatum*, r. — *iidem*, d. *id est*, a. — *Ubique*, K. — *circuitu*, d. *circuitum*, Ta. Verba *in circuitu* delet Dalec. — *quando*, a. *qm̃*, d. — *humorisquem*, a. — *arboribus*, TadK. *arboribus haec*, $\beta\gamma$. — *quidem*, om. K. — *serendis inserendisque*, TK. *serendi inserendique*, ad. Post h. v. inserit *haec quidem* K. — *sunt*, a. — *haec*, Tad. Omitt. $\beta\gamma$.

dior, quo terrae propior. Has quoque omnibus annis confodi iubent mense Aprili. Haec est viminalium cultura. Perticalis et virga et talea seritur, fossura eadem. Perticas ex 143
ea caedi iustum est quarto fere anno; et hae autem senescentium locum praesarciunt, pertica inmersa ac post annum recisa. Salicis viminalis iugera singula sufficiunt xxv vineae iugeribus. Eiusdem rei causa populus alba seritur bipedaneo pastinato, talea sesquipedali, biduo siccata, palmipedi intervallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine.

33. Harundo etiamnum dilutiore quam hae solo gaudet; 144
seritur bulbo radicis, quod alii oculum vocant, dodrantali scrobe, intervallo duum pedum et semipedis reficiturque ex sese vetere harundineto exstirpato, quod utilius repertum quam castrare, sicut antea; namque inter se radices serpunt mutuoque discursu necantur. Tempus conserendi priusquam 145
oculi harundinum intumescant, ante kalendas Martias. Crescit ad brumam usque desinitque cum durescere incipit; hoc signum tempestivam habet caesuram, et hanc autem quotiens et vineam fodiendam putant. Seritur et transversa, 146
non alte terra condita, erumpuntque e singulis oculis totidem plantae; seritur et deplantata pedali sulco, binis obrutis gemmis, ut tertius nodus terram attingat, prono cacumine, ne rores concipiat; caeditur decrescente luna. Vineis anno siccata utilior quam viridis.

34. Castanea pedamentis omnibus praefertur facilitate tra- 147
ctatus, perdurandi pervicacia, regerminatione caedua vel sa-

§ 141. *Restat*, Tad. *Hinc restat*, $\beta\gamma$. — *natio*, r. — *satio fit*, omitt. ad. — *refossos*, ad. — *pedes duos*, ad. *duos pedes*, $\beta\gamma$. — *semipedem talea*, a. *semipedentali*, d. — *seni. Trimae*, d. *semitrimae*, a.

§ 142. *ut sic se*, K. — *fecundior*, Tad. *fecundior est*, $\beta\gamma$. — *proprior*, d. — *quoque*, a. *quoque enim*, d. — *confodi*, d. *confidi*, θ. *configi*, ar. *circumfodi*, Dalec. — *Perticales*, a.

§ 143. *hae*, a. *eae*, d$\beta\gamma$. — *senescentium*, Da. *senescentium propagine*, d$\beta\gamma$. — *locum praesarciunt*, Da. *praesarciunt locum*, θrγ. *sarciunt locum*, dβ. *resarciunt locum*, Dalec. — *inmersa ac*, om. a. — *recisa*, d[2]. Omitt. ad[1]. — *pastinato*, θa. *pastinatu*, d$\beta\gamma$. — *palmipedi*, θad. *palmipede*, $\beta\gamma$. — *duum*, T.

§ 144. *radici*, a. — *quod*, Tad. *quem*, $\beta\gamma$. — *vocant*, θTad. *appellant*, β. — *utere*, a. — *castrato*, K. — *discursu*, Td. *decursu*, θar. *occursu*, K. *decussu*, Hard. — *necantur*, θTadr. *nentur*, β. *coecantur*, Schneider. ad Columell. IV. 32, 1. ex Vincent.

§ 145. *conserendi*, Tadr. *inserendi*, β. — *signum*, Tadr. *signum quod*, β. — *autem*, om. T.

§ 146. *traversa*, a. — *alte terra*, d. *altera*, a. — *e*, θTad. Om. β.

lice laetior. Quaerit solum facile nec tamen harenosum maxumeque sabulum umidum aut carbunculum vel tofi etiam farinam, quamlibet opaco septentrionalique et praefrigido situ vel etiam declivi; recusat eadem glaream, rubricam, cretam omnemque terrae fecunditatem. Seri nuce diximus, sed nisi 14
ex maxumis non provenit nec nisi quinis acervatim satis. Perfringi solum debet supra ex Novembri mense in Februarium, quo solutae sponte cadunt ex arbore atque subnascuntur. Intervalla sint pedalia, undique sulco dodrantali. Ex hoc seminario transferuntur in aliud bipedali intervallo plus biennio. Sunt et propagines, nulli quidem faciliores; nudata 14
enim radice, tota in sulco prosternitur; tum ex cacumine supra terram relicto renascitur et alia ab radice. Sed translata nescit hospitari pavetque novitatem castanea biennio fere, postea prosilit; ideo nucibus potius quam viviradicibus plantaria caedua inplentur. Cultura non alia quam supra 15
dictis, fodiendo supputandisque per biennium sequens; de cetero ipsa se colit, umbra stolones supervacuos enecante; caeditur intra septumum annum. Sufficiunt pedamenta iugeri vicenis vinearum iugeribus, quando etiam bifida ex stirpe fiunt durantque ultra alteram silvae suae caesuram. Aescu- 15
lus similiter provenit, caesura triennio senior, minus morosa nasci in quacumque terra seritur vere e balano, sed non nisi aesculi, scrobe dodrantali, intervallis duorum pedum; sarritur leviter quater anno. Hoc pedamentum minume putrescit caesumque maxume fruticat. Praeter haec sunt caedua quae diximus, fraxinus, laurus, persica, corylus, malus,

§ 147. *tamen*, θTad. *non*, β. — *glaream*, Pint. *galeam*, Td. *galleam*, ar[12]. *Gallicam*, Barbar. β. *calcem*, altera Barbari coniectura, K.

§ 148. *diximus* § 59. — *nisi et*, a. *ni fiet*, d. — *Perfringi*, a. *Refringi*, θTd. — *supremum*, K. — *sequipedalia*, Dalec. — *biennium*, ar.

§ 149. *Sunt et*, a. *Sunt*, d. — *tum*, θad. *Tunc*, β. — *supra*, θad. *super*, β. — *novitatem castanea*, ita nos scripsimus. *novitastam*, a. *novitatem*, dβγ. — *biennio fere*; haec verba Schneider. ad Columell. p. 232. hoc ipso auctore (IV. 33, 4.) ad superiora refert; vulgo sequentibus annectuntur. — *viviradicibus*, codd. Gel. *viceradicibus*, ad.

§ 150. *supra dictis*, salici et harundini. — *fodiendo*, a. *fodiendis*, dβγ. — *supplantandisque*, a. — *stolone*, ad. — *supervacuo se necante*, d. — *vicenis*, D. *vicem sui*, ad. *unius vicenis*, βγ. — *bifida ex*, Schneider. ad Columell. IV. 33, 1. *bifida ea*, ad. *ea bifida*, βγ.

§ 151. *senior*, θTad. *serior*, β. — *minus*, Tadr. *nimis*, β. — *vere*, ad. *nascitur*, βγ. Illa scriptura recepta verba *in quacumque* rel. ad superiora retuli, cum vulgo (βγ) hinc nova periodus incipiat. — *e*, omitt. ad. — *sarritur*, Da-

sed tardius nascuntur terramque defixa vix tolerant, non modo umorem. Sambucus contra firmissima ad palum taleis seritur ut populus; nam de cupresso satis diximus.

XXI. 35. Et praedictis velut armamentis vinearum restat 152
ipsarum natura praecipua tradenda cura. Vitium surculis et quarundam arborum, quibus fungosior intus natura, geniculati scaporum nodi intersaepiunt medullam. Ferulae ipsae breves et ad summa breviores articulis utique his internodia includunt. Medulla, sive illa vitalis anima est, ante se tendit longitudinem inpellens quamdiu nodi pervia patet fistula.
Cum vero concreti ademere transitum, repercussa erumpit 153
ab ima sui parte iuxta priorem nodum alternis laterum semper inguinibus, ut dictum est in harundine ac ferula, quorum dexterum ab imo intellegitur articulo, laevom in proxumo atque ita per vicis. Hoc vocatur in vite gemma, cum ibi caespitem facit; ante vero quam faciat, in concavo oculus et in cacumine ipso germen. Sic palmites, nepotes, uvae, folia, pampini gignuntur, mirumque firmiora esse in
dextera parte genita. Hos ergo in surculis nodos, cum se- 154
runtur, medios secare oportet ita ne profluat medulla; et in fico quidem dodrantales paxilli solo patefacto seruntur sic ut descendant quae proxuma arbori fuerint, duo oculi extra terram emineant; oculi autem in arborum surculis proprie vocantur, unde germinantur. Hac de causa et in plantariis 155
aliquando eodem anno ferunt quos fuere laturi fructus in arbore, cum tempestive sati praegnantes inchoatos conceptus aliubi pariunt. Ita satas ficos tertio anno transferre facile.

lec. *seritur*, a d $\beta\gamma$. *foditur*, altera Dalecampii coniectura et Schneider. ad Columell. IV, 33, 5. — *caesumque*, Kr. *laesumque*, a d β. — *fructificat*, r. — *corubus*, a. — *diximus* 16, 139 seqq.

§ 152. *surculis*, a d. *surculi*, Barbar. β. — *natura*, a d. *natura est*, $\beta\gamma$. — *geniculati* — *nodi*, T a d. *geniculatis* — *nodis*, β. — *Fistulae*, Dalec. et Schneider. ad Columell. IV. 29, 8. et ad Theophr. T. V. p. 267. — *summam*, d. — *articuli*, d. — *his*, D in rasura. *dua*, a. *duo*, d. *duobus*, $\beta\gamma$. — *nodi*, T a d r. *nodis*, β. *enodis*, Barbar.

§ 153. *adimere*, a. — *superiorem*, K. — *harundine* 16, 163. — *ferula* 13, 122. — *quarum*, Dalec. — *dextero*, a d. — *palmitem*, Dalec. — *facit*, T a d. *fecit*, $\beta\gamma$. — *oculos*, a. — *dextera*, a. *dextra*, d $\beta\gamma$.

§ 154. *medio secari*, d. — *paxilli*, θ K. *taxilli*, T a d. *paxillo*, β. — *germinantur*, θ a. *germinant*, d $\beta\gamma$.

§ 155. *aquos*, d. *aquas*, a. — *fuere*, d. *fluere*, a. — *pregnatas*, a. — *pariunt*; Plin. videtur *pariant* scripsisse. — *facile*, a. *facile est*, T d.

Hoc pro senescendi celeritate attributum huic arbori, ut ci-
tissime proveniat. Vitium numerosior satus est; primum 15
omnium nihil seritur ex his nisi inutile et deputatum in sar-
menta; opputatur autem quidquid proxumo tulit fructum.
Solebat capitulatus utrimque e duro surculus seri eoque ar-
gumento malleolus vocatur etiamnunc; postea avelli cum sua
calce coeptus est ut in fico, neque est aliud vivacius. Ter-
tium genus adiectum etiamnum expeditius sine calce, quod
sagittae vocantur, cum intorti panguntur; iidem cum recisi
nec intorti, trigemmes; plures autem ex eodem surculo hoc
modo fiunt. Serere e pampinariis sterile est nec nisi fe- 15
cundo oportet. Quae raros habet nodos infecunda iudicatur;
densitas gemmarum fertilitatis indicium est. Quidam seri
vetant nisi eos qui floruerint surculos. Sagittas serere minus
utile, quoniam in transferendo facile rumpitur quod intor-
tum fuit. Seruntur pedali, non breviores, longitudine quin-
que sexve nodorum; pauciores tribus gemmis in hac men-
sura esse non poterunt. Inseri eodem die quo deputentur 15
utilissimum; si multo postea necesse sit serere custoditos,
uti praecepimus, caveri utique ne extra terram positi sole
inarescant, vento aut frigore hebetentur. Qui diutius in sicco
fuerint prius quam serantur in aqua pluribus diebus revi-
rescant. Solum apricum et quam amplissimum in seminario 15
sive in vinea bidente pastinari debet ternos pedes bipalio
alto, marra reici quaternum pedum fermento, ita ut pedes
binos fossa procedat, fossum purgari et extendi, ne crudum

senascendi, a.

§ 156. *satus est*, adr. *satus*, β. — *primo*, d. — *sarmenta*, θTad. *sarmento*, $\beta\gamma$. — *amputatur*, T. — *et durus*, K. — *cum suo*, Dalec. — *etiamnum*, d. *etiamnunc*, a. — *fine*, a. — *quod*, Tadr. *propter quod*, $\beta\gamma$. — *idem*, codd. Gel. *id enim*, ad. *iidem quoque*, Dalec.

§ 157. *sagittas sterile*, K. — *ne*, d. — *fecundo*, a. *fecunda*, d. *fecundas*, K. — *habent* — *iudicantur*, K. — *densitas*, Tad. *At densitas*, $\beta\gamma$. — *breviore*, K. — *sexve donorum*, d. *sexu edonorum*, a. — *pauciore*, a.

§ 158. *putatur utilissimum. Si multum*, r. — *custodito sicuti*, d. — *praecepimus* § 114. — *caveri*, a. *cavere*, Td. *oportet cavere*, K. — *vento*, θad. *ventove*, $\beta\gamma$. — *reviviscant*, K.

§ 159. *aptissimum*, Schneider. ad Columell. III. 5, 2. 13, 8. — *marra*, a[2]d (codd. Gel.) *marma*, a[1]. — *fermento*, θTad. *ferramento*, β. Multa hic mutat Dalec. — *ita ut*, adr. *ita ut in*, β. — *fossatum*, K. — *verum*, ad. *verum et*, Kγ. — *mensuram*, K. — *deprendunt*, a. *deprehendunt*, d$\beta\gamma$. — *pulvinis*, K. — *longiore, super*; pro his vv. habet *longiore se super* a, *longiores hac super* T, *longiores haec super*, d. — *quam*, Tad. — *pinguiores*, Tad. — *nec minus*, omitt.

relinquatur, verum exigi mensura; male pastinatum deprendunt scamna inaequalia. Metienda est et ea pars quae interiacet pulvini. Surculi seruntur et in scrobe et in sulco longiore, super quos tenerrima ingeritur terra, sed in gracili solo frustra nisi substrato pinguiore; nec minus quam duos integi oportet et proxumam attingi terram, eodem paxillo deprimi et spissari. Interesse in plantario sesquipedes inter 160
bina semina in latitudinem, in longitudinem semisses; ita satos malleolos XXIIII. mense recidere ad imum articulum, nisi ipsi parcatur. Oculorum inde materia emicat, cum qua XXXVI. mense viviradix transfertur. Est et luxuriosa ratio 161
vitis serendi ut quattuor malleoli vehementi vinculo conligentur in parte luxuriosa atque ita per ossa bubuli cruris vel per colla fictilia traiecti obruantur binis eminentibus gemmis; umescunt hoc modo recisique palmitem emittunt. Postea fistula fracta radix libere capit viris uvaque fert omnium corporum suorum acinos. In alio genere inventu novicio fin- 162
ditur malleolus, medullaque erasa in se conligantur ipsi caules ita ut gemmis parcatur omni modo; tum malleolus in terra fimo mixta seritur et, cum spargere caulis coepit, deciditur foditurque saepius. Talis uvae acinos nihil intus ligni habituros Columella promittit, cum vivere semina ipsa perquam mirum sit medulla adempta. Nasci surculos etiam qui- 163
bus non sit articulatio arboris, non omittendum videtur; namque buxi tenuissimis quinis senisque conligatis depacti proveniunt. Quondam in observatione erat ut defringerentur ex inputata buxo, aliter vivere non crediti; detraxere hoc

T a d. — *duas*, T a d. — *eodem*, a d. *et eodem*, *β*.

§ 160. *plantanario*, a. — *in latitudinem*, d. *latitudinem*, a. — *malleolos satos*, d. — *micat*, d. — *viveradix*, a d.

§ 161. *luxoriosa*, a. — *luxuriose*, d (lib. optimus ap. Salmas. exerc. p. 413. b. D.) *luxuriose*, a. *colligentur arte*, Salmas. vocem *luxur.* omittens. — *ita*, a. *ita vel*, d *βγ*. — *colla*, *θ* T a d (codd. Salmas.) *coacta*, *β*. *colla fictilium*, Salmas. — *gemmescunt*, Pontedera antiquitt. p. 612. — *uvaque fert omnium*, T a d (codd. Salmas.) *uvamque fert et omnium*, *β*. — *coniunctorum surculorum*, K.

§ 162. *funditur*, a. — *crassa*, a. — *candales*, *θ* T a d. Hinc legendum puto *candela caules* coll. 13, 85. — *malleolo*, a. — *fixo*, a d. — *caules coepit*, a d. *coepit caules*, *βγ*. — *Columella* de arbor. 9, 3. — *medulla adempta. Nasci*, T a d. *et medulla adempta nasci.*, *β*.

§ 163. *surculos*, T d. *surculis*, a *β*. — *quibus non*, T a d. *quibusnam*, *β*. — *senisque*, T a. *semi'que*, d. *senisve*, *βγ*. — *hoc*, d (codd. Gel.) *haec*, a.

experimenta. Seminari curam sequitur vinearum ratio; quin- 16
que generum hae, sparsis per terram palmitibus, aut per se
vite subrecta, vel cum adminiculo sine iugo, aut pedatae
simplici iugo, aut conpluviatae quadriplici. Quae pedata erit,
eadem intellegitur eius quoque, in qua sine adminiculo vitis
per se stabit; id enim non fit nisi pedamenti inopia. Sim- 16
plici iugo constat porrecto ordine quem canterium appellant.
Melior ea vino, quoniam sibi ipsa non obumbrat adsiduoque
sole coquitur et adflatum magis sentit, celerius rorem dimit-
tit, pampinationi quoque et occationi omnique operi facilior;
super cetera deflorescit utilius. Iugum fit pertica aut harun- 16
dine aut crine funiculove, ut in Hispania Brundisique. Con-
pluviata copiosior vino est, dicta a cavis aedium conpluviis;
dividitur in quaternas partis totidem iugis. Huius serendi
ratio dicetur, eadem valitura in omni genere, in hoc vero
numerosior tantum. Tribus vero seritur modis: optume in
pastinato, proxume in sulco, novissime in scrobe; de pasti-
natione dictum est. XXII. Sulco latitudo palae satis est, 16
scrobibus ternorum pedum in quamque partem; altitudo in
quocumque genere tripedalis; ideo nec vitis minor transferri
debet, exstatura etiamnunc duabus gemmis. Emolliri terram 16
minutis in scrobe imo sulcis fimoque misceri necessarium.
Clivosa altiores scrobis poscunt, praeterea pulvinatis a de-
vexitate labris; qui ex his longiores fient, ut vitis binas ac-
cipiant e diverso, alvei vocabuntur. Esse vitis radicem in
medio scrobe oportet, sed ipsam innixam solido in orientem
aequinoctialem spectare, adminicula prima e calamo accipere.

§ 164. *Seminariis*, a[1]. — *cura*, a. — *anniculo*, ad. — *quadruplici. Quae pedata*, d. *quadruplicique pedata*, Ta. *quadruplici. Quae pedatae ratio*, $\beta\gamma$. — *erit*, a. *erat*, Td. — *intellegitur*, a. *intellegetur*, T. *intellig''etur*, d. — *amminiculo*, a.

§ 165. *que*, a. *qua''*, d. — *cantherium*, a. — *quoniam*, Tr. *q''m*, d. *quõ*, a. *quando*, $\beta\gamma$. — *celerius*, Da. *et celerius*, d$\beta\gamma$. — *occulationi*, codd. Barbari.

§ 166. *Brundisique*, θT. *Brundisiique*, dγ. *Brundisioque*, a. *Brundusioque*, β. — *serendae*, Dalec. — *tantum. Tribus vero*, ita nos scripsimus. *tantum vero*, Tad. *tantum. His vero tribus*, $\beta\gamma$. *Tribus vero*, Pint. Adverbium *tantum* cum in omnibus codd. legatur locoque bene conveniat, inde explicatur etiam, quomodo *tribus* interierit; absorptus scilicet est numerus *III* per ultimam illius adverbii litteram *m*.

§ 167. *etiamnunc*, a. *etiamnum*, d$\beta\gamma$.

§ 168. *imo*, θKad. *ima*, β. — *sulcisque fimo*, a. *sulcisve fimo*, d. — *scrobes poscunt*, ad. *poscunt scrobes*, $\beta\gamma$. — *pulvinata* — *labra*, Dalec. — *alvei*, codd. Gel. *alei*, a. *alae*, Td. — *medio*, θKad. *media*, β.

Vineas limitari decumano XVIII pedum latitudinis ad contra- 169
rios vehiculorum transitus aliisque transversis limitibus denum pedum distingui per media iugera, aut, si maior modus sit, totidem pedum cardine quot decumano limitari; semper vero quintanis semitari hoc est ut quinto quoque palo singulae iugo paginae includantur; solo spisso non nisi repastinato nec nisi viviradicem seri, tenero et soluto vel malleolum sulco vel scrobe. In collis sulcos agere transversos 170
melius quam pastinare, ut defluvia transtris eorum contineantur; aquoso caelo vel sicco solo malleolos serere autumno, nisi si tractus ratio mutavit; siccus enim et calidus autumno poscit, umidus frigidusque etiam veris exitu. In arido solo viviradix quoque frustra seritur, male et in siccis malleolus nisi post imbrem; at in riguis vel frondens vitis et usque ad solstitium recte, ut in Hispania. Quiescere ventos sationis die utilissimum; plerique austros optant, Cato abdicat. Interesse medio temperamento inter binas vitis opor- 171
tet pedes quinos, minumum autem laeto solo pedes quaternos, tenui plurumum octonos. Umbri et Marsi ad vicenos intermittunt arationis gratia in his quae vocant porculeta. Pluvio et caliginoso tractu rariores poni, sicco densiores. Subtilitas parsimoniae conpendia invenit, cum vinea in pa- 172
stinato seratur, obiter seminarium faciendi, ut et viviradix loco suo et malleolus qui transferatur inter vitis et ordines seratur, quae ratio in iugero circiter sedecim milia viviradicum donat; interest autem biennium fructus, quo tardius in sato provenit quam in translato. Viviradix posita in vinea

§ 169. *traversis*, a. — *itineribus*, Dalec. — *quot*, d. *quod*, a. *quod e*, *β*. — *quinquanis*, a. — *semitari*, *θ* K a d. *seminari*, *β*. V. Schneider. ad Columell. III. 20, 4. — *ut*, d. *in*, a. — *iugi* et *discludantur*, Dalec. — *viveradicem*, a d (fere ubique).

§ 170. *defluvia transtris*, D [2]. *defluvia tilis*, D [1]. *defluvia talis*, *θ*. *defluvia tales*, a. *defluviatiles*, T d. *defluvia palis*, *βγ*. *defl. thallis*, Dalec. — *earum*, r. — *sicca*, a. — *malleolus*, a r. — *serere*, a. *seritur*, r. Om. d. — *mutaverit*, r. — *poscit*, d. *poscet*, a. *poscit seri*, *βγ*. — *exitus*, d. — *viveradix*, a. *vivere. Radix*, d. — *aut irriguis*, d. — *frondens*, T a d r. *frondes*, *β*. — *veritos*, a. — *ulissimum*, a [1]. — *Cato* de re rust. 40, 1.

§ 171. *nimium*, d. — *porculeta*, Barbar. d. *procul et a*, a. — *densiores*, a d. *densiores congruit*, *βγ*.

§ 172. *seratur*, a d. *seritur*, *βγ*. — *ut et*, *θ* a d. *ut*, *β*. — *vivaeradix*, a. — *sedecim milia*, Barbar. d. *XVI*, a. — *vivaradicum*, a. — *autem*, a (codd. Gel.) Omitt. T d. — *biennii*, K (codd. Gel.) — *qua*, a. — *Viveradix*, a.

post annum resecatur usque ad terram, ut unus tantum emineat oculus, adminiculo iuxta adfixo et fimo addito. Simili 17
modo et secundo anno reciditur virisque concipit et intra se pascit suffecturas oneri; alias festinatione pariendi gracilis atque eiuncida, ni cohibeatur castigatione tali, in fetum exeat tota. Nihil avidius nascitur ac, nisi ad pariendum vires serventur, tota fit fetus. Pedamenta optuma quae diximus aut 17
ridicae e robore oleaque; si non sint, pali e iunipero, cupresso, laburno, sambuco. Reliquorum generum sudes omnibus annis reciduntur; saluberrima in iugo harundo connexa fasciculis durat annis quinis. Cum breviores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur. Tertius vineae annus palmitem velocem robustum- 17
que emittit et quem faciat aetas vitem; hic in iugum insilit. Aliqui tum excaecant eum supina falce auferendo oculos, ut longius evocent, noxia iniuria; utilior enim consuetudo pariendi satiusque pampinos adiugatae detergere usque quo placeat roborari eam. Sunt qui vetant tangi proxumo anno 17
quam translata sit neque ante LX. mensem falce curari, tunc autem ad tris gemmas recidi; alii et proxumo quidem anno recidunt, sed ut ternos quaternosve singulis annis adiciant articulos, quarto demum perducant ad iugum. Id utrumque fructum tardum, praeterea retorridum et nodosum reddit pumilionum incremento; optumum autem matrem esse firmam,

§ 173. *et intra*; pro his vv. habet *ut intra* a, *intra* d. — *suffectura*, T. — *gracilescat*, Barbar. — *atque*, θ T a d. *ac*, Barbar. β. — *eiuncida*, T a [2] d. *eiundicia*, a [1]. *exitura*, K. *emucida*, Barbar. β. — *pariendas uvas servetur*, K. — *sit*, a.

§ 174. *diximus* § 147 seqq. — *ridicae*, Sabell. et Barbar. d. *radice*, a. — *e robore*, Dalec. *robore*, a d β. — *si*, a d. *aut si*, βγ. — *laburno*, Barbar. coll. 16, 76. *alburno*, θ a d. — *sabuco*, a. — *genere*, d. *et reliquorum generum sudes quae omnibus*, Dalec. — *conexa*, a. — *fasciculus*, a. — *durant*, d. — *annis quinis*, a d. *quinis annis*, βγ.

§ 175. *faciat*, a d. *facit*, βγ. — *insilit. Aliqui*, ita nos scripsimus. *insilita qui*, a. *insilit; atqui*, T d. *insilit. Quidam*, βγ. — *tum*, T a d. *tunc*, βγ. *nunc*, K. — *obcaecant*, T d. — *noxia iniuria*, T a d. Om. r, post *ut* collocat β. — *parienti*, a. — *satius quam*, d. — *adiudicatae*, a.

§ 176. *tingi*, a. — *quam*, d. *quo*, a. *q. li. autem*, θ. — *XX.*, Dalec. — *curvari*, d. — *adiciat*, a. *adiiciunt*, d. — *utrumque*, codd. Gel. *utrimque*, T a d r. *utrique*, Pint. *utique*, Dalec. — *reddit*, omitt. ad. Quodsi Plin. hoc verbum h. l. non posuit, posuisse videtur post *retorridum*, ubi facile excidere potuit. — *pumiliorum*, a.

§ 177. *Quicquid*, a. — *habeat*, a d. *enim habet*, βγ. — *tota accipit*, d. *concipit*, Dalec. — *Nihil*, a d. *Nil*, βγ. — *excreverit*, T a d (in cod. a ante h. v. erasae

postea fetum audacem; nec tutum est quod cicatricosum,
magno inperitiae errore. Quidquid est tale, plagis nascitur, 177
non e matre; totas habeat illa viris dum roboratur, et annuos accipit tota fetus, cum permissum fuerit nasci. Nihil natura portionibus parit. Quae excreverit satis firma protinus in iugo conlocari debebit, si etiamnum infirmior erit, sub ipso iugo hospitari recisa. Viribus, non aetate decernitur. Temerarium est ante crassitudinem pollicarem viti inperare; sequente anno palmites attollentur pro viribus matris singuli aut gemini. Iidem et secuto, si coget infirmitas, nu- 178
triantur tertioque demum duo adiciantur; nec sunt plures quaternis umquam permittendi, breviterque non indulgendum et semper inhibenda fecunditas; et ea est natura, ut parere malit quam vivere. Quidquid materiae adimitur, fructui accedit. Illa semina mavolt quam fructum gigni, quoniam fructus caduca res est; sic perniciose luxuriat nec ampliat se, sed egerit. Dabit consilium et soli natura. In macro, etiamsi 179
viris habebit, recisa intra iugum moretur ut omnis fetura sub eo exeat. Minumum id esse debebit intervallum ut attingat iugum speretque, non teneat, adeo non recumbat in eo, nec delicate se spargat. Ita temperetur hic modus ut crescere etiamnum malit quam parere. Palmes duas trisve 180
gemmas habere sub iugo debet, ex quibus materia nascatur, tunc per iugum mergi adligarique ut sustineatur iugo, non

sunt duae tresve litterae; exstitisse videtur .oc). *cum excreverit*, $\beta\gamma$. *Vitis cum excr.*, Dalec. — *si*, a. *sin*, d$\beta\gamma$. — *aetate id decern.*, Dalec. — *sequente*, a. *sequenti*, d$\beta\gamma$. — *attollentur*, ita nos scripsimus. *salutentur*, a dβ, quod explicare conatur Doederlin. *latein. Synon.* 1, 29. *salventur*, Hard. *serventur*, Brot. γ. *summittantur*, Dalec. Cum neque scriptura vulgata neque ulla coniecturarum adhuc prolatarum aptum sensum praebeat, reposui quod a scriptura codd. proxime abesse nemo negabit, si illud datur, quod facile dari potest, ex proxima voce per casum repetitam fuisse litteram extremam *s*, ut in codice archetypo *sattollentur* exstaret, quod postea in vulgatam scripturam sit mutatum.

§ 178. *et secundo*, K. — *nisi*, Dalec. — *coget*, θT a d. *cogit*, β. — *indulgendum*, a d. *indulgendum est*, $\beta\gamma$. — *et ea est*, d. *in ea est*, a. *Ea est enim*, $\beta\gamma$. Latet hic aliqua corruptela et, nisi fallor, scribendum: *fecunditas in ea; et ea est natura*. Reliquiae verae huius scripturae, quae per similitudinem vocum interiit, in utroque codice exstant. — *mallit*, a. — *Quicquid*, a. — *vult*, a. — *si*, d. — *nec solum ampliat*, Dalec.

§ 179. *vires*, K a d. *vites*, β. — *infra*, Dalec. — *moritur*, θ a d. — *superetque*, d. *superetquae*, a. — *ista*, a. — *etiamnum malit*, Brot. e codd. inter se collatis. *etiamnum mallet*, a. *malit etiamnum*, T d. *etiam malit*, β.

§ 180. *habere sub iugo*, a d. *sub iugo habere*, $\beta\gamma$. — *ex materiis quibus materia*, a d.

pendeat, vinculo mox adstrictius a tertia gemma adligari, quoniam et sic coercetur inpetus materiae densioresque citra pampini exsultant; cacumen religari vetant. Natura haec est: deiecta pars aut praeligata fructum dat plurumumque ipsa curvatura. Quod citra est materiem mittit, offensante, credo, spiritu et illa quam diximus medulla; quae ita emicuerit materia, fructum dabit anno sequente. Sic duo genera pal- 18
mitum. Quod e duro exit materiamque in proxumum annum promittit pampinarium vocatur; at ubi supra cicatricem est, fructuarium; alterum ex anniculo palmite semperque fructuarium. Relinquitur sub iugo et qui vocatur custos; hic est novellus palmes non longior tribus gemmis, proxumo anno materiam daturus si vitis luxuria se consumpserit; et alius iuxta eum, verrucae magnitudine, qui furunculus appellatur si forte custos fallat. Vitis antequam septumum an- 18
num a surculo conpleat, evocata ad fructum eiuncescit ac moritur. Nec veterem placet palmitem in longum et ad quartum usque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii iuniculos vocant, ut faciant quae masculeta appellant. Cum induruit vitis, pessimum in vinea traducere. Quinto anno et 18
ipsi palmites intorquentur singulaeque singulis materiae emittuntur ac deinde e proxumis prioresque amputantur. Semper custodem relinqui melius; sed is proxumus viti esse debet nec longior quam dictum est et, si luxuriaverint palmites, intorqueri ut quattuor materias vel duas, si uniiuga erit vinea, emittat. Si per se vitis ordinabitur sine pedamento, 18
qualecumque initio adminiculum desiderabit, dum stare condiscat et recta surgere; cetera ad primordium eadem. Dividi autem putatione pollices in aequali examine undique,

adstrictius, a. *adstrictus*, d$\beta\gamma$. — *concitatur*, Dalec. — *exultent*, a. — *offundente*, K. — *credo*, adr. *crebro*, β. V. Schneid. ad Columell. IV. 21, 3. — *diximus* § 152. 153.

§ 181. *Sed duo*, Pint. — *vocatur*, ad. *vocant*, r. — *aut uti*, ad. — *luxorio*, a. — *furiniculus*, θ. *ferunculus*, adr.

§ 182. *fluctum*, a. — *eiuncescit*, θTad. *eiuvenescit*, r. *evanescit*, β. *eviescit*, Heins. adv. p. 160. — *masculaeta*, a. — *induruerit*, Td. — *transducere*, a. *traducare*, d.

§ 183. *singulis*, ad. *e singulis*, $\beta\gamma$. — *e proximis*, ad^2. *proximis*, d^1. — *uniiuga erit*, d. *uniiungerit erit*, a. — *emittant*, Dalec.

§ 184. *desideravit*, a. — *ad primordium*, a. *a primordio*, d$\beta\gamma$. — *putaminine*, d. — *pollicis*, a. — *in aequali*, ad. *aequali*, β. — *precavet*, a. — *fructus parte*

ne praegravet fructus parte aliqua, obiter idem deprimens prohibebit in excelsum emicare. Huic vineae trium pedum altitudo excelsior nutat, ceteris a quinto, dum ne excedat hominis longitudinem iustam. Iis quoque quae sparguntur 185
in terra brevis ad innitendum caveas circumdant, scrobibus per ambitum factis, ne vagi palmites inter se pugnent occursantes, maiorque pars terrarum ita supinam in tellurem vindemiam metit, siquidem et in Africa et in Aegypto Syriaque ac tota Asia et multis locis Europae hic mos praevalet. Ibi ergo iuxta terram conprimi debet vitis, eodem 186
modo et tempore nutrita radice quo in iugata vinea, ut semper pollices tantum relinquantur, fertili solo cum tribus gemmis, graciliore binis; praestatque multos esse quam longos. Quae de natura soli diximus, tanto potentiora sentientur quanto propior fuerit uva terrae. Genera separari ac sin- 187
gulis conseri tractibus utilissimum, — mixtura enim generum etiam in vino, non modo in musto discors, — aut si misceantur, non alia quam pariter maturescentia iungi necessarium. Iuga altiora, quo laetior ager et quo planior; item roscido, nebuloso minusque ventoso conveniunt, contra umiliora gracili et arido et aestuoso ventisque exposito. Iuga ad pedamentum quam artissimo nodo vinciri oportet, vitem levi contineri. Quae genera vitium et in quali solo caeloque essent conserenda, cum enumeraremus naturas earum et vinorum, notavimus. De reliquo cultu vehementer ambigitur. 188
Plerique aestate tota post singulos rores confodi iubent vineam; alii vetant gemmantem; decuti enim oculos tractuque intrantium deteri et ob id arcendum procul omne quidem pecus sed maxume lanatum, quoniam facillime auferat gemmas. Inimicos et pubescente uva rastros satisque esse vineam

altera, *quos vinitor indidem* vel *itidem*, Dalec. — *emittere*, a. — *tribus pedibus*, Dalec. — *iustam*, a d. *iusta*, *β*. *iusta est*, Dalec.

§ 185. *His*, a. — *brevi*, a d. — *nitandum*, d[2]. *imitandum*, a d[1]. — *cannas*, Hard. V. Schneider. ad Columell. V. 5, 17. — *actis*, K. — *tellurem*, a. *tellure*, d*βγ*. — *metuit*, a d. — *siquidem et*, a. *siquidem*, T d.

§ 186. *enutrita*, d. — *ut nempe*, Dalec. — *binis*, Dalec., quod probat Schneider. l. l. coll. Columell. de arbor. 10, 3. *quinis*, a d*βγ*. — *proprior*, a.

§ 187. *tractum*, a. — *alia quam*, a. *aliqua*, d[1]. *aliqua quam*, d[2]. — *lungi*, a. — *et aestuoso*, a. *et estivoso*, T. *aestuoso*, d*βγ*. — *ventisque*, a. *ventis*, T d. — *leve*, a. — *notavimus*, a d. *docuimus*, *θ* T. Ceterum v. 14, 20 seqq.

§ 188. *tractuque*, Dalec. a d. *tactuque*, *β*.

ter anno confodi, ab aequinoctio verno ad vergiliarum exortum et canis ortum et nigrescente acino. Quidam ita de- 18
terminant: veterem semel a vindemia ante brumam, cum alii ablaqueare et stercorare satis putent; iterum ab idibus Aprilis antequam concipit hoc est in VI. idus Maias; dein prius quam florere incipiat et cum defloruerit et variante se uva. Peritiores adfirmant, si iusto saepius fodiatur, in tantum tenerescere acinos ut rumpantur. Quae fodiantur, ante ferventis horas diei fodiendas convenit, sicuti lutum neque arare neque fodere; fossione pulverem excitatum contra soles nebulasque prodesse. Pampinatio verna in confesso est ab idi- 19
bus Maiis, intra dies X, utique antequam florere incipiat, et eam infra iugum debere fieri. De sequente variant sententiae. Cum defloruerit, aliqui pampinandum putant, alii sub ipsa maturitate. Sed de his Catonis praecepta decernent; namque et putationum tradenda ratio est. Protinus hanc a vin- 19
demia, ubi caeli tepor indulget, adoriuntur; sed hoc fieri numquam debet ratione naturae ante exortum aquilae, ut in siderum causis docebimus proxumo volumine, immo vero favonio, quoniam anceps culpa sit praeproperae festinationis. Si saucias recenti medicina mordeat quaedam hiemis ruminatio, certum est gemmas earum frigore hebetari plagasque findi et caeli vitio exuri oculos lacrima destillante; nam gelu fragilis fieri quis nescit? Operarum ista conputatio est in 19
latifundiis, non legitima naturae festinatio. Quo maturius putantur aptis diebus, eo plus materiae fundunt, quo serius, eo fructum uberiorem, quare macras prius conveniet putare, validas novissime; plagam omnem obliquam fieri ut facile

confidi, a. — *ortum*, θTad. *ortu*, β.

§ 189. *putant*, Tadγ. — *concipit*, ad. *concipiat*, β. — *dein*, ad. *deinde*, $\beta\gamma$. — *variante*, d. *varia ante*, θa. — *utrumputantur*, a[1]. — *fossionem*, a.

§ 190. *ea*, ad. — *Catonis*, v. infra § 197.

§ 191. *sed in hoc*, ad. — *exortum aquilae*, ad. *aquilae exortum*, $\beta\gamma$. — *docebimus* 18, 283. — *terminatio*, Dalec. — *destillante*, Tad. *distillante*, $\beta\gamma$. — *nescit*, a. *nesciat*, d$\beta\gamma$.

§ 192. *Operarum*, a (codd. Gel.) *Operariorum*, Td. — *latis fundiis*, d. — *non*, ad. *vero*, Pint. At v. Schneider. ad Columell. IV. 23, 1. — *materiam*, d. — *conveniet*, a[2]. *conveniat*, θa[1]dγ. *convenit*, β. — *exacuta*, Pint. — *conlevata*, Pint. *convelata*, adβ. — *vulneratus oculus*, Schneider. ad Columell. IV. 9, 1. ex margine Dalecampii.

§ 193. *eam*, ad. *laesam*, K. — *sinceram*, r. — *vitioso*, Tad. *vitiosa*, β. — *materia*, θTad. *materie*, β. — *eos de his*, θ. *his*, a. *hos*, d$\beta\gamma$. — *etenim*, a. *enim et*, Td.

decidant imbres, et ad terram verti quam levissima cicatrice
acie falcis exacta plagaque conlevata, recidi autem semper
inter duas gemmas, ne sit volnus oculis in recisa parte. Ni- 193
gram esse eam existumant et donec ad sincera veniatur re-
cidendam, quoniam e vitioso materia utilis non exeat. Si
macra vitis idoneos palmites non habeat, ad terram recidi
eam novosque elici utilissimum; in pampinatione non eos de
his detrahere pampinos qui cum uva sint; id etenim uvas
supplantat praeterquam in novella vinea. Inutiles iudicantur 194
in latere nati, non ab oculo; quippe etiam uva quae nasca-
tur e duro rigescente, ut nisi ferro detrahi non possit. Pe-
damentum quidam inter duas vitis utilius putant statui, et
facilius ablaqueantur ita meliusque est uniiugae vineae, si
tamen et ipsi iugo sint vires nec flatu infesta regio. In qua-
dripertita quam proxumum oneri adminiculum esse debet;
ne tamen inpedimentum sentiat ablaqueatio, cubito abesse
non amplius; ablaqueari autem prius quam putari iubent.
Cato de omni cultura vitium ita praecipit: „Quam altissi- 195
mam vineam facito adligatoque recte, dum ne nimium con-
stringas. Hoc modo eam curato: capita vitium per sementem
ablaqueato. Vineam putatam circumfodito, arare incipito.
Ultro citroque sulcos perpetuos ducito. Vitis teneras quam
primum propagato, sic occato, veteres quam minumum ca-
strato. Potius, si opus erit, deicito biennioque post praeci- 196
dito. Vitem novellam resecari tum erit tempus, ubi valebit.
Si vinea ab vite calvata erit, sulcos interponito ibique vivi-
radicem serito; umbram a sulcis removeto crebroque fodito.
In vinea vetere serito ocinum, si macra erit; quod granum 197

§ 194. *nascatur*, a. *nascitur*, T d. — *nam facilius*, Dalec. — *flatui*, a d. — *quadripertita*, a. *quadripartita*, d $\beta\gamma$. — *onerari*, a. — *iubentur*, T.

§ 195. *Cato* de re rust. 33. — *omcini*, a. — *per sementem ablaqueato. Vineam*, inserit Pint. ex Cat. Omitt. a d $\beta\gamma$. Add. Klotz. in Iahn. horreo 10, 54. — *putatam*, Cato. *putata*, a d $\beta\gamma$. — *Ultra citraque*, r. — *quam proximum*, d. — *sic occato*, ego inserui ex Cat. *cato*, D a. Omitt. d $\beta\gamma$. — *quam plurimum. Castrato potius*, Pint.

§ 196. *erit*, θ T a d (Cato). *fuerit*, β. — *novellem*, a. — *tum*, a. *tutum*, T d. — *calva*, Cato. — *viviradicem*, Sabell. ex Cat. *vivam radicem*, θ a d. — *herbam*, Dalec.

§ 197. *vetere*, θ a d. *veteri*, β. — *ocinum*, a d. *ocymum*, β. — *si macra erit*, ad priora retulit Pontedera antiquitt. p. 47. Novam periodum hinc incipiunt a d $\beta\gamma$.

capit ne serito et circum capita addito stercus, paleas, vinaceas, aliquid horum, quo rectius valeat. Ubi vinea frondere coeperit, pampinato. Vineas novellas adligato crebro, ne caulis praefringatur. Et quae iam in perticam ibit, eius pampinos teneros adligato leviter porrigitoque uti recte stent; ubi uva varia fieri coeperit, vitis subligato. Vitis insitio una 19
est per ver, altera cum uva floret; ea optuma est. Vineam veterem si in alium locum transferre voles, dumtaxat bracchium crassam licebit. Primum deputato. Binas gemmas ne amplius relinquito. Ex radicibus bene effodito, usque radices persequito et cave radices ne saucies. Ita uti fuerit, ponito in scrobe aut in sulco operitoque et bene occulcato; eodemque modo vineam statuito, adligato flexatoque uti fuerit crebroque fodito." Ocinum, quod in vinea seri iubet, antiqui appellabant pabulum umbrae patiens, quod celerrime proveniat.

XXIII. Sequitur arbusti ratio mirum in modum damnata 19
a Saserna patre filioque, celebrata Scrofae, vetustissimis post Catonem peritissimisque, ac ne a Scrofa quidem nisi Italiae concessa, cum tam longo iudicetur aevo nobilia vina non nisi in arbustis gigni et in his quoque laudatiora summis sicut uberiora imis; adeo excelsitate proficitur. Hac ra- 20
tione et arbores eliguntur: prima omnium ulmus, excepta propter nimiam frondem atinia; dein populus nigra, eadem

capiat, Cato. — *ne serito*, d (Cato). *inserito*, ar. — *aliquid*, ad (Cato). *aut aliquid*, $\beta\gamma$. — *horum, quo rectius valeat*, ego recepi ex Cat. *horumce*, ad $\beta\gamma$. — *praestringatur*, a[1]. *caules praefringantur*, Cato. — *ibit*, a (Cato). *ivit*, Kd. — *corrigitoque*, Fruter. coniect. 3, 3. p. 343. et Pontedera antiquitt. p. 48. ex Cat. — *uti*, ita nos scripsimus ex Cat. *ubi*, a. *i u*, d. *ut*, γ. *Quae ibi*, β. — *stent*, θ ad. *steterint*, β. *spectent*, Cato. — *varia*, Cato. *vallaria*, ad. — *subligato*; post h. v. apud Catonem sequuntur *pampinato uvasque expellito, circum capita sarito*, quae fortasse a Plinio repetita per similitudinem homoeoteleuti exciderunt.

§ 198. *Vitis insitio*, Cato de re rust. 41. — *Vineam veterem*, Cato de re rust. 49. — *volueris*, T. — *crassam licebit*, θ (Cato). *crassum licebit*, T ad γ. *crassum*, β. — *ne amplius*, a d. *nec amplius*, β. — *exfodito*, a. — *usque radices persequito*; haec verba, quae a d $\beta\gamma$ omittunt, in codice Abr. Gronovii legi testatur Schneider. ad Cat. p. 121. Exstant apud Catonem, ubi nunc legitur *persequitor*, eaque h. l. desiderabat Pontedera antiquitt. p. 59. — *radices ne*, a. *ne radices*, T d. *radices*, θ. — *occulcato*, θ a d r. *occultato*, β. — *statuito*, θ a d. *statuminato*, β. — *flexatoque*, θ d. *floxatoque*, a[2]. *flosxatoque*, a[1]. *laxatoque*, codd. Barbari, β. — *fuerit*, a d. *fuerat*, β. — *Ocinum*, a d. *Ocymum*, β. — *proveniet*, d.

de causa, minus densa folio. Non spernunt plerique et fraxinum ficumque, etiam oleam si non sit umbrosa ramis; harum satus cultusque abunde tractatus est. Ante XXXVI. mensem attingi falce vetantur; alterna servantur bracchia, alternis putantur annis, sexto anno maritantur. Transpadana 201
Italia praeter supra dictas cornu, opulo, tilia, acere, orno, carpinò, quercu arbustat agros, Venetia salice propter uliginem soli. Et ulmus detruncata media in ramorum scamna digeritur, nulla fere XX pedum altiore arbore. Tabulata earum ab octavo pede altitudinis dilatantur in collibus siccisque agris, a XII. in campestribus et umidis. Meridianum 202
solem spectare palmae debent, rami a proiectu digitorum modo subrigi, tonsili in his tenuium quoque virgultorum barba, ne obumbrent. Intervallum iustum arborum, si aretur solum, quadrageni pedes in terga frontemque, in latera viceni; si non aretur, hoc in omnis partis. Singulis denas saepe adnutriunt vitis, damnato agricola minus ternis. Maritare 203
nisi validas inimicum, enecante veloci vitium incremento. Serere tripedaneo scrobe necessarium distantis inter sese arboremque singulis pedibus. Nihil ibi malleolis atque pastinationi, nulla fodiendi inpendia, utpote cum arbusti ratio hac peculiari dote praestet, quod ab eodem solo seri fruges et vitibus prodest, superque quod vindicans se altitudo non, ut in vinea, ad arcendas animalium iniurias pariete vel saepe vel fossarum utique inpendio muniri se cogit. In arbusto e 204

§ 199. *a Saserna patre*, Broter. ex edit. pr. *a Serna patre*, a. *Sasserna patre*, θd. *Sasserne patri*, T. *Sarsennae patri*, β. — *celebrato*, a. — *Sropae*, a. *scrobe*, d. — *peritissimisque*, d. *peritissimis*, a. — *ac ne a*; pro his vv. habet *aenea* a, *eneas* d. — *Italiae*, Tadr. *uni Italiae*, β. — *non nisi*, d. *nisi*, a.

§ 200. *eliguntur*, v. Schneider. ad Columell. V. 6, 1. *religantur*, Tadr. — *ulmus atinia propter eximiam frondem excipit; deinde populus eadem de causa; nigra minus densa foliis*, Schneid. l. l. p. 251. — *dein*, ad. *deinde*, βγ. — *harum*: fraxini 16, 62—64., fici 12, 22—24. 68—83., oleae 15, 1—32.

§ 201. *opulo*, Pint. et Schneider. ad Columell. V. 7, 1. *populo*, adβγ. — *ornu*, ad. — *falce*, d. — *media*, ad. *a medio*, βγ. V. Schneider. ad Columell. V. 6, 15. — *in ramorum*, codd. Gel. *intramorum*, a. *intra ramorum*, Td. — *XV*, Pint. — *pedibus*, Dalec.

§ 202. *palmites*, K. — *consilii*, ad. — *obumbret*, d. — *Intervallo*, ad. — *frontemque et latera; viceni, si non aretur; hoc* rel., Schneider. ad Columell. V. 6, 11. — *Singulis* seqq., vitiosum h. l. dicit Schneider. l. l. V. 6, 19. — *denas*, Tadr. *dena*, β. — *damnante*, Dalec.

§ 203. *enecant evelloci*, a. — *quadripedaneo*, Pint. — *se*, d. — *malleoli*, ad. — *quod ab*, ad. *quod in*, βγ. — *cogit*, T. *coget*, a. *cogat*, dβγ.

praedictis sola viviradicum ratio, item propaginum, et haec gemina, ut diximus: qualorum et ipso tabulato maxume probata, quoniam a pecore tutissima est, altera deflexa vite vel palmite iuxta suam arborem aut circa proxumam caelibem. Quod supra terram est e matre, radi iubetur, ne fruticet. In terra non pauciores quattuor gemmae obruuntur ad radicem capiendam; extra in capite binae relincuntur. Vitis in arbusto quattuor pedes in longo constat, omni sulco 20 tris lato, alto duos cum semipede. Post annum propago inciditur ad medullam ut paulatim radicibus suis adsuescat; caulis a capite ad duas gemmas reciditur, tertio totus mergus absciditur reponiturque altius in terram, ne ex reciso frondeat; tolli viviradix a vindemia protinus debet. Nuper 20 repertum draconem serere iuxta arborem, — ita appellamus palmitem emeritum pluribusque induratum annis, — hunc praecisum quam maxuma amplitudine, tribus partibus longitudinis deraso cortice, quatenus obruatur, unde et rasilem vocant, deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta; ocissimum in vite. Si gracilis sit vitis aut terra, usitatum est quam proxume solum decidi, donec firmetur radix, sicut neque roscidam seri neque a septentrionis flatu. Vites aquilonem spectare debent ipsae, palmites autem earum meridiem. Non est festinandum ad putationem novellae sed primo in 20 circulos materies colligenda nec nisi validae putatio admovenda, seriore anno fere ad fructum arbusta vite quam iugata. Sunt qui omnino putari vetant priusquam arborem longitudine aequaverit. Prima falce sex pedes a terra recidatur, flagello infra relicto et nasci coacto incurvatione materiae; tres ei gemmae, non amplius, deputato supersint.

§ 204. *diximus* § 97. — *et ipso*, T a. *in ipso*, d $\beta\gamma$. — *circa*, a d. *citra*, θ T. — *nec*, a. — *quatuor gemmae*, a d. *gemmae quatuor*, $\beta\gamma$.

§ 205. *in longum*, Dalec. — *omnis*, a d. — *ut*, om. d. — *absciditur*, T a d. *abscinditur*, $\beta\gamma$. — *repetiturque*, a d.

§ 206. *praecipuum* vel *praecelsum* vel *praecipitem*, Pontedera antiquitt. p. 524. — *obruatur*, a d. *observatur*, θ. — *earundem ad meridiem*, r.

§ 207. *primos*, a. — *materia*, d. *materiae*, Ambr. I. II. — *seriore*, T a d. *Seriora*, β. — *anno fere*, T a d. *fere anno*, $\beta\gamma$. — *vite quam*, θ T a d. *quam vitis*, β. — *arborem longitudine*, θ a. *arborum longitudine*, d. *arborum longitudinem*, $\beta\gamma$. — *aequaverint*, r. — *incurbationem*, a.

§ 208. *ingerantur*, θ T d r. *uigerantur*, a. *inferantur*, β. — *tulerunt*, a r. *tulerint*, d β. — *per ramos*, d. In cod. a exstat *per annos* suprascripto *l* (i. e. *vel*) *ramos*.

Ex his emissi palmites proxumo anno imis ingerantur scamnis 208
ac per singulos annos ad superiora scandant, relicto semper duramento in singulis tabulatis et emissario uno qui subeat usque quo placuerit. De cetero putatione omni flagella quae proxume tulerunt recidantur, nova circumcisis undique capreolis spargantur in tabulatis. Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus circumvestit arborem crinisque ipsos uvis, Gallica in traduces porrigitur, Aemiliae viae in ridicas atiniarum ambitu, frondem earum fugiens. Est quo- 209
rundam inperitia sub ramo vitem vinculo suspendendi, suffocante iniuria; contineri debet vimine, non artari; — quin immo etiam quibus salices supersunt, molliore hoc vinculo facere malunt herbaque, Siculi quam vocant ampelodesmon, Graecia vero universa iunco, cypero, ulva; — liberata quoque vinculo per aliquot dies vagari et incondita spargi atque in terra quam per totum annum spectaverit recumbere. Namque ut veterina a iugo et canes a cursu volutatio iuvat, 210
ita tum et vitium porrigi lumbos. Arbor quoque ipsa gaudet adsiduo levata onere similis respiranti, nihilque est in opere naturae, quod non exemplo dierum noctiumque aliquas vicis feriarum velit. Ob id protinus a vindemia putari et lassas etiamnum fructu edito inprobatur. Putatae rursus adligentur alio loco; namque orbitas vinculi sentiunt vexatione non dubia. Traduces Gallica cultura bini utrimque lateribus, si 211
pars quadrageno distet spatio, quaterni, si viceno; inter se obvii miscentur adliganturque una conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant, aut, si brevitas non patiatur ipsorum, adalligato protenduntur in viduam arborem

— *circumvertit*, a[1]. — *ipso*, a. — *ridicas*, Barbar. a d. *radices*, Hard. e Colbert. III. At v. Schneider. ad Columell. V. 6, 26.

§ 209. *vitem*, θ T a d. Om. β. — *contineri*, T a d r. *quando contineri*, β. — *fascitare*, Dalec. — *liberata*, a d. *liberam*, r. *liberatum*, β. *liberatam*; T γ. — *incondita*, a d. *inconditam*, β γ.

§ 210. *ut*, omitt. a d. — *iuvat ita tum*, d. *uiuacitatum*, a. — *levato*, d. — *setiannum*, a. — *improbatur. Putatae*, θ T a d r. *improbatur, ut putatae*, β. — *vinculis*, d.

§ 211. *Gallica*, codd. Gel. *Gallicę*, a d. Nisi fallor, Plin. *Gallica e cultura* scripsit. — *pars*, θ T a d. *pes*, codd. Gel. β. — *quaterni si*, d (codd. Gel.) *quaternis*, a. — *obvii*, omitt. codd. Gel. — *obiter ligati*, K. — *quam deficiant*, r. *obiter et rigore erecti qua* vel *priusquam def.*, Dalec. — *adalligato*, a d (codd. Gel.) *alligato*, θ. — *protendunt ut*, codd. Gel.

unco. Traducem bimum praecidere solebant; oneratis enim vetustate melius donare tempus, ut transilem faciant, ni largiatur crassitudo; alias utile toros futuri draconis pasci. Unum etiamnum genus est medium inter hoc et propaginem, 21
totas supplantandi in terram vitis cuneisque findendi et in sulcos pluris simul ex una propagandi, gracilitate singularum firmata circumligatis hastilibus nec recisis qui a lateribus excurrant pampinis. Novariensis agricola traducum turba non contentus, nec copia ramorum, inpositis etiamnum patibulis palmites circumvolvit; itaque praeter soli vitia cultura quoque torva fiunt vina. Alia culpa iuxta urbem Var- 21
racinis quae alternis putantur annis, non quia id viti conducat, sed quia vilitate reditum inpendia exsuperent. Medium temperamentum in Carseolano secuntur cariosasque tantum vitis partis incipientisque inarescere deputando, ceteris ad uvam relictis, detracto onere supervacuo; pro nutrimento omni est raritas volneris; sed nisi pingui solo talis cultura degenerat in labruscam. Arbusta arari quam altis- 21
sime desiderant tamen, etsi frumenti ratio non exigit. Pampinari ea non est moris, et hoc conpendium operae. Deputantur cum vite pariter interlucata densitate ramorum qui sint supervacui et absumant alimenta. Plagas ad septentriones aut ad meridiem spectare vetuimus; melius, si neque in occasus solis. Diu dolent talia quoque ulcera et difficile sanescunt algendo nimis aestuandove. Non eadem in vite quae in arbustis libertas, quoniam certa latera; sed facilius abscondere et detorquere quo velis plagas. In arborum tonsura supiniore velut calices faciendi, ne consistat umor.

onerat, a. *id onerat*, Td. — *ni*, θad. *si*, β.

§ 212. *etiannum*, a (etiam infra). — *gracilitates*, a. — *suppositis*, Dalec. — *torva*, a²d. *curva*, a¹.

§ 213. *Varracinis*, θTad. *Varacinis*, β. *Aricinis*, Sabell. *Tarracinis* vel *Marrucinis*, Hard. — *utilitate*, d. — *exsuperent*, θTad. *exsuperant*, $\beta\gamma$. — *Carseolano*, vid. 3, 106. *Carsulano*, θTadγ. — *incipientesque*, θTad. *incipientes*, codd. Gel. β. — *marcescere*, Dalec. — *omnis*, a. — *vulneris*, Tad. *vulneri*, β.

§ 214. *tamen etsi*, ita nos scripsimus. *tanta etsi*, θTad. *tametsi*, Pint. rγ. *etsi tantum*, β. — *interlucata*, Barbar. d, *interlocata*, a. — *senescunt*, a. — *nimis*, Barbar. *minus*, ad. — *quae in arbustis*, omitt. Tad. — *creta*, ad. *per tecta*, Dalec. — *sed*, a. *est*, d$\beta\gamma$. *sit*, r. *non est*, T. *sint*, Dalec. — *et*, adr. *quam*, codd. Gel. β. — *calices minime faciendi*, Dalec.

§ 215. *adminiculo*, a. — *adprehensas*, ad. — *maiores*, K. *per quae sc. adpr.*,

XXIV. 36. Viti adminicula addenda quae scandat adpre- 215
hensa, si maiora sint. Vitium generosarum pergulas quin-
quatribus putandas et, quarum servare uvas libeat, decre-
scente luna tradunt, quae vero interlunio sint putatae, nullis
animalium obnoxias esse. Alia ratione plena luna noctu ton-
dendas, cum sit ea in leone, scorpione, sagittario, tauro,
atque in totum serendas plena aut crescente utique censent.
Sufficiunt in Italia cultores deni in centena iugera vinearum.

37. Et abunde satu cultuque arborum tractato, quoniam 216
de palmis et cytiso in peregrinis arboribus adfatim diximus,
ne quid desit, indicanda reliqua natura est magno opere per-
tinens ad omnia ea. Infestantur namque et arbores morbis —
quid enim genitum caret his malis? — et silvestrium quidem
perniciosos negant esse vexarique tantum grandine in ger-
minatione aut flore, aduri quoque fervore aut flatu frigidiore
praepostero die, quamquam suo frigora etiam prosunt, ut
diximus. Quid ergo? non et vites algore intereunt? Hoc 217
quidem est quo deprehendatur soli vitium, quoniam non evenit
nisi in frigido. Itaque per hiemes caeli rigorem probamus,
non soli. Nec infirmissimae arbores gelu periclitantur sed
maxumae, vexatisque ita cacumina prima inarescunt, quoniam
praestrictus non potuit eo pervenire umor. Arborum quidam 218
conmunes morbi, quidam privati generum. Conmunis vermi-
culatio est, sideratio ac dolor membrorum, unde partium de-
bilitas, societate nominum quoque cum hominis miseriis;
trunca dicimus certe corpora et oculos germinum exustos
ac multa simili sorte. Itaque laborant et fame et cruditate, 219
quae fiunt umoris quantitate, aliquae vero et obesitate, ut

si maiores arbores sint, Dalec. — *pergulas*, d. *per singulas*, a. — *quinquetribus*, a. — *sint*, d. *si sint*, a. — *serendasque*, a d. — *ut*, a d. — *utque*, a d.

§ 216. *Et*, a d. *At*, $\beta\gamma$. — *palmis* 13, 26. — *et*, D. *ac*, a d $\beta\gamma$. — *cytiso* 13, 130 seqq. — *est*, Brot. *sit*, a d β. Om. r. — *magno opere*, D. *magnopere*, a d $\beta\gamma$. — *Infestantur* rel.; sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. IV. 14, 1. — *frigidiore*, Barbar. *fragiliore*, a d. — *quamquam*, ita nos scripsimus. *quam*, a d. *quoniam*, $\beta\gamma$. — *frigore*, a². — *prosunt*, a d (codd. Barbari). *obsunt*, codd. Hard. — *diximus* § 10.

§ 217. *non et*, θ a d. *nonne et*, β. — *soli vitium*, d. *oli vitium*, a. — *Non autem solae infirmissimae*, Dalec. — *gelis*, a. — *praestrictus*, θ D. *praestrictas*, T a d. *praestrictus gelu*, $\beta\gamma$.

§ 218. *ac*, θ a d. *et*, β. — *nervorum*, Pint. — *debilitas*, codd. Gel. *debita*, a d. — *hominis*, a d. *hominum*, codd. Gel. β. — *miseris*, a.

§ 219. *nuditate*, r. — *fit humoris nimia quantitate*, Dalec.

omnia quae resinam ferunt nimia pinguitudine in taedam mutantur; et cum radices quoque pinguescere coepere, intereunt ut animalia nimio adipe, aliquando et pestilentia per genera, sicut inter homines nunc servitia, nunc plebes urbana vel rustica. Vermiculantur magis minusve quaedam, 22
omnes tamen fere, idque aves cavi corticis sono experiuntur. Iam quidem et hoc in luxuria esse coepit praegrandesque roborum delicatiore sunt in cibo — cossis vocant — atque etiam farina saginati hi quoque altiles fiunt. Maxume autem arborum hoc sentiunt piri, mali, fici, minus quae amarae sunt et odoratae. Eorum qui in ficis exsistunt alii nascuntur ex 22
ipsis, alios parit qui vocatur cerastes; omnes tamen in cerasten figurantur sonumque edunt parvoli stridoris. Et sorbus arbor infestatur vermiculis rufis ac pilosis atque ita emoritur; mespila quoque in senecta obnoxia ei morbo est. Sideratio tota e caelo constat, quapropter et grando in his 22
causis intellegi debet et carbunculatio et quod pruinarum iniuria evenit. Haec enim verno tepore invitatis et erumpere audentibus satis mollibus insidens adurit lactescentis germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. Pruinae perniciosior natura, quoniam lapsa persidet gelatque ac ne aura quidem ulla depellitur, quia non fit nisi inmoto aere et sereno. Proprium tamen siderationis est sub ortu canis sicci- 22
tatium vapor, cum insita ac novellae arbores moriuntur, praecipue ficus et vites. Olea praeter vermiculationem, quam aeque ac ficus sentit, clavom etiam patitur, sive fungum pla-

omnes, Dalec. — *quanto*, a d. — *plebes*, θ a. *plebs*, d β γ.

§ 220. *cavi*, d (codd. Gel.) *cani*, a. — *et hoc in*, θ T a d. *et in hoc*, β. — *delicatiores uti in*, a. *delicatiores ut in*, d. — *cosses*, a d. *cossos*, θ β. *eos cossos*, r.

§ 221. *exsistunt*, a d. *sunt*, T. De re v. Theophr. hist. plant. IV. 14, 5. — *ex*, d. *et*, a. — *alius*, a. — *sonumque*, a d. *sonum*, r. — *ac*, θ. *et*, T d γ. Om. β. — *mespila*, a d. *mespilus*, β γ. Ceterum v. Theophr. l. l. III, 12, 6. — *senectute*, T d. — *obnixae*, d. — *in*, a d.

§ 222. *e caelo*, θ T a d. *caelo*, β. — *et quod*, a d. *et*, codd. Gel. — *iniurię venit*, a. — *tempore*, a d.

§ 223. *sub ortu*, θ T a d. *ab ortu*, β. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. de caus. plant. V. 9, 1. — *sit citatium*, a d. *siccitatum*, β γ. — *insita*, T a (codd. Salmas. exerc. p. 416. b. D.) *insitae*, d β γ. — *Olea praeter* rel., sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. IV. 14, 1. — *Cato* de re rust. 6. — *et nimia*, θ T a d r. *nimia et*, β. — *agnosci*, a.

§ 224. *ut*, a². *at*, a¹. *ad*, d. — *hominis*, d. — *inrumpit*, a r. *erumpit*, d β. — *inarescent*, a.

§ 225. *morsque*, θ T d. *morbusque*, a β. — *gigitur*, a. — *largiores*, Dalec. et

cet dici vel patellam; haec est solis exustio. Nocere tradit Cato et muscum rubrum. Nocet plerumque vitibus atque oleis et nimia fertilitas. Scabies conmunis omnium est. Inpetigo et quae adgnasci solent cocleae peculiaria ficorum vitia, nec ubique; sunt enim quaedam aegritudines et locorum. Verum 224 ut homini nervorum cruciatus, sic et arbori, ac duobus aeque modis; aut enim in pedes hoc est radices inrumpit vis morbi aut in articulos hoc est cacuminum digitos, qui longissime a toto corpore exeunt; inarescunt ergo, et sunt apud Graecos sua nomina utrique vitio. Undique primo dolor, mox 225 et macies earum partium fragilis, postremo tabes morsque, non intrante suco aut non perveniente, maxumeque id fici sentiunt. Caprificus omnibus inmunis est quae adhuc diximus. Scabies gignitur roribus lentis post vergilias; nam si largiores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt. Scabie et grossi cadunt, si vel imbres nimii fuere; alio modo ficus laborat radicibus madidis. Vitibus praeter vermiculationem 226 et siderationem morbus peculiaris articulatio tribus de causis: una, vi tempestatium germinibus ablatis, altera, ut notavit Theophrastus, in supinum excisis, tertia, culturae inperitia laesis. Omnes earum iniuriae in articulis sentiuntur. Siderationis genus est in his deflorescentibus roratio aut cum acini priusquam crescant decocuntur in callum; aegrotant et cum alsere, laesis uredine attonsarum oculis; et calore hoc evenit intempestivo, quoniam omnia modo constant certoque temperamento. Fiunt et culpa vitis colentium, cum 227

Schneider. ad Theophr. hist. plant. IV. 14, 5. p. 394. et T. V. p. 124. *rariores*, ad$\beta\gamma$. — *perfundunt ne*, ad. — *scalpunt. Scabie.* ita nos interpunximus. *scalpunt scabie.*, ad$\beta\gamma$. — *et grossi*, Hard. *si grossi*, θ. *eteros si*, Tad^2. *eteros sive*, d^1. *Ceterum si*, β. — *si vel*, Hard. *sive*, adβ. Ceterum in his varia mutant Pint. et Schneid. ll. cc. — *alio modo*, ad. *illo etiam modo*, θ. *alio malo*, Pint.

§ 226. *vi*; pro h. v. habent *uti* θadr. — *tempestatium*, a^{2}d. *tempestivum*, a^1. *intempestivum*, θr. *tempestatum*, $\beta\gamma$. — *Theophrastus* hist. plant. IV. 14, 5. — *recisis*, Td. *recidendis*, Schneid. — *Omnis*, a. — *earum*, a. *enim earum*, d$\beta\gamma$. — *Siderationis* rel., Theophr. l. l. IV. 14, 6. — *cum acini*, d. *conacini*, a. — *temperamento. Fiunt et*, adr. *temperamento fiunt. Et*, β.

§ 227. *vites colentium*, codd. Hard. (?). *vitium colentia*, Dad. *vinitorum colentium*, β. Ex codd. nuper collatis apparet Plinium aliud quid scripsisse, quam quod Hard. in suis codd. legi fingit; nam legi ea ut credam, vix adducor. Iam si meminimus, quot etiam Plinii loci duabus pluribusve vocibus conglutinatis sint corrupti, ne nimiae audaciae arguar, non vereor scribendum coniiciens: *vitium incolumitati nocentia*, ut Plin. dicat etiam culpa hominum fieri nonnulla. quae vitium proventui noceant.

praestringuntur, ut dictum est, aut circumfossor iniurioso ictu verberavit, vel etiam subarator inprudens luxavit radices corpusve desquamavit; est et quaedam contusio falcis hebetioris. Quibus omnibus causis difficilius tolerant frigora aut aestus, quoniam in ulcus penetrat iniuria omnis a foris; infirmissima vero malus maxumeque quae dulcis est. Quibus- 228
dam debilitas sterilitatem, non necem adfert, ut si quis pino cacumen auferat vel palmae; sterilescunt enim, nec moriuntur. Aegrotant aliquando et poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres aut tepores vel adflatus defuere aut contra abundavere; decidunt enim aut deteriora fiunt. Pessimum est inter omnia, cum deflorescentem vitem et oleam percussit imber, quoniam simul defluit fructus. Sunt 229
ex eadem causa nascentes et urucae, dirum animal, eroduntque frondem, aliae florem, olivarum quoque, ut in Mileto, ac depastam arborem turpi facie relincunt. Nascitur hoc malum tepore umido et lento; fit aliud ex eodem, si sol acrior insecutus inussit ipsum vitium ideoque mutavit. Est etiamnum peculiare olivis et vitibus — araneum vocant — cum veluti telae involvont fructum et absumunt. Adurunt et flatus 230
quidam eas maxume, sed et alios fructus; nam vermiculationem et poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, mala, pira, mespila, punica, in oliva ancipiti eventu, quando sub cute nati fructum adimunt; augent, si in ipso nucleo fuere erodentes eum. Gigni illos prohibent pluviae quae fiunt post arcturum; eaedem si austrinae fuere, generant in druppis

dictum § 209. — *est*, om. a. — *iniuria omnis a foris*, a. *omnis iniuria a foris*, d. *omnis a foris iniuria*, $\beta\gamma$. De locutione *a foris* v. Hand. Tursell. 2, 709. — *malus praecox maximeque*, Dalec. Post *maximeque* in cod. a supra lineam *quaeq;* legitur.

§ 228. *nec*, a^{2}d. *non*, Ta^1. — *tepores*; pro h. v. habent *temporis* ad. — *vel*, om. d. — *defuere*, d. *defluere*, a.

§ 229. *cannescentes*, Ambr. I. *canescentes*, Ambr. II. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. IV. 14, 9. — *urucae*, D. *verucae*, a. *erucae*, d$\beta\gamma$. Pint. vero ad 19, 10. § 180. in Toletano semper *uruca* scribi ait, ubi de verme sermo sit, eaque observatio in omnibus locis ab optimo quoque codice confirmatur. — *dirum*, d. *dicitur*, a. — *tepore*, codd. Gel. *tempore*. ad. — *fit*, d. *sit*, a. *Sed valet in id*, Pint. — *inussit*, ad. *inusserit*, Ambr. I. II. — *ideoque*, a. *ideo*, Td. — *mutavit*, ad. *maturaverit*, Ambr. I. *inussit eas atque enecavit*, Pint. *duravit* vel *necavit*, Dalec. — *ac vitibus*, d. — *adsumunt*, a.

§ 230. *Et adurunt et*, ad. — *nam*, θTad. *nam et*, K. Omitt. $\beta\gamma$. — *sub cute*, Hard. *sub cutem*, Pint. *subeunti*, ad. *subeunt*, β. V. Theophr. de caus.

quoque quae maturescentes tum sunt praecipue caducae. Id 231
riguis magis evenit, etiamsi non cecidere, fastidiendis. Sunt
et culicum genera aliquis molesta, ut glandibus, fico, qui
videntur ex umore nasci, tum dulci subdito corticibus; et
aegrotatio quidem fere in his est. Quaedam temporum cau- 232
sae aut locorum non proprie dicantur morbi, quoniam pro-
tinus necant, sicut tabes cum invasit arborem aut uredo vel
flatus alicuius regionis proprius, ut est in Apulia atabulus,
in Euboea Olympias; hic enim si flavit circa brumam, fri-
gore exurit arefaciens ut nullis postea solibus recreari pos-
sint. Hoc genere convalles et adposita fluminibus laborant
praecipueque vitis, olea, ficus. Quod cum venit, detegitur 233
statim in germinatione, in oliva tardius; sed in omnibus
signum est revivescendi, si folia amisere; alioquin, quas
putes praevaluisse, moriuntur. Nonnumquam inarescunt folia
eademque revivescunt. Aliae in terris septentrionalibus, ut
in Ponto, Phrygia, frigore aut gelu laborant, si post bru-
mam continuavere XL diebus; et ibi autem et in reliquis
partibus, si protinus editis fructibus gelatio magna vel aqua-
rum abundantia magna consecuta est, etiam paucis diebus
necat. Quae iniuria hominum constant secum habent causas. 234
Pix, oleum, adips inimica praecipue novellis. Cortice in or-
bem detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam iu-
vatur; crassescens enim praestringit et strangulat; nec an-
drachle offenditur, si non simul incidatur et corpus. Alioqui
et cerasus et tilia et vitis corticem mittunt, sed non vitalem
nec proxumum corpori, verum eum qui subnascente alio ex-

plant. V. 10, 1. et hist. plant. IV. 15, 11. — *facere*, a d. — *cum*, T a d. — *arcturum; eaedem*, d. *aretur rume edem*, a. — *droppis*, a d. — *tum*, θ a d. *tunc*, β.

§ 231. *Sunt et culicum genera* seqq., Theophr. hist. plant. IV. 14, 10. — *aliquis*, a. *aliquibus*, d β γ. — *modesta*, a. — *tum*, a. *tunc*, d β γ. — *dulcis*, a.

§ 232. *dicantur*, θ a. *dicuntur*, d β γ. — *invaserit*, T d. — *flaverit*, T d.

§ 233. *venit*, θ T a d. *evenerit*, β. — *revivescendi*, a. *reviviscendi*, d β. — *si*, omitt. a d. — *alioquin*, a. *alioqui*, θ d γ. — *moriuntur*, a d. *moriantur*, θ. *emoriuntur*, β γ. — *revivescunt*, θ a d. *reviviscunt*, β. — *Alia*, a. — *in terris*, Hard. *inter*, a. *in*, d β γ. — *ut in*, d. *ut*, a β γ. — *fragia*, a. — *et ibi autem*, codd. Gel. *tibi autem*, a. *ibi*, T d. — *gelatio*, d. *velatium*, a. — *magna vel aquarum abundantia magna*, Dalec. *magna vel abundantia magna*, r. *magna*, a d β γ.

§ 234. *hominis*, d. — *constat*, a d. — *secum*, T a² d. *secumdum*, a¹. *secundas*, β γ. — *Pix, oleum* seqq., v. Theophr. hist. plant. IV. 17, 1. et de caus. plant. V. 15, 6. — *adeps*, a d β γ. — *orbe*, a d. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. IV. 15, 1. — *andrachle*, ita nos scripsimus. *andracle*, D d. *adracle*, a. *adrachne*, Barbar. β γ. V. ad 13, 120. — *Alioqui*, θ a. *Alioquin*, d β.

pellitur. Quarundam natura rimosus cortex, ut platanis; tiliae 235
renascitur paulo minus quam totus; ergo his quarum cicatricem trahit medentur luto fimoque. Et aliquando prosunt, si non vehementior frigorum aut calorum vis secuta est. Quaedam tardius ita moriuntur, ut robora et quercus. Refert et tempus anni. Abieti enim et pino si quis detraxerit sole taurum vel geminos transeunte, cum germinant, statim moriuntur, eandem iniuriam hieme passae diutius tolerant; similiter ilex et robur et quercus. Quae si angusta decorti- 236
catio fuit, nihil nocetur supra dictis; infirmioribus quidem et in solo gracili vel ab una tantum parte detractus interimit. Similem et decacuminatio rationem habet piceae, cedri, cupressi; hae enim detracto cacumine aut ignibus adusto intereunt; similem et depastio animalium. Oleam quidem etiam 237
si lambat capra sterilescere auctor est Varro, ut diximus. Quaedam hac iniuria moriuntur, aliqua deteriora tantum fiunt, ut amygdalae, — ex dulcibus enim transfigurantur in amaras, — aliqua vero etiam utiliora, ut apud Chios pirus quam phocida appellant; nam detruncatio diximus quibus prodesset. Intereunt pleraque et fissa stirpe, exceptis vite, 238
malo, fico, punica, quaedam vel ab ulcere tantum. Ficus hanc iniuriam spernit et omnia quae resinam gignunt. Radicibus amputatis mori minume mirum est; pleraeque tamen non omnibus sed maxumis aut quae sunt inter illas vitales abscisis moriuntur. Necant invicem inter sese umbra vel den- 239
sitate atque alimenti rapina; necat et hedera vinciens; nec viscum prodest, et cytisus necatur eo quod halimon vocant

§ 235. *quarum corpus cicatr.*, Dalec. — *fimoque*, d. *fiditoque*, a. — *haec prosunt*, Dalec. — *calorum vis*, d. *caloruus*, a. — *et robur et*, d. *et robur*, a.

§ 236. *Quae*, θ a d. *Quod*, β. — *nocet*, r. — *infirmioribus*, a d r. *Infirmiores*, $\beta\gamma$. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. IV. 15, 4. — *parte tantum*, d. — *interemit*, a. — *habent*, Dalec. — *cupressi*, a d. Post v. *habet* collocant $\beta\gamma$. Aliquot arborum nomina intercidisse putat Pint. — *haec*, a d.

§ 237. *Varro* de re rust. I. 2, 19. — *diximus* 8, 204. 15, 34. — *Quaedam incuria*, Pint. — *fiunt tantum*, T d. — *phochida*, a. — *diximus*, de palmis 13, 36., de oleis 15, 129.

§ 238. *exceptis vite*, *malo*, d. *exrectis vitem ex alio*, a. — *fico*, *pino*, *punica*, Bodae. et Schneid. ad Theophr. hist. plant. IV. 16, 1. — *punices*, a. — *abscisis*, a. *abscissis*, d $\beta\gamma$.

§ 239. *Necant*, d. *Necat*, a. *Necantur*, Brot. V. Theophr. hist. plant. IV. 17, 1. — *necatur eo*, Hard. *nec aureo*, T a d. *nec auro*, γ. Alia coniecit Salmas. exerc. p. 122. b. A. — *halimon*, d. *alimon*, a β. — *odorem*, a d. — *rapanus*, a². *ra-*

Graeci. Quorundam natura non necat quidem sed laedit odore aut suci mixtura, ut raphanus et laurus vitem; olfactatrix enim intellegitur et tingui odore mirum in modum; ideo cum iuxta sit, averti et recedere saporemque inimicum fugere. Hinc sumpsit Androcydes medicinam contra ebrieta- 240
tes raphanum, mandatur praecipiens. Odit et caulem et olus omne, odit et corylum, ni procul absint, tristis atque aegra. Nitrum quidem et alumen, marina aqua calida et fabae putamina vel ervi ultima venena sunt.

XXV. 38. Inter vitia arborum est et prodigiis locus. In- 241
venimus enim sine foliis natas, vitem et malum punicam stirpe fructum tulisse, non palmite aut ramis; vitem uvas sine foliis, oleas quoque amisisse folia bacis haerentibus. Sunt miracula fortuita; nam et oliva in totum ambusta revixit et in Boeotia derosae locustis fici regerminavere. Mutantur arbores 242
et colore fiuntque ex nigris candidae, non semper prodigiose, eae maxume quae ex semine nascuntur; et populus alba in nigram transit. Quidam et sorbum si in calidiora loca venerit sterilescere putant. Prodigio autem fiunt ex dulcibus acerba poma aut dulcia ex acerbis, e caprifico fici aut contra, gravi ostento, cum in deteriora mutantur, ex olea in oleastrum, ex candida uva et fico in nigras; aut ut Laodiceae 243
Xerxis adventu platano in oleam mutata, qualibus ostentis Aristandri apud Graecos volumen scatet, ne in infinitum abeamus, apud nos vero C. Epidi conmentarii, in quibus arbores locutae quoque reperiuntur. Subsedit in Cumano arbor gravi ostento paulo ante Pompei Magni bella civilia,

pinus, a[1]. — *olfactatrix*, a d (codd. Gel.) *olfactrix*, Dalec. et codd. Hard. — *et tingui*, θ a. *extingui*, T d. *et tangi*, β. *et angi*, Pint.

§ 240. *raphanum mandatur*, θ a. *raphanum mandi*, d β. *raphanus ut mandatur*, r γ.

§ 241. *sine*; pro h. v. habent *eos sub* a d. Pint. verba *sine foliis natas* ut adulterina damnat. Ceterum sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. II. 3, 1. — *punicum*, a. — *Sunt*, θ a d. *Sunt et*, $\beta\gamma$. — *fortuitu*, θ. — *ambusta*, a. *combusta*, T d. — *locustis*, a d. *a locustis*, $\beta\gamma$. — *fici//// regerminavere*, D. *ficis ire germinavere*, a. *cytisi regerminavere*, T d. *ficus iterum germinavere*, $\beta\gamma$.

§ 242. *colores*, θ d. — *prodigiose*, r. *prodigiose*, a. *prodigio sed*, d. *prodigiosae*, β. — *eae*, θ a. *ee*, T. *hae*, d. *et*, β. — *et populus*, T a. *ut populus*, d $\beta\gamma$. — *sorusm*, a. — *acerva*, a (et sic bis deinceps). — *fico*, a. *ficu*, T d.

§ 243. *aut ut*, T a d. *ut*, β. — *Laudiceae*, T. *Leoditiae*, a. — *mutatã*, a. — *infinitum* omisso *in*, a d. — *habeamus*, a. — *C. Epidii*, d. *cepidi*, a. *cepidii*, r. — *comentariis*, a.

paucis ramis eminentibus. Inventum Sibyllinis libris inter- 24
necionem hominum fore tantoque eam maiorem, quanto propius ab urbe postea facta esset. Sunt prodigia et cum alienis locis enascuntur, ut in capitibus statuarum vel aris, et cum in arboribus ipsis alienae. Ficus in lauro nata est Cyzici ante obsidionem, simili modo Trallibus palma in basi Caesaris dictatoris circa bella civilia eius. Nec non et Romae in 24
Capitolio in capite Iovis bello Persei enata palma victoriam triumphosque portendit; hac tempestatibus prostrata eodem loco ficus enata est M. Messalae C. Cassi censorum lustro, a quo tempore pudicitiam subversam Piso gravis auctor prodidit. Super omnia quae umquam audita sunt erit prodigium in nostro aevo Neronis principis ruina factum in agro Marrucino, Vecti Marcelli e primis equestris ordinis oliveto universo viam publicam transgresso arvisque inde e contrario in locum oliveti profectis.

XXVI. 39. Nunc expositis arborum morbis consenta- 24
neum est dicere et remedia. Ex his quaedam sunt conmunia omnium, quaedam propria quarundam; conmunia ablaqueatio, adcumulatio, adflari radices aut cooperiri, riguis dato potu vel ablato, fimi suco refectis, putatione levatis onere; item suco emisso quaedam veluti detractio sanguinis, circumrasio corticis, vitium extenuatio et domitura palmitum, gemmarum, si frigus retorridas hirtasque fecerit, repumicatio et quaedam politura. Arborum his aliae magis, aliae minus gaudent, vel- 2-

§ 244. *internicionem*, a. — *eam*, d. *tamquam*, a. Om. T. — *proprius*, a. Ceterum in his vv. latet corruptela. Quo enim referuntur vv. *postea facta esset*? Num ad *internecionem*? At hoc inepte dicitur et nullum prorsus sensum admittit. An ad *arborem subsidentem*? At ita vv. *postea facta* pariter quoquo sensu carent. Et quid in universum h. l. sibi vult adverbium *postea*? Scripsit Plin. *quanto propius ab urbe posita ea* (sc. illa arbore) *facta esset* sc. internecio hominum. — *cum arboribus*, Ambr. I. II. — *palmae*, θ.

§ 245. *Nec non et*, a. *Nec non*, d. — *capite*, Ambr. I. *capita*, a d (Ambr. II.) — *Iovis*, K. *bis*, a d (Ambr. I. II.) β. — *hac*, d. *ac*, a. — *pudicitia subversa*, a. — *in nostro aevo anno Neronis principis supremo*, Markland. ad Stat. Silv. IV. 4, 85. coll. Plin. 2, 199. — *Vecti*, a. *Vettii*, d. Vid. 2, 199.

§ 246. *riguas*, a d[2]. Om. d[1]. — *portu*, a. — *fimum*, T a d. — *putatio*, T a d. — *succi emissio*, Pint. — *detractio*, a. *detractatio*, θ d. — *circumrasi*, a. — *domitura*, d. *dominatura*, a. *dominarum*, θ D, ita ut vv. *palmitum*, *gemmarum* omittantur. — *gemmarum*, d. *geminarum*, a. *Gemmas*, β.

§ 247. *his*, a. *iis*, d $\beta\gamma$. De re v. Theophr. hist. plant. II. 7, 1. — *necatur*. *Riguis*, β. — *vitis*, T a d. *et vitis*, $\theta\gamma$. *et vites*, β. — *marcescit*, Hard. *marcescet*, a. *marescit*, d β. *inarescit*, r. — *amygdalae*, Theophr. de caus. plant. III. 18, 2.

uti cupressus et aquam adspernatur et fimum et circumfossuram amputationemque et omnia remedia odit; quin etiam necatur riguis, vitis et punicae praecipue aluntur. Ficus arbor ipsa riguis alitur, pomum vero eius marcescit; amygdalae si colantur fossione, florem amittunt. Nec insitas circum- 248
fodere oportet priusquam validae ferre coeperint poma. Plurumae autem amputari sibi volunt onerosa ac supervacua, sicut nos unguis et capillum. Reciduntur veteres totae ac rursus a stolone aliquo resurgunt, sed non omnes nec nisi quarum naturam pati diximus.

40. Rigua aestivis vaporibus utilia, hieme inimica, au- 249
tumno varia et e natura soli, quippe cum vindemiator Hispaniarum stagnante solo uvas demetat. Ceterum maiore in parte orbis etiam pluvias autumni aquas erivare convenit. Circa canis ortum rigua maxume prosunt ac ne tum quidem nimia, quoniam inebriatis radicibus nocent. Et aetas modum temperat; novellae enim minus sitiunt; desiderant autem maxume rigari quae adsuevere. Contra siccis locis genita non expetunt umorem nisi necessarium.

41. Asperiora vina rigari utique cupiunt in Sulmonense 250
Italiae agro, pago Fabiano, ubi et arva rigant; mirumque herbae aqua illa necantur, fruges aluntur et riguus pro sarculo est. In eodem agro bruma, tanto magis si nives iaceant geletve, ne frigus vitis adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in amne solo; sed idem aestate vix tolerandi rigoris.

§ 248. *Plurima*, Theophr. hist. plant. II. 7, 1. — *superflua*, T. — *ac rursus*, d. *rursus*, a. — *aliquae*, d. — *diximus*, de abiete 16, 123., de lauro 16, 130., de arundine 16, 171., de alno 16, 173., de malis et punicis 16, 241.

§ 249. *varia*, a (codd. Gel.) *varię*, d. *varie*, T. — *et e*, T a d. *et ex*, codd. Gel. $\beta\gamma$. *et hoc ex*, r. — *vindemiator*, a d. *vindemitor*, θ. — *Ceterum*, a r. *Cetero*, d $\beta\gamma$. — *maiori*, d. — *in*, a d. *ex*, r. — *etiam*, a d. *et*, r. — *autumni aquas erivari*, codd. Gel. *aut omnia qua seria vere*, a. *aut omnia quas erievare*, d. *erivare*, θ T, quod ego cum Brot. γ addicentibus ad recepi, cum β *erivari* habeat. *derivari*, K. *eriaevare* vel *ericuare*, codd. ap. Salmas. exerc. p. 415. a. E., qui *eriguare* legit. — *rigua*, a d. *et rigua*, T. — *tum*, a d. *tunc*, $\beta\gamma$.

§ 250. *Sulmonense*, a d. *Sulmonensi*, codd. Gelenii, $\beta\gamma$. *rigari cupiunt utique in Sulm.*, Pint. — *rigant*, T a d. *rigantur*, Ambr. I. II. β. — *mirum quod*, r. — *riguus*, a d. *riguis*, Ambr. I. *rivus*, Ambr. II. *riguum*, Salmas. — *si nives iaceant*, codd. Gel. *sinuessa iaceant*, d. *sinues satacent*, a. Num Plin. verbum *satagant* nove ita adhibuit, ut sit idem, quod *negotium facessant*, *vexent*? Broter. *algeant* coniecit. — *trepidare*, d. — *voce*, a. *vocem*, d. — *solo; sed idem aestate*; pro

XXVII. 42. Carbunculi ac robiginum remedia demonstra- 24
bimus volumine proxumo. Interim est et scariphatio quaedam in remediis, cum macie corticis ex aegritudine adstringente se iustoque plus vitalia arborum conprimente, exactam falcis aciem utraque manu inprimentes, perpetuis incisuris deducunt ac veluti cutem laxant. Salutare id fuisse argumento sunt dilatatae cicatrices et internato corpore expletae.

43. Magnaque ex parte similis hominum medicina et ar- 25
borum est, quando earum quoque terebrantur ossa. Amygdalae ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite et ab ima parte circumforato defluens pituita abstergeatur. Et ulmis detrahitur sucus inutilis, supra terram foratis usque ad medullam in senecta, aut cum alimento nimio abundare sentiuntur. Idem et ficorum turgido cortice incisuris in oblicum 25
levibus emittitur; ita fit ne decidant fructus. Pomiferis quae germinant nec ferunt fructum fissa radice inditur lapis, fertilesque fiunt; hoc idem in amygdalis e robore cuneo adacto, in piris sorbisque e taeda, ac cinere et terra cooperto. Etiam radices circumcidisse prodest vitium luxuriantium 25
ficorumque et circumcisis cinerem addidisse. Fici serotinae fiunt, si primae grossi, cum fabae magnitudinem excessere, detrahantur; subnascuntur enim quae serius maturescunt. Eaedem cum frondere incipiunt, si cacumina rami cuiusque detrahantur, firmiores fertilioresque fiunt; nam caprificatio maturat.

44. In ea culices nasci e grossis manifestum, quoniam cum 25

his vv. habet *soli sede maiestate* a, *solis edem aestate* d. Locum vulgo interpolatum legi apparet; quid Plin. scripserit, non liquet, nisi hoc, legendum esse *natura amnis* et *at aestate*. Ovid. Trist. IV. 10, 3. agri Sulmonensis undas gelidissimas dicit, unde coniicias Plinium dixisse amnem illum, quo Sulmonenses ad rigandos agros utebantur, semper quidem gelidum fuisse, at aestate vix tolerandi rigoris.

§ 251. *Carbunculum*, a. — *demonstravimus*, a. — *proxumo* 18, 157 seqq. 293. 294. — *et*, a d. Om. γ. — *scariphatio*, D. *chariphacio*, a. *scarificatio*, βγ. *castratio*, T d, quod etiam in ind. h. l. legitur. — *acie*, a. — *adstringentes*, a. — *utrãque*, a. — *diducunt*, Pint. — *dilatatae*, om. d[1]. — *expleto*, a.

§ 252. *est*, a. Post *similis* collocant T d. — *quando* — *ossa*, om. T. — *abstergeatur*, a (codd. Gel.) *abstergatur*, d. — *senectam*, a d. — *aut*, a. *autem*, d.

§ 253. *Idem*, d. *Id est*, a. — *Pomiferis*, a d. *Amygdalis*, Pint. — *fissa*, a. *scissa*, T d. *fisso cortice*, Pint. — *fertiles sic fiunt*, Dalec. — *in amygdalis*, θ T a d. *et amygdalis*, βγ. *et pomiferis*, Pint. De re v. Theophr. hist. plant. II. 7, 6. — *soruisque*, a. — *et terra*, d. *e terra*, a.

evolavere non inveniuntur intus grana quae in eos versa adparet; exeundi tanta est aviditas ut plerique aut pede relicto aut pinnae parte erumpant. Est et aliud genus culicum quos vocant centrinas, fucis apium similes ignavia malitiaque cum pernicie verorum et utilium; interimunt enim illos atque ipsi conmoriuntur. Vexant et tineae semina ficorum, contra quas 256
remedium in eodem scrobe defodere taleam lentisci inversa parte quae fuerit a cacumine. Uberrimas autem ficus rubrica amurca diluta et cum fimo infusa radicibus frondere incipientium facit. Caprificorum laudantur maxume nigrae et in petrosis, quoniam frumenta pluruma habeant, caprificatio ipsa post imbrem.

45. In primis autem cavendum ne ex remediis vitia fiant, 257
quod evenit nimia aut intempestiva medicina. Interlucatio arboribus prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Vitis tantum tonsuram annuam quaerit, alternam vero myrtus, punicae, oleae, quia celeriter fruticescunt. Ceterae rarius tondentur, nulla autumno; ac ne raduntur quidem nisi vere. Putatione plagae ad vitalia sunt omnia quaecumque non supervacua.

46. Similis fimi ratio. Gaudent eo, sed cavendum ne in 258
fervore solis admoveatur, ne inmaturum, ne validius quam opus sit. Urit vineas suillum nisi quinquennio interposito, praeterquam si riguis diluatur, et e coriariorum sordibus nisi admixta aqua; item largius. Iustum existumant in denos pedes quadratos tris modios; id quidem soli natura decernet.

§ 254. *prima aegrossi*, a. — *excesserint*, d. — *enim seriusque*, Pint. — *Eadem*, a. — *cum*, omitt. ad. — *caprificatio maturat*, T a d. *caprificatione maturata*, β.

§ 255. *e*, om. d. Haec sumpta sunt ex Theophr. l. l. II. 8, 2. — *manifestum*, a r. *manifestum est*, d $\beta\gamma$. — *pinnae parte*, θ T a d. *penna pariter*, β. — *centinas*, r. — *apium*, a d. *apum*, β. — *commoriuntur*, θ. *moriuntur*, a d $\beta\gamma$.

§ 256. *quos*, a. — *remedia*, T d. — *eadem*, a. — *taleam*, Pint. *Italiam*, T a d. *Italicam*, β. — *lentisci*, T a d. *lentiscum*, β. — *rubrica*, Barbar. d. *lubrica*, θ a. — *frondere recipientium*, d. *fronde recipientium*, a. — *maxime laudantur*, d. — *quoniam — habeant*, post v. *facit* collocat Pint. probante Schneid. ad Columell. V. 10, 11.

§ 257. *radiantur*, a (codd. Salmas. exerc. p. 412. b. E:) *radicantur*, d. Nonnulla mutat Salmas. — *nisi vere putatione. Plagae*, β. — *plaga*, a d (codd. Salmas.) *Putatione plagae ad vitalia sint omnes et quaecumque supervacua enodent*, Dalec. Mihi pro *sunt* videtur *fiunt* scribendum esse.

§ 258. *fimi ratio*, codd. Gel. *firmatio*, a d. — *ea*, codd. Gel. — *inmutarum*, a. *immaturius*, T d. — *largiosius tum*, a d. — *decernit*, r.

47. Columbino ac suillo plagis quoque arborum medentur. 259 Si mala punica acida nascantur, ablaqueatis radicibus fimum suillum adhibent; eo anno vinolenta, proxumo dulcia futura. Alii urina hominis aqua mixta riganda censent quater anno singulis amphoris, aut cacumina spargi vino lasere diluto; si findantur in arbore, pediculum intorqueri; ficis utique amurcam adfundi, ceteris arboribus aegris faecem vini, aut lupinum circum radices earum seri. Aqua quoque lupini 260 decocti circumfusa pomis prodest. Fici, cum Volcanalibus tonuit, cadunt; remedium est, ut ante stipula hordeacea areae stringantur. Cerasos praecocis facit cogitque maturescere calx admota radicibus. Et haec autem omnia poma intervelli melius est ut quae relicta sint grandescant.

XXVIII. Quaedam paena emendantur aut morsu excitan- 261 tur, ut palmae ac lentisci; salsis enim aquis aluntur. Salis vim et cineres sed leniorem habent; ideo fici adsperguntur rutaque, ne fiant verminosae neve radices putrescant. Quin et vitium radicibus aquam salsam iubent adfundi, si sint lacrimosae; si vero fructus earum decidant, cinerem aceto conspergi ipsasque inlini aut sandaraca, si putrescat uva; si vero fertiles non sunt, aceto acri subacto cinere rigari atque oblini; quod si fructum non maturent prius inarescentem, 262 praecisarum ad radices plagam fibrasque aceto acri et urina vetusta madefacere atque eo luto obruere, saepe fodere. Olearum, si parum promisere fructus, nudatas radices hiberno frigori opponunt eaque castigatione proficiunt. Omnia haec annua caeli ratione constant et aliquando serius poscuntur, aliquando celerius. Nec non ignis aliquid prodest, ut

§ 259. *adiuvent*, a²d. *advenit*, a¹. — *vinulentia*, d. — *rigandum*, Td. — *quaternis*, Td. — *lasare*, a. — *vinea*, a. — *aut*, θTad. *ac*, β. — *circum*, θTadr. *circa*, β.

§ 260. *tonuerit*, r. — *sternantur*, K. — *calx*, a². *calix*, a¹. *ea. LX*, d. — *haec autem omnia*, ad. *haec ante omnia*, β. *hoc autem et omnia*, codd. Hard. γ. *inter omnia*, K. — *sint*, θTad. *sunt*, β.

§ 261. *ut*, d. *et*, a. — *ac*, Tad. *et*, βγ. — *salsis*; pro h. v. habent *salis* ad. — *cineres*, Tar. *cinis*, dβ. — *leviorem*, a¹. — *habent*, Tadr. *habet*, β. — *fici*, codd. Hard. *ficis*, adβ. — *rutaque ne*, θTdr. *rutaque nec*, a. *ruta ne*, β. *rutaeque ne*, Dalec. — *vermiosae*, ad. — *sint*, om. d. — *fructum*, d. — *earum*, θTad. *rarum*, β. — *conspergi*, θad. *adspergi*, β.

§ 262. *eo luto*, ad. *ex luteo*, β. — *et saepe*, Dalec. — *aliquid*, a. *aliquibus*, Td. Num Plin. *aliquis* i. e. *aliquibus* scripsit? V. ad 33, 48.

§ 263. *Cato* de re rust. 93. — *portionem*, a¹. *portione*, Ta²d. — *aequa*, Tad. — *paulatim*; pro h. v. Schneider. ad Caton. l. l. 36. p. 95. *haud alte* reponit. —

harundini; ambusta namque densior mitiorque surgit. Cato 263
et medicamenta quaedam componit mensurae quoque distinctione, ad maiorum arborum radices amphoram, ad minorum urnam amurcae et aquae portionem aequam, ablaqueatis prius radicibus, paulatim adfundi iubens; in olea hoc amplius, stramentis ante circumpositis, item fico. Huius praecipue vere terram adaggerari radicibus; ita futurum ut non decidant grossi maiorque fecunditas nec scabra proveniat. Simili 264
modo, ne convolvolus fiat in vinea, amurcae congios duos decoqui in crassitudinem mellis rursusque cum bituminis tertia parte et sulphuris quarta sub dio coqui, quoniam exardescat sub tecto; hoc vitis circa capita ac sub bracchiis ungui; ita non fore convolvolum. Quidam contenti sunt fumo huius mixturae suffire vineas secundo flatu continuo triduo. Plerique non minus auxili et alimenti arbitrantur in urina 265
quam Cato in amurca, addita modo pari aquae portione, quoniam per se noceat. Aliqui volucre appellant animal praerodens pubescentis uvas; quod ne accidat, falcis, cum sint exacutae, fibrina pelle detergent atque ita putant aut sanguine ursino lini volunt post putationem easdem. Sunt ar- 266
borum pestes et formicae; has abigunt rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus, nec non et pisce suspenso iuxta in unum locum congregant aut lupino trito cum oleo radices linunt. Multi et has et talpas amurca necant contraque urucas, et mala ne putrescant, lacerti viridis felle tangi cacumina iubent, privatim autem contra urucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis nudis pedibus, recincta; item ne 267

ante, a d. *antea*, $\beta\gamma$. — *vere*, θ T d. *vetere*, a. *veterem*, β. — *aggregari*, d. — *provenit*, a[1].

§ 264. *duos congios*, d. — *decoqui*, θ T d. *decoci*, a. *decoctos*, β. — *mollis*, a. — *cum bituminis tertia*, d. *cubitum ministeria*, a. — *tertiarium*, Pint. — *quartarium*, Pint. — *dio coqui*; pro his vv. habet *diu qui quõ* a, *di usq; quo* d. — *excandescat*, Pint. — *sufficere*, d.

§ 265. *alimenti*, a d. *adiumenti*, K. — *Cato* de re rust. 93. — *pari aquae*, d. *pariaque*, a. *aquae pari*, $\beta\gamma$. — *Aliqui*, D. *Alii*, a d $\beta\gamma$. — *volucre*, T d. *voluere*, a. *volucrem*, Pius in Gruteri lamp. 1, 555. ex cod. antiquissimo. *volvocem*, β. *volucra*, Columell. de arbor. 15. V. Schneid. ad Columell. 10, 333. — *aut*, a. Omitt. d γ. — *ursina*, a. — *lini volunt*, a. *lin////unt*, D. *liniri volunt*, d $\beta\gamma$.

§ 266. *caudibus*, a. — *pisce*, a. *pice*, d. — *et has*, d (codd. Gel.) Omitt. a r γ. — *urucas*, a. *uricas*, θ. *erucas*, d $\beta\gamma$. — *ne*, omitt. a d. — *lacerti*, a d. *lacertae*, $\beta\gamma$. — *urucas*, θ a. *erucas*, d $\beta\gamma$. — *areas*, Pint. — *incitati ventris*, r. *incitatis mensibus*, K.

quod animal pastu malefico decerpat frondem, fimo boum diluto spargi folia quotiens imber interveniat, quoniam abluatur ita virus medicaminis, mira quaedam excogitante sollertia humana, quippe cum averti grandines carmine credant plerique, cuius verba inserere non equidem serio ausim, quamquam a Catone proditis contra luxata membra, iungente ea harundinum fissurae; idem arbores religiosas lucosque succidi permisit, sacrificio prius facto cuius rationem precationemque eodem volumine tradidit.

§ 267. *boum dilutos*, a. *diluto boum*, d. — *spargi*, a d. *aspergi*, $\beta\gamma$. — *obluatur ita*, θ a. *obluitur ita*, T d. *ita abluatur*, $\beta\gamma$. — *humana*; pro h. v. habent *inmanat* a d. — *quippe*, a. *quidem*, d. — *grandines carmine*, a d. *carmine grandines*, $\beta\gamma$. — *cuius*, om. Dalec. — *Catone* de re rust. 160. — *proditis*, T a d. *prodita*, $\beta\gamma$. Particula *quamquam* ablativis absolutis praemittitur etiam 8, 214. 14, 24. 15, 43. 75. 16, 127. 19, 50. 22, 15. — *luxata membra*, T d. *luxa tamen breui*, a. — *iungente ea*, ita nos scripsimus. *unguendę*, a. *et unguenda*, d. *et iungenda*, T. Plin. dicit se verba carminis avertendae grandini afferre dedignari, quamquam similia attulerit Cato contra luxata membra, qui ea arundinum fissurae iungenda docuerit. Ex vulgata scriptura (*prodita*) nihil aliud sequebatur, nisi Catonem carmen de grandine attulisse, quod apud eum non exstat. Ipsum vero verbum *iungere* usu notissimo ita dicitur, ut sit idem quod *velle, suadere ut iungatur*; ita legitur 6, 134. *iunximus* i. e. iunctam esse diximus, 8, 64. *permisit* i. e. effecit, ut permitteretur, 8, 215. *distinguente* i. e. faciente, ut distinguantur, 11, 190. *perimit* i. e. ostendit curas perimi, 15, 94. *praefert* i. e. facit, ut praeferatur, 17, 88. *diiudicabit* i. e. faciet, ut diiudicetur, 28, 66. *fovet* et *illinit* i. e. fovenda et illinenda esse dicit, 34, 104. *urit* i. e. urere suadet, 37, 190. *appellavit*, i. e. fecit, ut appelletur. — *idem* de re rust. 139. — *cuius*, θ a d. *cuius rei*, r (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *precationemque*, Hard. e codd. *recationemque*, Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 413. a. C. *recreationemque*, T d. *rotationemque*, a (Rigalt. ap. Salmas.) *notionem rationemque*, r. *que*, θ. *quoque*, codd. Gel. β. *deprecationemque*, Pint. — *tradit*, T.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XVIII.

CAP. I. SECT. 1. Sequitur natura frugum hortorumque ac § 1
florum quaeque alia praeter arbores aut frutices benigna tellure proveniunt, vel per se tantum herbarum inmensa contemplatione, si quis aestumet varietatem, numerum, flores, odores coloresque et sucos ac viris earum quas salutis aut voluptatis hominum gratia gignit. Qua in parte primum omnium patrocinari terrae et adesse cunctorum parenti iuvat, quamquam inter initia operis defensae. Quoniam tamen ipsa materia 2
accedit intus ad reputationem eiusdem parientis et noxia, nostris eam criminibus urguemus nostramque culpam illi inputamus. Genuit venena; ecquis invenit illa praeter hominem? Cavere ac refugere alitibus ferisque satis est. Atque cum arbore exacuant limentque cornua elephanti et uri, saxo rhinocerotes, utroque apri dentium sicas, sciantque ad nocendum

Ad hunc librum toti sunt excussi a d; de D v. ad librum XIV., de scholiis Germanici v. praef. vol. I. p. XLI.

§ 1. *per se*, d r. *p se*, a. — *contemplatio est*, r. — *existimet*, d. — *coloresque*, a. *ac colores*, T d. — *ac vires*, a d. *aut vires*, *θ*. — *Qua in*, d. *Qua*, a. — *inter initia*, d. *interitia*, a. Vid. 2, 154 seqq.

§ 2. *accedit intus*, *θ* a d (codd. Turn. adv. 1, 20.) *intus accidat*, r. *intus accendit*, codd. Barbari, *β*. *vitiis*, Rhenan. Varia tentat Dalec. — *eius*, codd. Turn. — *et noxia*, om. r. — *urguetur*, a[1]. *urguemur*, a[2]. — *nostramque culpam*, *θ* T a d. *culpamque nostram*, *βγ*. — *ecquis*, d. *et quis*, T a. *sed quis*, *β*. — *exaquant*, a. — *limenque*, a. — *et uri*, a (Murbac.) *et humores*, T d. *et*, *β*. — *rhinocerotes*, a d. *rhinocerotes et*, *βγ*. — *utraque*, a d. — *apru*, a. — *sicca*, a. — *siantque*, a[1].

praeparare se animalia, quod tamen eorum excepto homine
tela sua venenis tinguit? Nos et sagittas unguimus ac ferro 3
ipsi nocentius aliquid damus, nos et flumina inficimus et
rerum naturae elementa; ipsum quoque quo vivitur aerem
in perniciem vertimus. Neque est ut putemus ignorari ea ab
animalibus, quae quidem quae praepararent contra serpentium
dimicationes, quae post proelium ad medendum excogitarent,
indicavimus; nec ab ullo praeter hominem veneno pugnatur
alieno. Fateamur ergo culpam ne his quidem quae nascuntur 4
contenti; etenim quanto plura eorum genera humana manu
fiunt! Quid? non et hominis quidem ut venena nascuntur?
Atra ceu serpentium lingua vibrat tabesque animi contra-
ctata adurit culpantium omnia ac dirarum alitum modo tene-
bris quoque suis et ipsarum noctium quieti invidentium
gemitu, quae sola vox eorum est, ut inauspicatarum ani-
mantium vice obvii quoque vetent agere aut prodesse vitae;
nec ullum aliud abominati spiritus praemium novere quam
odisse omnia. Verum et in hoc eadem naturae maiestas 5
quanto pluris bonos genuit ac frugi, quanto fertilior in iis
quae iuvant aluntque, quorum aestumatione et gaudio nos
quoque, relictis exustioni suae istis hominum rubis, pergemus
excolere vitam, eoque constantius, quo operae nobis maior
quam famae gratia expetitur; quippe sermo circa rura est
agrestisque usus, sed quibus vita constet honosque apud
priscos maxumus fuerit.

praeparare se, Tad. *se praeparare*, $\beta\gamma$. — *excepto homine tela sua*, a. *excepto homine tela suis*, d. *tela sua excepto homine*, $\beta\gamma$. *quodlibet tamen eorum neseit excepto homine tela sua venenis tingi*, r. — *tinguit*, Td. *tingui*, a.

§ 3. *unguimus*, a. *tinguimus*, Tdγ. V. Heins. ad Sil. Ital. 8, 12. — *filomina*, a. — *ipsum quoque*, a. *ipsumque*, Td. — *aerem in*, d. *in se*, a. *ipse in*, D. — *quae quidem*, omitt. θTadγ. — *praepararent*, θT. *praeparent*, ad. — *dimicationes*, θTad. *dimicationem*, β. — *excogitarent*, a. *excogitent*, Td. — *indicavimus* 8, 88. 97 seqq. — *pugnantur*, a.

§ 4. *culpa*, a. — *his*, ad. *iis*, β. — *quanto plura*, Huet. ap. Brot. *quando plura*, θTad. *complura*, β. — *Quid? non et*, Pint. D. *Quin et*, adγ. *Quid et*, r. — *hominis*, Tar. *homines*, d$\beta\gamma$. *homines quidam ad venena*, K. — *vibratur tabumque*, K. — *contractata*, ita nos scripsimus. *contracta*, θa. *contacta*, Tdγ. *contrectata*, β. Vid. ad 13, 125. — *suis*, codd. Gel. *uis*, Tad. Om. r. — *quae*, d. *quoque*, a. — *est eorum*, d.

§ 5. *quanto*, Da. *tanto*, d$\beta\gamma$. — *ac frugi*, Barbar. *ut fruges*, Tad. — *his*, a. — *iuvant*, a. *fovent*, Td. — *exustioni*, Tθr. *exustionis*, ad. *aestuationi*, Barbar. β. — *rubis*, KTd. *urbis*, a. *verbis*, r. *turbis*, β. — *pergamus*, r. — *quo*, a. *quoniam*, Td. — *gretia*, a[2]. — *constet*, T. *et*, a. Omitt. d$\beta\gamma$.

II. 2. Arvorum sacerdotes Romulus in primis instituit 6
seque duodecumum fratrem appellavit inter illos Acca Larentia nutrice sua genitos, spicea corona quae vitta alba conligaretur sacerdotio ei pro religiosissimo insigni data, quae prima apud Romanos fuit corona; honosque his non nisi vita finitur et exsules etiam captosque comitatur. Bina tunc 7
iugera populo Romano satis erant nullique maiorem modum attribuit, quo servorum paulo ante principis Neronis contento huius spatio viridiariis? Piscinas iuvat maiores habere, gratumque, si non aliquem culinas. Numa instituit deos fruge colere et mola salsa supplicare atque, ut auctor est Hemina, far torrere, quoniam tostum cibo salubrius esset; id uno modo consecutum, statuendo non esse purum ad rem divinam nisi tostum. Is et Fornacalia instituit farris torrendi 8
ferias et aeque religiosas terminis agrorum; hos enim deos tunc maxume noverant Seiamque a serendo, Segestam a segetibus appellabant, quarum simulacra in circo videmus, — tertiam ex his nominare sub tecto religio est; — ac ne degustabant quidem novas fruges aut vina antequam sacerdotes primitias libassent.

III. 3. Iugerum vocabatur quod uno iugo boum in die 9
exarari posset, actus in quo boves agerentur cum aratro uno inpetu iusto; hic erat cxx pedum duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat. Dona amplissima inperatorum ac fortium civium, quantum quis uno die plurumum circumaravisset; item quartarii farris aut heminae, conferente populo.

§ 6. *Acca*, θ a d. *ab Acca*, βγ. — *Larentia*, θ. *Saventia*, a d. *Laurentia*, βγ. — *genitos*, θ T d. *genitus*, a. Om. β. — *sacerdotio ei*, T a d. *in sacerdotio ei*, β. *in sacerdotio eis*, Turn adv. 1, 20., γ. — *prima*, post *Romanos* collocant T d. — *his*, a. *is*, d βγ. — *finitus*, T a d r, quod praefero, dummodo *et* deleatur. — *comitatus*, r.

§ 7. *servorum*, T a d. *servos*, βγ. — *antehac*, Dalec. — *contento*, T a d. *contentis*, βγ. — *viridiariis*, a d. *viridariis*, βγ. — *iuvat maiores habere*, a. *maiores iuvat habere*, T d. *iuvat habere maiores*, βγ. — *si non*, a. *sinum*, T d. — *culinas*, a d. *et culinas*, βγ. — *camina*, a. — *salubribus esse*, a. — *consecutus est*, Suerdsioeus in Iahn. horreo 4, 451.

§ 8. *Fornacalia*, Merula. *Fortuna calla*, a d. *Fornacalia calvae*, codd. Barbari. — *tunc*, a. *tum*, d. — *Seriamque*, r (cod. Turn. adv. 20, 36.) *Seiam quam*, Pint. — *tertia*, a. — *his*, a d. *iis*, β. — *ac ne*, a [2] d. *ac neg*, a [1]. — *libassent*, d. *iuuassent*, a.

§ 9. *Iugerum*, a d. *Iugum*, Ursin. ad Varr. de re rust. I. 10, 1., γ. At v. Schneid. ad h. l. p. 281. — *cum aratro*, θ T a d r. *cum aratur*, β. — *quartari*, a. — *eminae*, a.

Cognomina etiam prima inde, Pilumni qui pilum pistrinis 10
invenerat, Pisonis a pisendo, iam Fabiorum, Lentulorum,
Ciceronum, ut quisque aliquod optume genus sereret; Iuniorum familiae Bubulcum nominarunt qui bubus optume utebatur. Quin et in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat, novaeque nuptae farreum praeferebant. Agrum 11
male colere censorium probrum iudicabatur; atque, ut refert Cato, cum virum bonum agricolam bonumque colonum dixissent, amplissime laudasse existumabantur. Hinc et locupletes dicebant loci hoc est agri plenos. Pecunia ipsa a pecore appellabatur. Etiam nunc in tabulis censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. Multatio quoque non nisi ovium boumque inpendio dicebatur, non omittenda priscarum legum benevolentia; cautum quippe est ne bovem prius quam ovem nominaret qui indiceret multam. Ludos boum causa cele- 12
brantis Bubetios vocabant. Servius rex ovium boumque effigie primum aes signavit. Frugem quidem aratro quaesitam furtim noctu pavisse ac secuisse puberi XII tabulis capital erat, suspensumque Cereri necari iubebant, gravius quam in homicidio convictum, inpubem praetoris arbitratu verberari noxiamve duplionemve decerni. Iam distinctio honosque 13
civitatis ipsius non aliunde erat. Rusticae tribus laudatissimae eorum qui rura haberent, urbanae vero, in quas transferri ignominia esset, desidiae probro. Itaque quattuor solae erant a partibus urbis, in quis habitabant, Suburrana, Palatina,

§ 10. *piscendo*, ad. — *Fabatorum*, Pigh. annall. 3, 45., Tit. locc. controv. 2, 6. — *Lentulorum*, Barbar. *Lentinorum*, θ T a d. — *quisquis*, r. — *genus optime*, T. — *familiae*, d. *familia*, a. *familia a bubulco nomen invenit qui*, Pint. — *nominarunt*, θ a d. *nominaverunt*, β. — *confarreationis*, Dalec. *confarr. et ationis*, θ. *conferretationis*, a d. *confarrationis*, β.

§ 11. *Cato* de re rust. praef. § 2. — *cum*, T a. *quem*, d β γ. — *bonum agricolam*, haec vv. ego recepi ex Catone, idque confirmatur verbis statim sequentibus ex optimis libris emendatis. Omitt. a d β γ. — *bonumque*, θ a. *bonum*, T d β γ. — *existimabantur*, θ a d r. *existimabant*, β γ. — *dicebantur*, a. — *censoris*, θ a. — *dicebantur*, a. — *Nunc*, a d. — *benivolentia*, d. *bonivolentia*, a. — *ne*, a d. *ne quis*, θ.

§ 12. *bouum*, d. — *Bubetios*, a (codd. Gel.) *Bubetium*, d. — *primum*, θ T a d. *primus*, β γ. — *significavit*, a. — *puueri*, a. *puerum*, d. — *XI*, a. — *capital*, θ a (cod. vetustissimus ap. Oudend. ad Suet. Cal. 24.) *capitale*, d β. — *sacratumque*, Lips. epist. quaest. 4, 26. — *noxiamve duplionemve*, θ a d. *noxamve duplionemve*, β. *noxiamque duplione*, Hard. e codd. (?), γ. *noxaeve duplionem*, Lips.

Collina, Exquilina. Nundinis urbem revisitabant et ideo comitia nundinis habere non licebat, ne plebes rustica avocaretur. Quies somnusque in stramentis erat. Gloriam denique 14
ipsam a farris honore adoream appellabant. Equidem ipsa etiam verba priscae significationis admiror; ita enim est in conmentariis pontificum: „augurio canario agendo dies constituantur priusquam frumenta vaginis exeant et antequam in vaginas perveniant."

4. Ergo his moribus non modo sufficiebant fruges, nulla 15
provinciarum pascente Italiam, verum etiam annonae vilitas incredibilis erat. Manius Marcius aedilis plebis primus frumentum populo in modios assibus datavit. L. Minutius Augurinus, qui Sp. Maelium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit. undecumus plebei tribunus, qua de causa statua ei extra portam trigeminam a populo stipe conlata statuta est. T. Seius in aedilitate assibus populo 16
frumentum praestitit, quam ob causam et ei statuae in Capitolio ac palatio dicatae sunt; ipse supremo die populi umeris portatus in rogum est. Verum quo anno mater deum advecta Romam est, maiorem ea aestate messem quam antecedentibus annis decem factam esse tradunt. M. Varro auctor est, cum 17
L. Metellus in triumpho plurumos duxit elephantos, assibus singulis farris modios fuisse, item vini congios ficique siccae pondo XXX, olei pondo X, carnis pondo XII. Nec e latifundiis singulorum contingebat arcentium vicinos, quippe etiam lege Stolonis Licini incluso modo quingentorum iugerum et ipso sua lege damnato, cum substituta fili persona amplius

§ 13. *urbanae*, d. *uanae* spatio praemisso duarum litterarum, a. — *ignominia*, θ T a d r. *ignominiae*, β. — *quis*, d. *quas*, a. *quibus*, θ. — *Suburana*, a. *Saburrana*, Barbar. — *revisebant*, K. — *nisi nundinis*, K. At v. Gesner. chrestom. Plin. p. 576 seq. — *habere*, a d. *haberi*, β. — *plebes*, a. *plebs*, d β γ.

§ 14. *onere*, a. — *adoriam*, a d. — *ipsa*, θ. Omitt. a d β. — *enim est*, a. *est enim*, d. *est etiam*, T. — *perveniunt*, a[1].

§ 15. *nulli*, a d. — *plebilis*, D a. — *primus*, Bentl. ad Horat. serm. II. 3, 156. *primum*, a d β γ. — *medios*, d. *medio*, θ a. — *passibus*, θ. — *datavit*, θ. *dotavit*, d. *donavit*, a β γ. — *L.*, d. Omitt. a β. — *Spurium Aelium*, a. *Spurium elium*, d.

§ 16. *T. Seius*, ita nos scripsimus. *T. Sesius*, d. *Treius*, θ a. *Trebius*, β γ. — *frumentum in medios praestitit*, K. — *Quo verum*, θ T a d. — *Roma*, a. — *ea aestate messem*, codd. Turn. adv. 1, 20. *eam aestate messem*, d. *eam aestate esse*, T a. *ea aestate*, β. — *facta esset*, r.

§ 17. *singulos*, Bentl. l. l. — *ponto* ter, d. *post* ter, a. — *legis*, a. — *ipse*, a. *ipsae*, d.

possideret. Luxuriantis iam rei publicae fuit ista mensura; 18
Mani quidem Curi post triumphos inmensumque terrarum
adiectum inperio nota concio est perniciosum intellegi civem
cui septem iugera non essent satis. Haec autem mensura
plebei post exactos reges adsignata est. Quaenam ergo tantae 19
ubertatis causa erat? Ipsorum tunc manibus inperatorum co-
lebantur agri, ut fas est credere, gaudente terra vomere
laureato et triumphali aratore, sive illi eadem cura semina
tractabant qua bella eademque diligentia arva disponebant
qua castra, sive honestis manibus omnia laetius proveniunt,
quoniam et curiosius fiunt. Serentem invenerunt dati honores 20
Serranum, unde ei et cognomen. Aranti quattuor sua iugera
in Vaticano quae prata Quintia appellantur Cincinnato viator
attulit dictaturam et quidem, ut traditur, nudo plenoque pul-
veris etiamnum ore; cui viator, „vela corpus", inquit, „ut per-
feram senatus populique Romani mandata." Tales tum etiam
viatores erant, quod ipsum nomen inditum est subinde et
ex agris senatum ducesque arcessentibus. At nunc eadem 21
illa vincti pedes, damnatae manus inscriptique voltus exer-
cent, non tam surda tellure, quae parens appellatur colique
dicitur ipsa opere ab his sumpto, ut non invita ea et in-
dignante credatur id fieri. Sed nos miramur ergastulorum
non eadem emolumenta esse quae fuerint inperatorum.

§ 18. *advectum*, d. — *contio*, a. — *exacto rege*, d.

§ 19. *gaudentes*, a.

§ 20. *unde ei et*, θ. *unde*, a d βγ. — *appellatur*, a. — *Cincinator*, a. — *nudo plenoque — ore*; singula huius narrationis verba confirmantur a Livio 3, 26. *togam propere e tugurio proferre uxorem Raciliam iubet, qua simul absterso pulvere ac sudore velatus processit.* Gesner. vero in chrestom. Plin. p. 570. et Klotz. in Iahn. novv. annall.-16. p. 214. adiectivum *nudo* non ad *ore* referendum, sed pro dativo habendum, ut ad *Cincinnato* pertineat, docuerunt coll. Plutarch. Cat. mai. 3., ubi de Valerio Flacco quodam Catoni aequali dicitur: *θέρους δὲ γυμνὸς ἐργασάμενος μετὰ τῶν οἰκετῶν*. Hinc apparet Ed. Huschkii coniecturam, qui in libro: *über die Stelle des Varro von den Liciniern* p. 22. pro *ore* legendum esse *humero* putabat, supervacaneam esse. In codd. vero pro verbis, de quibus agitur, prorsus alia dantur, siquidem habet *manus nodo plenosque nuntia morum* a, *nodo plenosque, nuntia/// morum* d, *nudo plenoque nunti ac morum* D, *nodo manus pleno quae nuncia morum* codd. Turn. adv. 30, 18. — *cui viator*, om. D a d. — *perferam*, θ a d. *proferam*, βγ. V. Gronov. ad Tac. annall. 1, 26. — *et ex*, a. *ex*, T d. — *arcescentibus*, θ a. *arcersentibus*, d. *accersentibus*, β.

§ 21. *inscriptique*, θ T a d. *inscripti*, β. — *tam*, θ a d (codd. Turn.) *tamen*, βγ. — *ipsa*, d. *et ipsa*, a β. — *opere*, ita nos scripsimus. *honere*, a. *honore*, d βγ. — *ab his sumpto*, θ. *his absumpto*, a. *his adsumpto*, d βγ. *hinc*, r. Graviter indignatur Plin. terram dici *coli opere* (quod proprie de re rustica dici constat)

5. Igitur de cultura agri praecipere principale fuit etiam 22
apud exteros, siquidem et reges fecere, Hiero, Philometor Attalus, Archelaus, et duces Xenophon et Poenus etiam Mago, cui quidem tantum honorem senatus noster habuit Carthagine capta ut, cum regulis Africae bibliothecas donaret, unius eius duodetriginta volumina censeret in Latinam linguam transferenda, cum iam M. Cato praecepta condidisset, peritisque Punice dandum negotium, in quo praecessit omnis vir clarissimae familiae D. Silanus. Sapientiae 23
vero auctores et carminibus excellentis quique alii inlustres viri composuissent, quos sequemur, praetexuimus hoc in volumine, non in grege nominando M. Varrone qui octogesimum primum vitae annum agens de ea re prodendum putavit.

IV. Apud Romanos multo serior vitium cultura esse coepit 24
primoque, ut necesse erat, arva tantum coluere, quorum a nobis nunc ratio tractabitur non volgari modo verum, ut adhuc fecimus, et vetustis et postea inventis omni cura perquisitis causaque rerum et ratione simul eruta. Dicemus et sidera siderumque ipsorum terrestria signa dabimus indubitata, quandoquidem qui adhuc diligentius ea tractavere quibusvis potius quam agricolis scripsisse possunt videri.

ab his i. e. servis vilissimis *sumpto* i. e. recepto, quod eodem iure dicitur, quo *laborem sumere* dixit Caesar bell. Gall. 3, 14. At non *tam* est surda terra, ut credere debeas, eam ipsam iniuriam sibi illatam non sentire. Et vere sentit, quod minor iam frugum proventus docet. — *invite*, a. — *indignante*, ita nos scripsimus. *indignate*, θ. *indignata*, dγ. *indigna*, Ta. *indigne ferente*, β. — *credatur*, T. *credantur*, d. *creantur*, a. — *fuerunt*, r.

§ 22. *Philometor Attalus*, Strab. 13. p. 624., Plutarch. Tib. Gracch. 14. Commate interposito duos hinc viros faciunt βγ. — *regulus*, a. — *unus*, d. — *transferendo*, ad. — *Punice*, TDa. *linguae Punicae*, d (Ambr. I. II.) βγ. — *vir*, d. *virtus*, a.

§ 23. *Sapientiae*, DKa. *Sapientes*, d (codd. Gel.) βγ. — *auctores et carminib; excellentes quique alii illustres viri*, D[2]. Omitt. D[1]ad (codd. Gel.) βγ. — *composuissent*, DKad. *complures*, codd. Gel. βγ. — *sequemur*, ita nos scripsimus. *sequentur*, a. *sequimur*, K. *sequeremur*, Tdγ. *sequentes*, codd. Gel. β. — *hoc in*, TKad. *in hoc*, β. — *in grege*, DTd (codd. Turn.) *ingrate*, aβγ. V. Cic. Rosc. Amer. 32, 89. *in grege annumerer*. — *octogesimum*, Dd. *octuagesimum*, Ambr. II. *septuagesimum*, r (Ambr. I.) *LXXXXI.*, a. V. Varr. de re rust. I. 1, 1.

§ 24. *coluere*, d. *colore*, a. — *a nobis*, θad. *nobis*, βγ. — *nunc ratio*, ad. *ratio nunc*, βγ. — *perquisitio*, ad. — *erudita*, r. — *Dicimus*, ad. — *qui*, om. d. — *diligentius ea*, a. *ea diligentius*, dβγ. — *quibusvis*, Tad. *quibusvis oratoribus*, β.

6. Ac primum omnium oraculis maiore ex parte agemus 25
quae non in alio vitae genere plura certiorave sunt. Cur
enim non videantur oracula a certissimo die maxumeque
veridico usu profecta?

V. Principium autem a Catone sumemus. „Fortissimi viri 26
et milites strenuissimi ex agricolis gignuntur minumeque male
cogitantes. Praedium ne cupide emas. In re rustica operae
ne parcas, in agro emendo minume. Quod male emptum
est, semper paenitet. Agrum paraturos ante omnia intueri
oportet aquam, viam, vicinum." Singula magnas interpre-
tationes habent nec dubias. Cato in conterminis hoc amplius 27
aestumari iubet, quo pacto niteant: „in bona enim", inquit,
„regione bene nitent." Atilius Regulus ille Punico bello bis
consul aiebat neque fecundissimis locis insalubrem agrum
parandum neque effetis saluberrimum. Salubritas loci non
semper incolarum colore detegitur, quoniam adsueti etiam in
pestilentibus durant. Praeterea sunt quaedam partibus anni 28
salubria, nihil autem salutare est nisi quod toto anno salubre.
Malus est ager cum quo dominus luctatur. Cato inter prima
spectari iubet ut solum sua virtute valeat qua dictum est
positione, ut operariorum copia prope sit oppidumque vali-
dum, ut navigiorum evectus vel itinerum, ut bene aedifica-
tus et cultus, in quo falli plerosque video; segnitiem enim
prioris domini pro emptore esse arbitrantur; nihil est damno-
sius deserto agro. Itaque Cato, de bono domino melius 29
emi, nec temere contemnendam alienam disciplinam, agroque

§ 25. *maiori*, d. — *ex*, d. *e*, a². *a*, a¹. — *genere vitae*, d. — *deo*, Pint. et Lips. epist. quaest. 2, 3.

§ 26. *Fortissimi* — *cogitantes*, sunt haec in brevius contracta ex Cat. de re rust. praef. § 4. — *Praedium* seqq., item in brevius contracta ex Cat. de re rust. 1. — *opere*, a. *opari*, d. *operari*, T. — *aquam viam*, codd. Turn. adv. 1, 20. *aquam vim*, a d. *aquarum vim*, *β*. V. Columell. I. 3, 3. — *vicinum*, codd. Turn. *aut vicinum*, a d. *et vicinum*, *βγ*. — *dubius*, a.

§ 27. *Cato* l. l. § 2. — *existimari*, d. — *niteant*; pro h. v. habent *iubeant* a d. — *bona*, T d. *bono*, *θ* a. — *enim*, T a d. *est*, *θβ*. — *regione*, T d. *religione*, *θ* a. — *nitent*, T. *nitenti*, *θ* a d. *nitere*, *β*.

§ 28. *partibus*, a. *in partibus*, T d. — *salubre est*, *θ*. — *ut solum*, a d. *non solum*, K. *num solum*, Pint. et Pontedera antiquitt. p. 27., ad Caton. de re rust. 1, 2. — *valeat*, d. *aleat*, a. *alat*, r. — *dictum est* 17, 36. — *ut bene*, d. *tum bene*, a. — *segnitiam*, d. *segnitio*, a. — *arbitratur*, a d. — *damno eius desertus ager*, a. *dampmo eius desertius agro*, d. His ex lectionibus colligere licet, vulgatam scripturam interpolatione non esse vacuam, et facile varia coniici possunt. Sed supra hariolationes vix progrediaris, et cum sententia loci vix per eas mutetur, in vulgata acquiesco.

ut homini, quamvis quaestuosus sit, si tamen et sumptuosus, non multum superesse. Ille in agro quaestuosissimam iudicat vitem, non frustra, quoniam ante omnia de inpensae ratione cavit; proxume hortos riguos, nec id falso, si sub oppido sint; et prata antiqui parata dixere. Idemque Cato interro- 30
gatus quis esset certissimus quaestus respondit: „si bene pascas"; quis proxumus? „si sat bene". Summa omnium in hoc spectando fuit ut fructus is maxume probaretur qui quam minumo inpendio constaturus esset. Hoc ex locorum occasione aliter alibi decernitur; eodemque pertinet, quod agricolam vendacem esse oportere dixit. Fundum in adulescentia 31
conserendum sine cunctatione, aedificandum non nisi consito agro, tunc quoque cunctanter; optumumque est, ut volgo dixere, aliena insania frui, sed ita ut villarum tutela non sit oneri. Eum tamen qui bene habitet saepius ventitare in agrum frontemque domini plus prodesse quam occipitium non mentiuntur.

VI. 7. Modus hic probatur ut neque fundus villam quae- 32
rat, neque villa fundum, non, ut fecerunt iuxta diversis eadem aetate exemplis L. Lucullus et Q. Scaevola, cum villa Scaevolae fructus non caperet, villam Luculli ager, quo in genere censoria castigatio erat minus arare quam verrere. Nec hoc sine arte quadam est. Novissimus villam in Misenensi posuit C. Marius septiens consul, sed peritia castra metantis, sic ut conparatos ei ceteros etiam Sulla Fe-

§ 29. *Cato* de re rust. 1, 4. — *emi*, a. *enim*, d. — *agroque*, a. *agrorum qui*, d. — *iudicat*, Tadr. *indicat*, β. — *impensae*, d. *inpensa*, a.

§ 30, *pascat*, Barbar. K. — *qui proximus*, ad. — *si sat bene*, ita nos scripsimus. *sit. at bene*, DPad. *si satis bene*, Ian. obss. critt. in Plin. nat. hist. p. 17. coll. Cic. de offic. II. 25, 89. *si arat bene*, Barbar. K. *si mediocriter pascas*, $\beta\gamma$ ex Columell. VI. praef. § 4. — *minime*, a. — *dixit* de re rust. 2, 7.

§ 31. *Fundum* rel., Cato de re rust. 3, 1. — *sine cunctatione aedificandum*, omitt. ad. At v. Cat. — *consitio*, a. — *cunctanter et ita, ut villarum tutela non sit oneri. Optimumque est, ut vulgo — frui. Eum tamen qui*, Pint. — *esse*, Dalec. — *ut vulgo*, a. *vulgo*, d. — *Eum tamen* rel., Cato de re rust. 4.

§ 32. *fecerit*, θad. Plin. videtur *fecere id* scripsisse. — *diversum*, ad. — *et Q.*; pro his vv. habet *equę* a, *atque* d. — *fructus non*, θad (codd. Turn. adv, 30, 18.) *fundus*, $\beta\gamma$. — *caperet*, codd. Turn. *caret*, θad. *careret*, $\beta\gamma$. — *villam*, θd (codd. Turn.) *villa*, a$\beta\gamma$. — *ager*, θad (codd. Turn.) *agro*, $\beta\gamma$. — *vertere*, Pint. — *Misinensi*, ad. — *castra metantis*, ita nos scripsimus. *castra metanti*, a. *castrametandi*, d$\beta\gamma$. — *comparatos*, codd. Gel. *conparatus*, ad. — *ei ceteros*, codd. Gel. *et ceteros*, d. *et ceteri*, a.

lix caecos fuisse diceret. Convenit neque iuxta paludis po- 33
nendam esse neque adverso amne, quamquam Homerus omnino e flumine semper antelucanas auras insalubris verissime tradidit. Spectare in aestuosis locis septentriones debet, meridiem in frigidis, in temperatis exortum aequinoctialem. Agri ipsius bonitas quibus argumentis iudicanda sit, quamquam de terrae genere optumo disserentes abunde dixisse possumus videri, etiamnum tamen traditas notas subsignabimus Catonis maxume verbis: „ebulum vel prunus silvestris 34
vel rubus, bulbus minutus, trifolium, herba pratensis, quercus, silvestris pirus malusque frumentarii soli notae; item nigra terra, at et cinerei coloris. Omnis creta coquet nisi permacra, sabulumque, nisi id etiam pertenue est, et multo campestribus magis quam clivosis respondent eadem." Modum agri 35
in primis servandum antiqui putavere; quippe ita censebant, satius esse minus serere et melius arare, qua in sententia et Vergilium fuisse video; verumque confitentibus latifundia perdidere Italiam, iam vero et provincias. Sex domini semissem Africae possidebant, cum interfecit eos Nero princeps, non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio qui numquam agrum mercatus est conterminum. Agro empto domum vendendam inclementer atque non ex utilitate publici status Mago censuit hoc exordio praecepta pandere ingressus, ut tamen adpareat adsiduitatem desideratam ab eo. Dehinc peritia vilicorum in cura habenda est multaque de 36
his Cato praecepit; nobis satis sit dixisse quam proxumum domino corde esse debere et tamen sibimetipsi non videri.

caccos, a. — *diceret*, codd. Gel. *dicere*, a d.

§ 33. *neque — neque*, a d. *nec — neque*, $\beta\gamma$. — *adverso*, a. *ex adverso*, T d. — *Homerus* Odyss. ε, 469. — e, omitt. a d. — *aestivosis*, θ. — *in* ante *temperatis* omitt. a d. — *genere optimo*, a d. *optimo genere*, $\beta\gamma$. — *disserentes* 17, 25 seqq. — *etiannum*, a. — *Catonis*. Cum eorum, quae infra sequuntur, nihil iam apud Catonem exstet, Pint. *Columellae* reponere voluit coll. Colum. II. 2, 14. 20., Hard. *Magonis*, Klotz. in Iahn. horreo 10, 59. aut Pintiano accedendum aut *Co.* (i. e. Cornelii) *Celsi* legendum esse censet.

§ 34. *malusque*, a. *malus*, d. — *frumentari*, a. — *terra, at et*, ita nos scripsimus. *terreat et*, a. *terra et*, d $\beta\gamma$. — *coquet*, a. *quoquet*, d. *coquit*, $\beta\gamma$. — *sabulumque*, θ d. *sabulum*, a β. — *nisi id etiam*, θ a d. *etiam nisi id*, β.

§ 35. *Vergilium* georg. 2, 397. — *latifundiam*, d. *latifundium*, a. — *fraudabo — Pompeium*, K. — *Gn.*, a. — *censuit*, a. *statuit*, T d.

§ 36. *vilicorum*, a ubique. — *his*, a. *iis*, d $\beta\gamma$. — *Cato* de re rust. 5. — *corde*, a. *corda*, d. *cordi*, β. — *sémetipsi*, a. — *ab*, θ d. Omitt. a β. — *quicquid*, a. —

Coli rura ab ergastulis pessimum est et quidquid agitur a desperantibus. Temerarium videatur unam vocem antiquorum posuisse, et fortassis incredibile penitus aestumetur, nihil minus expedire quam agrum optume colere. L. Tarius Rufus 37 infima natalium humilitate consulatum militari industria meritus, antiquae alias parsimoniae, circiter milies HS. liberalitate divi Augusti congestum usque ad detractationem heredis exhausit agros in Piceno coemendo colendoque in gloriam. Internecionem ergo famemque censemus? immo, Hercules, modum, iudicem rerum omnium utilissimum. Bene 38 colere necessarium est, optume damnosum, praeterquam subole, suo colono aut pascendis; alioqui colente domino aliquas messis colligere non expedit, si conputetur inpendium operae. Nec temere olivam nec quasdam terras diligenter colere, sicut in Sicilia, tradunt; itaque decipi advenas.

8. Quonam igitur modo utilissime coluntur agri? Ex ora- 39 culo scilicet, malis bonis. Sed defendi aequom est abavos qui praeceptis suis prospexere vitae; namque cum dicerent malis, intellegere voluere vilissimos. Summum providentiae illorum fuit ut quam minumum esset inpendi; praecipiebant enim ista qui triumphales denas argenti libras in supellectile crimini dabant, qui mortuo vilico relinquere victorias et reverti in rura sua postulabant, quorum heredia colenda suscipiebat res publica, exercitusque ducebant senatu illis vilicante. Inde illa reliqua ex oraculo: nequam agricolam 40 esse, quisquis emeret quod praestare ei fundus posset, malum

potuisse, ad. — *incredibile*, d. *incredibile ni*, T. *incredibilem*, a. — *aestimetur*, θad. *existimetur*, β.

§ 37. *Tatius*, K. — *ab infima*, Td. — *militare*, a. — *milies HS.*, d. *in* (i. e. *III*), a. *mille siclum* vel *sestertium*, Barbar. — *detractationem*, a². *detractionem*, a¹. *detrectationem*, dβγ. — *exausit*, a. — *Picoeno*, a. — *In gloria internecionem*, Hard. — *Hercules*, Tad. *Hercule*, β. — *modum*, Td. *modu*, a². *modo*, a¹. — *iudicem*, θTad. *iudico*, β. — *omnium rerum*, Td.

§ 38. *suo*, θTad. *sua*, Barbar. β. — *colono aut*, θTad. *colonove*, Barbar. β. — *colente*, θTad. Om. β.

§ 39. *coluntur*, ad. *colentur*, β. — *defendendi*, d. — *abavis*, a. — *prospexere praeceptis suis*, d. — *namque*, θTad. *Nam*, β. *Nec*, Gesner. chrestom. Plin. p. 595. — *Summa prudentiae*, Pint. — *esse*, a. — *triumphales*, ad. *triumphali*, β. — *rura sua*, ad. *sua rura*, βγ. — *heredia*, Td (codd. Turn. adv. 30, 18.) *herendia*, θa. *praedia*, β. — *respublica*, ad. *P. R.*, T. — *illi*, a.

§ 40. *Inde*, d. *In die*, a. — *ex oraculo*, ita nos scripsimus. *exoracula*, a. *oracula*, dβγ.

*

patrem familias, quisquis interdiu faceret quod noctu posset, nisi in tempestate caeli, peiorem qui profestis diebus ageret quod feriatis deberet, pessimum qui sereno die sub tecto potius operaretur quam in agro. Nequeo mihi temperare quo 41
minus unum exemplum antiquitatis adferam, ex quo intellegi possit apud populum etiam de culturis agendi morem fuisse qualiterque defendi soliti sint illi viri. C. Furius Chresimus e servitute liberatus, cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet quam ex amplissimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas perliceret veneficiis. Quamobrem ab Sp. Albino curuli aedile die dicta, metuens 42
damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit et adduxit familiam validam atque, ut ait Piso, bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, gravis ligones, vomeres ponderosos, boves saturos. Postea dixit: veneficia mea, Quirites, haec 43
sunt nec possum vobis ostendere aut in forum adducere lucubrationes meas vigiliasque et sudores. Omnium sententiis absolutus itaque est. Profecto opera inpensa cultura constat, et ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Reliqua praecepta reddentur suis locis, quae propria 44
generum singulorum erint; interim conmunia quae succurrunt non omittemus et in primis Catonis humanissimum utilissimumque, id agendum ut diligant vicini; causas reddit ille; nos existumamus nulli esse dubias. Inter prima idem

possit, a. — *professis*, a d. — *operaretur potius*, d.

§ 41. *mihi*, a. *me m*, d. *me*, T. — *morem*, a d. *modum*, θ in emendatione. — *qualiterque*, θ T a d r. *qualiter*, β. — *Chresimus*, ita nos scripsimus. *Cresimus*, θ d. *Cressimus*, a [2]. *Crescimus*, a [1]. *Cresinius*, codd. Turn. adv. 30, 18. *Cresinus*, $\beta\gamma$. — *perliceret*, a. *pelliceret*, d $\beta\gamma$. — *veneficiis*, a.

§ 42. *ab*, a. *a*, d $\beta\gamma$. — *aedile*; h. v. nos inseruimus, cum *curuli* simpliciter dictum nullum sensum praebeat. Omitt. a d $\beta\gamma$, et quam facile omitti potuerit, non est quod doceam. — *familiam*, Hard. *filiam*, a d β.

§ 43. *beneficia*, d. — *Omnium*, a (codd. Gel.) *Omnibus*, T d. — *absolutus itaque est. Profecto*, a d r. *absolutus. Itaque est profecto*, codd. Gel. β. — *inpensa*, a. *non impensa*, d $\beta\gamma$.

§ 44. *erint*, a. *erunt*, d $\beta\gamma$. At v. Lachmann. ad Gai. I. § 146. p. 75. et Halm. anal. Tull. 1. p. 3. — *Catonis* de re rust. 4. — *utilissimumque*, θ T d. *utilissimum*, a. *et utilissimum*, β. — *diligant'*, d. — *vicini*, d. *vicinis*, a. *se vicini*, θ. — *reddidit*, d. *reddit ille causas*, r. — *nos*, θ T d. *quas*, β. Om. a. — *dubios*, a. — *nec*, a [1]. — *male sit*, T. *male sint*, a. *malae sint*, d $\beta\gamma$. V. Schneider. ad Cat. de re rust. 5, 1. — *iterum*, a. *iterumque*, d $\beta\gamma$. — *et*, a d. *ex*, γ.

cavet ne familiae male sit. Nihil sero faciendum in agricultura omnes censent, iterum suo quaeque tempore facienda, et tertio praecepto praetermissa frustra revocari. De terra 45
cariosa exsecratio Catonis abunde indicata est, quamquam praedicere non cessat is: quidquid per asellum fieri potest, vilissime constat. Felix biennio moritur, si frondem agere non patiaris; id efficacissime contingit germinantis ramis baculo decussis; sucus enim ex ipsa defluens necat radices. Aiunt et circa solstitium avolsas non renasci nec harundine 46
sectas aut exaratas vomeri harundine inposita. Similiter et harundinem exarari felice vomeri inposita praecipiunt. Iuncosus ager verti pala debet aut in saxoso bidentibus; frutecta igni optume tolluntur. Umidiorem agrum fossis concidi atque sic- 47
cari utilissimum est, fossas autem cretosis locis apertas relinqui, in solutiore terra saepibus firmari, declivis imbricibus aut supinis lateribus procumbere, quasdam occaecari et in alias dirigi maiores patentioresque et, si sit occasio, silice vel glarea sterni; ora autem earum binis utrimque lapidibus statuminari et alio superintegi. Silvae exstirpandae rationem Democritus prodidit, lupini flore in suco cicutae uno die macerato sparsisque radicibus.

VII. 9. Et quoniam praeparatus est ager, nunc indicabitur 48
natura frugum. Sunt autem duo prima earum genera: frumenta, ut triticum, hordeum, et legumina, ut faba, cicer; differentia notior quam ut indicari deceat.

§ 45. *Catonis* de re rust. 5, 6. — *indicata est* 17, 34. — *praedicare*, K. — *quicquid*, a. — *Felix*, a. *Filix*, d$\beta\gamma$. — *baculos*, a.

§ 46. *felice*, a. *filici*, d. *filice*, $\beta\gamma$. — *Iunco sucus acer*, d. — *aut*, a d. *at*, $\beta\gamma$. *ante infractus*, θ in emendatione. *at saxosus*, Dalec. — *frutecta*, a d (codd. Gel. et vetustissimi ap. Oudend. ad Appul. metam. p. 237.) *fruteta*, β.

§ 47. *fossis*, d (codd. Gel. et Turnebi adv. 1, 20.) *fossi*, a. *fossione*, r. — *cretosis*, Barbar. d (codd. Gel.) *retusis*, a. — *solutione*, a d. — *terrae*, d. — *declivis* (i. e. declives fossas) *imbricibus*, ita nos scripsimus coll. Columell. II. 2, 9: *sed patentes latius, apertas summa parte declivesque et ad solum coarctatas imbricibus supinis similes facere conveniet. divis in eprocibus*, θ. *ine procibus*, D. *in eprocibus*, T d. *in reprocibus*, codd. Turneb. adv. 30, 18. *ne procibus*, a. *ne procidant*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *lateribus similes procumbere*, Dalec. — *obserari*, K. — *derigi*, d. — *patentiores*, d. *potentioresque*, θK. *po . . tentioresque*, a. — *et si sit*, θ. *sit*, a d. *si sit*, $\beta\gamma$. — *statuminari*, θ^1T d (codd. Gel.) *istatuminari*, a. *intus muniri*, θ^2.

§ 48. *natura*, post v. *ager* collocant $\beta\gamma$. Ceterum haec omnia sunt desumpta ex Theophr. hist. plant. VIII. 1, 1 seqq. — *notior*, T a. *vero notior*, d$\beta\gamma$. — *debeat*, T.

10. Frumenti ipsius totidem genera per tempora satu 49
divisa: hiberna quae circa vergiliarum occasum sata terra
per hiemem nutriuntur, ut triticum, far, hordeum; aestiva
quae aestate ante vergiliarum exortum seruntur, ut milium,
panicum, sesima, horminum, irio, Italiae dumtaxat ritu;
alioquin in Graecia et in Asia omnia a vergiliarum occasu
seruntur, quaedam autem utroque tempore in Italia, ex his
quaedam et tertio veris. Aliqui verna milium, panicum, 50
lentem, cicer, alicam appellant, sementiva autem triticum,
hordeum, fabam, napum, rapam. Et in tritici genere pars
aliqua pabuli est quadripedum causa sati, ut farrago, et in
leguminibus, ut vicia; at conmune quadripedum hominumque
usui lupinum. Legumina omnia singulas habent radices 51
praeter fabam easque surculosas, quia non in multa divi-
duntur, altissimas autem cicer. Frumenta multis radicantur
fibris sine ramis. Erumpit a primo satu hordeum die septumo,
legumen quarto vel cum tardissime septumo, faba a xv. ad
xx., legumen in Aegypto tertio die. Ex hordeo alterum ca-
put grani in radicem exit, alterum in herbam quae et prior
floret. Radicem crassior pars grani fundit, tenuior florem;
ceteris seminibus eadem pars et radicem et florem. Frumenta 52
hieme in herba sunt, verno tempore fastigantur in stipulam
quae sunt hiberni generis, at milium et panicum in cul-
mum geniculatum et concavom, sesima vero in ferulaceum.

§ 49. *satu*, ad. *satus*, K. — *far*, omitt. ad. — *urminum*, ad. — *irlio*, a. — *alioquin*, a. *alioqui*, dγ. — *in Asia*, a. *Asia*, d$\beta\gamma$. — *a vergiliarum*, T. *vergiliarum*, ad$\beta\gamma$. V. § 201. — *veris*, Ta. *veris scilicet*, d$\beta\gamma$.

§ 50. *Alioqui verna* — *cicer aliqui appellant*, Salmas. de hyle p. 72. b. E. — *sementiva*, Td. *sementivam*, a. *sementica*, K. — *napum*, omitt. ad. — *vitia*, a. — *ad*, ad.

§ 51. *Legumina omnia*, Theophr. hist. plant. VIII. 2, 3. — *quia non*, ad. *quae non*, T. Multa in his mutat Pint. — *legumen*, D. Idem cum spatio duarum litterarum post ipsam vocem habet cod. a. *legumina*, d$\beta\gamma$. Numerum qui statim sequitur *quarto* Ursin. ad Varr. de re rust. I. 45, 1. in *quinto* mutavit, Pint. vero hoc numero servato statim infra *vel cum tard. quinto* legit. — *a XV. ad*, a. *a XV. aut*, T. *XV. aut*, d. — *ceteris leguminibus eadem*, Pint. — *radicem et florem*, a. *radicum et florum*, d.

§ 52. *hiemi*, a. Ceterum v. Theophr. l. l. et VIII. 3, 2. — *fastigantur*, Td. *fa . tigantur*, a (erasa, ut videtur, littera *g*). *spicantur*, θ. *fastigiantur*, β. — *et panicum*, a. *panicum*, d. — *culmen*, a. — *sisemina*, a. — *satorum*, d. *saturorum*, a. *sativorum*, θT. — *ut tritici*, d. *aut tritici*, a. — *contra aves et parvas*, D[2]. Omitt. D[1]Tad$\beta\gamma$, sed vestigia verae lectionis in his quoque codd. remanserunt, uti ex proxima voce apparet. — *quadripedes*, Da. *quadrifide*, d. *quadri file*, T. *quadrifido* vel *quadripedi*, codd. Turn. adv. 30, 18.

Omnium satorum fructus aut spicis continetur, ut tritici, hordei, muniturque vallo aristarum contra avis et parvas quadripedes, aut includitur siliquis, ut leguminum, aut vasculis, ut sesimae ac papaveris. Milium et panicum tantum pro indiviso 53
et parvis avibus expositum est; indefensa quippe membranis continentur. Panicum a paniculis dictum, cacumine languide nutante, paulatim extenuato culmo paene in surculum, praedensis acervatur granis cum longissima pedali phoba; milio comae granum conplexae fimbriato capillo curvantur. Sunt 54
et panico genera: mammosa, e pano parvis racemata paniculis, et cacumine gemino; quin et colore distinguntur candido, nigro, rufo, etiam purpureo. Panis multifariam et e milio fit, e panico rarus; sed nullum ponderosius frumentum est aut quod coquendo magis crescit; LX pondo panis e modio reducunt modiumque pultis ex tribus sextariis madidis. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam 55
invectum est nigro colore, amplum grano, harundineum culmo; adulescit ad pedes altitudine septem, praegrandibus culmis, — phobas vocant, — omnium frugum fertilissimum; ex uno grano terni sextarii gignuntur; seri debet in umidis. Frumenta quaedam in tertio genu spicam incipiunt conci- 56
pere, quaedam in quarto, sed etiamnum occultam; genicula autem sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo octona. Sed non ante supra dictum geniculorum numerum conceptus est

§ 53. *et panicum*, θad. *ac panicum*, β. — *producta divisa et parvis*, K. — *expositum est*, θTad. *exposita sunt*, β. — *continetur*, ad. — *extenuata*, a. — *acervatum*, a[1]. *acervato*, Barbar. — *longissimo*, Barbar. — *phoba*, Turneb. et Schneid. ad Theophr. hist. plant. VIII. 4, 4. *obfa*, DTadr (codd. Turneb.) *loba*, Barbar. *offa*, Salmas. exerc. p. 90. a. A. *obba*, β. — *milio*, D[2]. *miliae*, D[1]ad (ita ut in codd. duae voces *ob familiae* iunctae legantur). *milii*, βγ. — *fibriato*, a.

§ 54. *mammosa*, θTa[2]d. *mammoso*, a[1]β. *mammosum*, K. — *e pano*, θa. *ac pano*, Td. *est pano*, K. — *racemata*, θTad. *racemato*, β. — *distinguntur*, Da. *distinguitur*, θdγ. — *ruffo*, β. — *multifariā*, D. *multifaria*, a. *multifarie*, dβγ. V. Hand. Tursell. 3, 664. — *rarus*, θTad. *rarius*, β. — *ponderosius frumentum*, Dd. *ponderosius frumento*, a. *frumentum ponderosius*, codd. Gel. βγ. — *crescit*, a. *crescat*, dβγ. — *LX*, adr. *LX enim*, β. — *reducunt*, a. *redicunt*, d. *reddit*, Pint. K. Mihi ex vestigiis cod. d *redire dicunt* scribendum videtur.

§ 55. *nigro*, a. *nigrum*, dβγ. — *pedes altitudine septem*, d. *pedis altitudin*, a. — *culmis*, d. *cumis*, a. *comis*, T. — *phobas*, Scaliger ad Varr. de ling. Lat. p. 73. ed. Bip. et Massarius ad 9, 30. *lobas*, adβγ. *iubas*, Salmas. exerc. p. 89. b. D.

§ 56. *Frumenta quaedam*, Theophr. hist. plant. VIII. 2, 4. — *genu*, θTadr. *geniculo*, β. — *etiannum*, a. — *farris*, ad. — *octona; et non ante*, K.

spicae, qui ut spem sui fecit, quattuor aut quinque tardissime diebus florere incipiunt totidemque aut paulo pluribus deflorescunt, hordea vero cum tardissime septem. Varro quater novenis diebus fruges absolvi tradit et mense nono meti. Fabae in folia exeunt ac deinde caulem emittunt nul- 57
lis distinctum internodiis. Reliqua legumina surculosa sunt; ex his ramosa cicer, ervom, lens. Quorundam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, ut pisorum; quod si non habuere, deteriora fiunt. Leguminum unicaulis faba sola, unus et lupinis, sed ceteris ramosus praetenui surculo, omnibus vero fistulosus. Folium quaedam ab radice 58
mittunt, quaedam a cacumine. Frumentum et hordeum viciaque et quidquid in stipula est, in cacumine unum folium habet; sed hordeo scabra sunt, ceteris levia; ....., multifida contra faba, cicer, pisum. Frumentis folium harundinaceum, fabae rotunda et magnae leguminum parti, longiora erviliae et piso, phasiolis venosa, sesimae et irioni sanguinea. Cadunt folia lupino tantum et papaveri; legumina diutius 59
florent et ex his ervom ac cicer, sed diutissime faba XL diebus, non autem singuli scapi tamdiu, quoniam alio desinente alius incipit, nec tota seges sicut frumenti pariter; siliquantur vero omnia diversis diebus et ab ima primum parte, paulatim flore subeunte. Frumenta cum defloruere, 60

quae ut, Pint. — *vero*, a. Omitt. T d. — *Varro* de re rust. 1, 32., ubi v. Schneid., plane alios numeros exhibet. *ter quindenis* vel *quinquies novenis*, Pint. *quadragenis quinis*, Ursin. ad Varr. — *fruges*, om. d[1].

§ 57. *caules*, θ d. — *nullis*, a[2] d. *nullus*, a[1]. *in nullis*, T. *multis*, Dalec. Om. Pint.; at v. Schneid. ad Theophr. hist. plant. VIII. 3, 2. — *Quorundam caules*, Theophr. l. l. VIII. 3, 2. — *pisorum; quod si non*; pro his vv. habent *piscandum nisi* D a, *piscandunt n* d. — *aut deteriora*, a d. Vulgatam ex archetypo corrupto esse interpolatam nemini codicum lectiones intuenti dubium esse potest. Plin., nisi egregie fallor, scripserat: *sparguntur in terram, si non habeant adminiculum ut apiscantur; nisi habuere, ... aut deteriora fiunt.* Puncta a nobis posita indicant sententiam a particula *aut* incipientem, quae ipsa effecit, ut librarius archetypi oculis ad alterum *aut* aberrans illam omitteret; verbo *apisci* Plin. usus est etiam 35, 78. — *sed*, ita nos scripsimus. *et*, T a d. Omitt. $\beta\gamma$. *lupinis praetenui surculo, ceteris ramosus*, Pint. — *fistulosis*, a d.

§ 58. *Frumentum*, a d. *Frumentum vero*, γ. — *viciaque*, duo codd. Hard. *vitiaque*, r. *vitiumque*, a. *utrimque*, T d. *utrumque*, β. — *quicquid*, a. — *multifida*, ita nos scripsimus. *multificia*, a d. *multiplicia*, $\beta\gamma$. Ceterum huic voci a Plinio praemissa erant simplicia vel solida nonnullarum plantarum folia, quod clarissime docet adverbium *contra* aliter ineptissime positum; hinc lacunae signum posui. — *faba cicer pisum*, T d. *fab cicer pisum*, a. *fabae, ciceri, piso*, $\beta\gamma$. Ex

crassescunt maturanturque cum plurumum diebus quadraginta, item faba, paucissimis cicer; id enim a sementi diebus XL perficitur. Milium et panicum et sesima et omnia aestiva XL diebus maturantur a flore magna terrae caelique differentia; in Aegypto enim hordeum sexto a satu mense, frumenta septumo metuntur, in Hellade VII. hordeum, in Peloponneso octavo et frumenta etiamnum tardius. Grana in stipula crinito textu spicantur; in faba leguminibusque alternis lateribus siliquantur. Fortiora contra hiemes frumenta, legumina in cibo. Tunicae frumento plures; hordeum maxume 61
nudum et arinca, sed praecipue avena. Calamus altior frumento quam hordeo, arista mordacior hordeo. In area exteruntur triticum et siligo et hordeum; sic et seruntur pura qualiter moluntur, quia tosta non sunt; e diverso far, milium, panicum purgari nisi tosta non possunt; itaque haec cum suis folliculis serantur cruda. Et far in vaginulis suis servant ad satus atque non torrent.

11. Levissimum ex his hordeum raro excedit XV libras et 62
faba XXII; ponderosius far magisque etiamnum triticum. Far in Aegypto ex olyra conficitur; tertium genus spicae hoc ibi est. Galliae quoque suum genus farris dedere quod illic bracem vocant, apud nos sandalam, nitidissimi grani. Et alia differentia, quod fere quaternis libris plus reddit panis

scriptura codd. iam recepta apparet in verbis omissis verbum *habent* lectum fuisse. — *harundinaceum*, a. *harundineum*, θ d $\beta\gamma$. — *rotunda*, a. *rotundum*, d $\beta\gamma$.

— *magna* — *parte*, a. — *longiores viliae*, a. *longiore//// villae*, d. — *phasiolis*, codd. Hard. *pasiolis*, a. *passiolis*, d. *faseolis*, $\beta\gamma$. — *et irioni*; pro his vv. habet *cstrioni* a, *irioni* d, *erysimo* Dalec.

§ 59. *legumina diutius*, Theophr. l. l. VIII. 2, 4. — *alius*, a. *aliud*, d. — *siliquantur*, d. *siliquam tam*, a. — *subeunte*, d. *subiunctę*, a.

§ 60. *Frumenta cum defloruere*, Theophr. l. l. VIII. 2, 7. — *maturantque cum pluribus*, T. — *quadraginta*, a d. *quadraginta perficiuntur*, r. — *id*, om. d. — *sementi*, a. *sementis*, d. *semente*, $\beta\gamma$. — *sesina*, a[2]. *semina*, a[1]. — *ordeum*, a. — *Hellade VII.*, θ. *Hellade*, a d $\beta\gamma$. — *Peloponenso*, a. — *etiannum*, a. — *contra hiemes*, θ T d. *hieme*, a. *ad hiemes*, β. V. Theophr. l. l. VIII. 3, 5.

§ 61. *arinca sed*, d. *aruncas et*, a. *alica*, K. Multa in his mutat Pint. — *silico*, a. — *moluntur*, d r. *moliuntur*, a β. — *tosta*, d. *torta*, a[2]. *tota*, a[1]. — *purgari*, om. d. — *serantur*, a d. *seruntur*, $\beta\gamma$. — *ad*, d. *at*, a.

§ 62. *etiannum*, a. — *bracem*, T a d. *bracum*, θ. *brance*, β. — *sandalam*, a r (unus liber ap. Turneb. adv. 30, 18.) *scandalam*, θ. *scandalum*, d (alter liber Turnebi). *sandalum*, β. — *Et alia differentia*, a. *Est alia differentia*, T d (in quo *est* correctum). *Est et alia differentia*, θ. *Et alia differentia est*, $\beta\gamma$.

quam far aliud. Populum Romanum farre tantum e frumento
CCC annis usum Verrius tradit.

12. Tritici genera plura quae fecere gentes. Italico nul- 63
lum equidem conparaverim candore ac pondere quo maxume
discernitur; montanis modo conparetur Italiae agris exter-
num, in quo principatum tenuit Boeotia, dein Sicilia, mox
Africa. Tertium pondus erat Thracio, Syrio, deinde et Ae-
gyptio, athletarum cum decreto, quorum capacitas iumentis
similis quem diximus ordinem fecerat. Graecia et Ponticum 64
laudavit, quod in Italiam non pervenit; ex omni eadem ge-
nere grani praetulit dracontion et strangiam et Selinusium
argumento crassissimi calami; itaque pingui solo haec genera
adsignabat; levissimum et maxume inane, speudian, tenuis-
simi calami, in umidis seri iubebat, quoniam multo egeret
alimento. Hae fuere sententiae Alexandro magno regnante, 65
cum clarissima fuit Graecia atque in toto orbe terrarum po-
tentissima, ita tamen ut ante mortem eius annis fere CXLV
Sophocles poeta in fabula Triptolemo frumentum Italicum
ante cuncta laudaverit ad verbum translata sententia:

Et fortunatam Italiam frumento canere candido,

quae laus peculiaris hodieque Italico est, quo magis admiror
posteros Graecorum nullam mentionem huius fecisse frumenti.
Nunc ex his generibus quae Romae invehuntur levissimum 66
est Gallicum atque e Chersonneso advectum; quippe non
excedunt in modium vicenas libras, si qui granum ipsum

Varrius, a. *Varro*, T d (in hoc *a* ab eadem manu correctum videtur). — *tradit*, *θ* T a d. *tradidit*, *β*.

§ 63. *decernitur*, a d. — *Boetia*, a. — *dein*, a d. *deinde*, *βγ*. — *Syrio*, a d. *Syrioque*, *βγ*. — *deinde et*, *θ* a d. *deinde*, *β*. — *Aegypto*, d.

§ 64. *eadem*, a. *autem*, T d. — *dracontion*, T d. *ora contion*, a. *dracontiam*, *β*. — *et*, a d. Omitt. *βγ*. — *strangiam*; pro h. v. habent *istelepant* *θ* a d, *stelepan*/// D. *strangium*, *γ*. Theophrast., qui de caus. plant. III. 21, 2. *πυρὸν δρακοντίαν καὶ τὸν στραγγίαν καὶ τὸν Σελινούσιον* laudat, alio loco (hist. plant. VIII. 4, 3.) *καγχρυδίαν*, *στλεγγύν*, *Ἀλεξάνδρειον* affert. — *Selinusium*, *θ* a. *Selenusinum*, d. *Selenusium*, *βγ*. — *itaque*, a. *ita*, d *βγ*. — *inane*, *speudian*, ita nos scripsimus. *inanes peudian*, D². *inanes eudia*, D¹. *inanesc eudia*, d. *inanes ceu*, a. *inane seu*, *βγ*. Novum h. l. tritici genus commemoratur *ὁ σπευδίας*.

§ 65. *Haec*, a. — *orbe terrarum*, a. *terrarum orbe*, d *βγ*. — *eius*, D². Omitt. D¹ a d. — *CLXLV*, a¹. — *laudaverim*, a. — *canere*, a (codd. Gel.) *carere*, *θ* D¹ d. *serere*, D².

§ 66. *Romae*, *θ* T a d. *Roma*, D. *Romam*, *β*. — *e*, omitt. a d. — *Chersonenso*, a. — *adventum*, a. — *excedunt*, a. *excedit*, T d. Ceterum v. Theophr. hist. plant. VIII. 4, 4. — *in*, omitt. T a d. — *modium*, a. *modii*, T d. — *si qui*,

ponderet. Sardum adicit selibras, Alexandrinum et trientis; hoc et Siculi pondus. Boeoticum totam libram addit, Africum et dodrantis. In transpadana Italia scio vicenas quinas libras farris modios pendere, circa Clusium et senas. Lex 67
certe naturae ut in quocumque genere pani militari tertia portio ad grani pondus accedat, sicut optumum frumentum esse quod in subactu congium aquae capiat. Quibusdam generibus per se pondus, sicut Baliarico modio tritici panis pondo xxxv reddit; quibusdam non nisi mixtis, ut Cyprio et Alexandrino xx prope libras non excedentibus. Cyprium 68
fuscum est panemque nigrum facit; itaque miscetur Alexandrinum candidum, redeuntque xxv pondo; Thebaicum libram adicit. Marina aqua subigi, quod plerique maritimis locis faciunt occasione lucrandi salis, inutilissimum; non alia de causa opportuniora morbis corpora exsistunt. Gallia et Hispaniae frumento in potum resoluto quibus diximus generibus spuma ita concreta pro fermento utuntur, qua de causa levior illis quam ceteris panis est. Differentia est et calami; 69
crassior quippe melioris est generis. Plurumis tunicis Thracium triticum vestitur ob nimia frigora illi plagae exquisitum. Eadem causa et trimestria invenit, detinentibus terras nivibus, quod tertio fere a satu mense et in reliquo orbe metitur; totis hoc Alpibus notum et hiemalibus provinciis nullum hoc frumento laetius; unicalamum praeterea nec usquam capax seriturque non nisi tenui terra. Est et bimestre circa 70

ita nos scripsimus. *siliqui*, T a d. *si quis*, $\beta\gamma$. — *ponderet*, a d. *pondere*, T. — *Sardum adiicit*, D. *Sardinia dicit*, a. *Sardum adiecit*, T. *Sardum adiecisse libras*, d. *Adiicit Sardum*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *Alexandrum*, d. — *Boeticum*, a. — *trapadana*, a.

§ 67. *certe naturae*, a (cum spatio vacuo duarum litterarum post v. *nat.*) d. *certa naturae*, codd. Gel. β. *naturae certe est*, r. — *pani*, codd. Gel. *pane*, a d. — *accedat*, codd. Gel. *accedit et tertia*, a d. — *subactu*, codd. Gel. *subactum*, θ a d. — *modio*, T a d. *quod modio*, K. *modo*, β. — *tritici*, a d. Om. β. — *XXXV*, θ a. *XXX*, d β. — *non nisi*, D[2]. *in pinis*, D[1] a d. *in binis*, codd. Gel. β. *binis*, γ. *quibus binis mixtis*, Dalec.

§ 68. *redeuntque*, D. *redduntque*, a d $\beta\gamma$. — *libram*, θ. *libras*, a d $\beta\gamma$. — *maritimis*, a. *in maritimis*, d. *maritimis in*, $\beta\gamma$. — *occasionem*, a. — *inutilissimum*, Pint. d. *utilissimum*, T a. *vilissimum*, θ K. — *existunt*, a. — *Gallia et Hispaniae*, ita nos scripsimus. *Gallia et Hispania*, r. *Galliae Hispaniae*, d. *Gallia Hispania*, a. *Galliae et Hispaniae*, $\beta\gamma$. — *diximus* § 62. 67. — *panis est*, a d. *panis*, θ r.

§ 69. *trachium*, a. — *trimestria*, a d. *trimestre*, Dalec. γ. — *a satu*; pro his vv. habent *assatum* a d. — *capax ponderis*, Pint. *usquam non capax*, Dalec.

Thraciae Aenum, quod quadragesimo die quam satum est maturescit, mirumque nulli frumento plus esse ponderis et furfuribus carere; utitur eo et Sicilia et Achaia, montuosis utraque partibus, Euboea quoque circa Carystum; in tantum fallitur Columella qui ne trimestris quidem proprium genus existumaverit esse, cum sit antiquissimi. Graeci setanion vocant. Tradunt in Bactris grana tantae magnitudinis fieri ut singula spicas nostras aequent.

13. Primum ex omnibus frumentis seritur hordeum. Da- 71
bimus et dies serendo cuique generi, natura singulorum exposita. Hordeum Indis sativom et silvestre, ex quo panis apud eos praecipuus et alica. Maxume quidam oryza gaudent, ex qua tisanam conficiunt quam reliqui mortales ex hordeo. Oryzae folia carnosa, porro similia sed latiora, altitudo cubitalis, flos purpureus, radix gemmeae rotunditatis.

14. Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium 72
ritu Menandro auctore adparet et gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur. Polentam quoque Graeci non aliunde praeferunt. Pluribus fit haec modis. Graeci perfusum aqua hordeum siccant nocte una ac postero die frigunt, dein molis frangunt. Sunt qui vehementius tostum rursus exigua 73
aqua adspergant et siccent prius quam molant; alii vero virentibus spicis decussum hordeum recens purgant madidumque in pila tundunt atque in corbibus eluunt ac siccatum sole rursus tundunt et purgatum molunt. Quocumque autem genere praeparato, vicenis hordei libris ternas seminis lini

§ 70. *Thraciae Aenum*, Pint. *Thraciae fenum*, θ^1a. *Thracia fenum*, Td. *Thraciae finem*, θ^2. *Thracium sinum*, β. — *quam*, codd. Gel. *quod*, ad. — *montuosis*, θad. *montosis*, β. — *Columella* II. 9, 8. — *trimestris*, a^1. *trimestri*, θa^{2}d. — *antiquissimi*, a. *antiquissimis*, d. *antiquissimum*, $\beta\gamma$. — *setanion*, θTdr. *setamon*, a. *sitanion*, Turn. adv. 1, 20. e libris. *trimenson*, β. — *singulas*, a. *singula olivae nucleos aequent*, Pint.

§ 71. *serendo*, θad. *serendi*, β. — *matura*, a. — *Indi*, a. — *silvestre*, d. *silurê in*, a. — *et alica*, Hard. ex Theophr. hist. plant. IV. 4, 9. *Italica*, adβ. *Italici*, θK. — *tisanam*, a. *ptisanam*, d$\beta\gamma$. — *Oryzae*, Tadr. *Oryzae quidem*, β. — *gemmeae*, d. *geminae*, θa. *genuinae*, Dalec.

§ 72. *ante mensium ritum*, a. — *Menandro* p. 282. ed. Meinek. prioris. — *hordiarii*, a. Quid de h. l. statuendum sit, ignorare se fatetur Lips. saturn. 1, 14. Dalec. *equitum* coniicit. — *dein*, adr. *deinde*, $\beta\gamma$.

§ 73. *et siccent*, θ. *siccent*, ad. *siccentque*, β. — *eluunt*, ad. *dividunt*, r. — *siccarum*, a. — *praeparata*, K. — *selibram*, θ. *selibra*, a. *sex libras*, Td. *selibras*, β. — *acetabulum*, K. *acetabulo*, ad$\beta\gamma$. — *omnia ante*, d.

§ 74. *farinam*, θTKad. *formam*, β. — *emilio*, ad. — *fere cibus est*, θTd.

et coriandri selibram salisque acetabulum, torrentes ante omnia, miscent in mola. Qui diutius volunt servare cum 74
polline ac furfuribus suis condunt novis fictilibus. Italia sine perfusione tostum in subtilem farinam molit, iisdem additis atque etiam milio. Panem ex hordeo antiquis usitatum vita damnavit, quadripedumque fere cibus est, 15. cum tisanae inde usus validissimus saluberrimusque tanto opere probetur. Unum laudibus eius volumen dicavit Hippocrates e claris- 75
simis medicinae scientia. Tisanae bonitas praecipua Uticensi; in Aegypto vero est quae fiat ex hordeo cui sunt bini anguli. In Baetica et Africa genus ex quo fiat hordei glabrum appellat Turranius; idem olyram et oryzam eandem esse existumat. Tisanae conficiendae volgata ratio est.

16. Simili modo e tritici semine tragum fit, in Campania 76
dumtaxat et Aegypto.

17. Amylum vero ex omni tritico ac siligine, et optumum ex trimestri. Inventio eius Chio insulae debetur; et hodie laudatissimum inde est appellatum ab eo, quod sine mola fiat. Proxumum trimestri quod e minume ponderoso tritico; madescit dulci aqua in ligneis vasis, ita ut integatur, quinquiens in die mutata; melius si et noctu, ita ut misceatur pariter; emollitum prius quam acescat, linteo aut sportis 77
saccatum, tegulae infunditur inlitae fermento atque ita in sole densatur. Post Chium maxume laudatur Creticum, mox Aegyptium; probatur autem levore et levitate atque ut recens sit, iam et Catoni dictum apud nos.

refectibus est, a. *tradidit refectibus*, β. *tradidit hordeum refectibus*, K. — *cum tisanae*, θ T a d. *Ptisanae*, $\beta\gamma$. — *tanto opere*, T a. *tantopere*, d $\beta\gamma$. — *probetur*, θ T a d. *probatur*, $\beta\gamma$.

§ 75. *e clarissimis*, a d. *clarissimus*, K. — *scientiae*, a[1]. — *Tisanae*, a d. *Ptisanae*, $\beta\gamma$. — *est quae fiat*, T a d. *ea est quae fit*, β. *est quae fit*, γ. — *Turranius*, θ a d. *Turannius*, β. — *oryzam*; pro h. v. habet *origam* d, *origan* a[1], *orygan* a[2]. — *existimant*, a[1]. — *Tisanae*, a d. *Ptisanae*, $\beta\gamma$.

§ 76. *e*, ita nos scripsimus. *et*, a d. *ex*, $\beta\gamma$. — *trangum*, a. *tragrum*, d. — *sigiline*, a. — *et*, a. *sed*, d $\beta\gamma$. — *ex*, d. *et*, a. *e*, $\beta\gamma$. — *inde est*, D[2] a d. *id est*, D[1] θ[1]. *idem*, θ[2]. — *trimestri*, θ T a d r. *e trimestri*, codd. Gel. β. — *quod e*, θ a r. *quod de*, T d. *quodam*, codd. Gel. β. — *aqua in*, θ d. *aquam*, a. *aqua*, $\beta\gamma$. — *intingatur*, θ[2]. — *in noctu*, T a d.

§ 77. *emollitum* — *acescat*, ad superiora refert β. — *arescat*, Pint. — *saccatum*, Hard. d (?). *siccatum*, a β. *colatum*, Pint. — *laevore et levitate*, θ d. *leviore et levitate*, a. *levore atque levitate*, T. *levitate ac laevore*, β. — *atque ut*, a (codd. Gel.) *et ut*, T d. — *Catonis*, a. V. de re rust. 87. — *apud nos*, ad seqq. referunt codd. Gel. β.

18. Hordei farina et ad medendum utuntur, mirumque in 78
usu iumentorum, ignibus durato ac postea molito offisque humana manu demissis in alvom, maiores esse viris torosque corporis fieri. Spicae quaedam binos ordines habent, quaedam pluris usque ad senos. Grano ipsi aliquot differentiae, longius leviusque aut brevius aut rotundius, candidius nigriusque vel cui purpura est; ultimo ad polentam, contra tempestatis candido maxuma infirmitas. Hordeum frugum 79
omnium mollissimum est; seri non volt nisi in sicca et soluta terra ac nisi laeta. Palea ex optumis, stramento vero nullum conparatur. Hordeum ex omni frumento minume calamitosum, quia ante tollitur quam triticum occupet robigo; itaque sapientes agricolae triticum cibariis tantum serunt. Hordeum sacculo seri dicunt propterea quod celerrime redit; 80
fertilissimum quod in Hispaniae Carthagine Aprili mense collectum est; hoc seritur eodem mense in Celtiberia eodemque anno bis nascitur. Rapitur omne a prima statim maturitate festinantius quam cetera; fragili enim stipula et tenuissima palea granum continetur. Meliorem etiam polentam fieri tradunt, si non excocta maturitate tollatur.

VIII. 19. Frumenti genera non eadem ubique nec, ubi 81
eadem sunt, iisdem nominibus. Volgatissima far, quod adoreum veteres appellavere, siligo, triticum; haec plurumis terris conmunia. Arinca Galliarum propria copiosa et Italiae est, Aegypto autem ac Syriae Ciliciaeque et Asiae ac Graeciae peculiares zea, olyra, tiphe. Aegyptus similaginem 82
conficit e tritico suo nequaquam Italiae parem. Qui zea

§ 78. *in alvum*; haec verba voci *vires* praemittunt T a d. — *esse*, T a d. Omitt. $\beta\gamma$. — *Spicae quaedam*, Theophr. hist. plant. VIII. 4, 2. — *aliquid*, a d r. — *nigriusque*, D. *nigrius*, a d $\beta\gamma$. — *Cui purpura est, optimum ad polentam*, Dalec. *ultimo ad polentam et contra temp. quam candido maior infirmitas*, Pint.

§ 79. *vult*, T d (codd. Gel.) *volet*, D a. — *terra ac soluta*, d. — *ante tollitur quam*, θ a d. *tollitur antequam*, β.

§ 80. *sacculo*, θ a d. *sarculo*, $\beta\gamma$. Alluditur hoc proverbio ad notissimum Corinnae dictum ap. Plutarch. de gloria Athen. 5. p. 348. A. — *ducunt*, r. — *propterea quod*, r. *propterea*, a d $\beta\gamma$. — *reddit*, r. — *fertilissimum est*, θ K. *fertilissimique*, a. *fertilissimumque*, d $\beta\gamma$. Ego scripsi *fertilissimum*, cum *est* et *que* nihil nisi corruptelas et interpolationes esse appareat. — *Hispaniae*, d (codd. Gel.) *Hispania*, a. — *anno bis*, d. *a nobis*, θ^1 a. *nobis*, θ^2.

§ 81. *nec*, θ a d. *neque*, β. — *isdem*, a. — *appellare*, a. — *trris*, a. — *Aegypto*, codd. Gel. *In Aegypto*, θ a d. — *Syria Ciliciaque et Asia ac Graecia*, d. — *oliza*, a d.

utuntur non habent far. Est et haec Italiae in Campania maxume semenque appellatur; hoc habet nomen res praeclara, ut mox docebimus, propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit, non, ut aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. Amylum quoque ex ea fit priore crassius; haec sola differentia est. Ex omni genere durissimum far et contra 83
hiemes firmissimum; patitur frigidissimos locos et minus subactos vel aestuosos sitientisque. Primus antiquis Latio cibus, magno argumento in adoreae donis, sicuti diximus; pulte autem, non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam et pulmentaria hodieque dicuntur. Et 84
Ennius antiquissimus vates obsidionis famem exprimens offam eripuisse plorantibus liberis patres conmemorat. Et hodie sacra prisca atque natalium pulte fritilla conficiuntur videturque tam puls ignota Graeciae fuisse quam Italiae polenta.

20. Tritici semine avidius nullum est nec quod plus ali- 85
menti trahat. Siliginem proprie dixerim tritici delicias; candor est et sine virtute, sine pondere, conveniens umidis tractibus, quales Italiae sunt et Galliae Comatae, sed et trans Alpis in Allobrogum tantum Meminorumque agro pertinax; in ceteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remedium ut gravissima quaeque grana eius serantur. IX. E siligine 86
lautissimus panis pistrinarumque opera laudatissima. Praecellit in Italia, si Campana Pisis natae misceatur; rufior illa, at Pisana candidior ponderosiorque cretacea. Iustum est e grano Campanae, quam vocant castratam, e modio redire sextarios quattuor siliginis vel e gregali sine castratura sex-

§ 82. *e tritico*, a. *et tritico*, d. *tritico*, θ. — *Italiae parem*, a. *Italicae parem*, codd. Gel. γ. *Italico parem*, d. — *Campanię*, a. — *docebimus* § 112. — *umerus zidorosa rura diximus*, a. — *donarent*, a.

§ 83. *aestuosos*, a d. *aestivosos*, θ r. — *adoriae*, a. — *diximus* § 14. — *quoniam*, a d. *quoniam inde*, βγ.

§ 84. *pultibus*, d. — *fritilla*, a²r. *fritella*, a¹. *firtilla*, θ. *fitilla*, codd. Gel. β. *illa*, d. — *plus*, a.

§ 85. *candor est — pondere*, a d. *candor est sine virtute et sine pondere*, θ¹β. *candore virtute pondere*, θ². *candore sed sine*, r. — *sed et*, a. *sed*, T d. — *Memorumque*, θ a. *Remorumque*, T d γ. *Nerviorum*, r. *Morinorum*, K¹. *Arvernorum*, K². — *tricum*, a.

§ 86. *latissimus*, a. — *pistorumque opera lautissima*, K. — *Praecellet*, D. — *Pisis nate*, a. *pissinatae*, d. — *ruffior*, β. — *Pisina*, T d. — *ponderosiorque*, T a d. *ponderosior vero*, β. *ponderosiorque cretae*, Dalec. — *Campaniae*, a d. — *siliginis*, a d. *siliginisque*, β. — *ut e gregali*, K.

tarios quinque, praeterea floris semodium; et cibarii, quod 87
secundarium vocant, sextarios quattuor, furfuris sextarios
totidem, e Pisana autem siliginis sextarios quinque; cetera
paria sunt. Clusina Arretinaque etiamnum sextarios siliginis
adsciunt, in reliquis pares. Si vero pollinem facere libeat,
XVI pondo panis redeunt et cibarii tria furfurumque semo-
dius. Molae discrimine hoc constat; nam quae sicca moluntur 88
plus farinae reddunt, quae salsa aqua sparsa candidiorem
medullam, verum plus retinent in furfure. Farinam a farre
dictam nomine ipso adparet. Siligineae farinae modius Gal-
licae XXII libras panis reddit, Italicae duabus tribusve am-
plius in artopticio pane; nam furnaceis binas adiciunt libras
in quocumque genere.

X. Similago e tritico fit laudatissima. Ex Africo iustum 89
est e modiis redire semodios et pollinis sextarios quinque; —
ita autem appellant in tritico quod florem in siligine; hoc
aerariae officinae chartariaeque utuntur; — praeterea secun-
darii sextarios quattuor furfurumque tantundem, panis vero
e modio similaginis CXXII, e floris modio CXVII. Pretium huic 90
annona media in modios farinae XL asses, similagini castra-
tae octonis assibus amplius, siligini castratae duplum. Est et
alia distinctio semel tempore L. Pauli nata, XVII pondo panis
reddere visa, secunda XVIII, tertia XIX cum triente, et se-
cundarii panis quinas selibras, totidem cibarii et furfurum
sextarios sex. Siligo numquam maturescit pariter nec ulla 91
segetum minus dilationem patitur propter teneritatem, iis

§ 87. *et in cibarium panem quem secundarium vocant, farinae sextarios quatuor*, K. *cibari*, a. — *quinque*, T a d. *quoque*, *β*. — *etiannum*, a. — *adsciunt*, *θ* T d. *adsiunt*, a. *adsciscunt*, r. *assumunt*, *β*. — *pollionem*, a. *Si vero panem fac. libeat, XVI primarii panis*, Dalec. — *XVI*, a. *XV*, T d. — *panes*, a. — *cibari*, a.

§ 88. *namque*, a d[1]. *namque si*, d[2]. — *Siliginea*, a. — *modios*, a. — *XXII*, a d. *XXIII*, *β*.

§ 89. *e*, *θ* T a d. *ex*, *β*. — *modio*, d. — *sexmodios*, a d. — *autem*; pro h. v. habent *ut* a d. — *arariae*, a. — *secundaris*, d. — *panis*, a d. *panes*, *βγ*.

§ 90. *similaginis*, a d. — *castratae octonis*, d. *castratae duplum octonis*, a, voce *duplum* ex inferiore loco male repetita. — *semel tempore L. Pauli nata*, *θ*. *semel tempore L. pollinatam*, T a d. *Similago L. pollin autem*, *β*. *similaginis tempore L. Pauli nata*, *γ*. — *XVII*, *θ* T a d. *prima XVII*, Brot. *γ*. — *secunda*, inseruit Brot., omitt. *θ* T a d *β*. — *XVIII*, *θ* T d. In cod. a culpa bibliopegae incertum, *XVIII* an *XVII* legatur. Om. *β*. — *tertia XIX*, *θ* T a d. *tritici XXX*, *β*. — *secundari*, a. — *cibari*, a.

§ 91. *iis quae*, d. *hisque*, a. *spicis quae*, K. — *mature*, a,

quae maturuere protinus granum dimittentibus; sed minus quam cetera frumenta in stipula periclitatur, quoniam semper rectam habet spicam nec rorem continet qui robiginem faciat. Ex arinca dulcissimus panis; ipsa spissior quam far, et 92
maior spica, eadem et ponderosior; raro modius grani non XVI libras inplet; exteritur in Graecia difficulter, ob id iumentis dari ab Homero dicta; haec enim est quam olyram vocat; eadem in Aegypto facilis fertilisque. Far sine arista est, item siligo, excepta quae Laconica appellatur. Adiciun- 93
tur his genera bromos, siligo excepta et tragos, externa omnia ab oriente invecta, oryzae similia. Tiphe et ipsa eiusdem est generis, ex qua fit in nostro orbe oryza. Apud Graecos est et zea, traduntque eam ac tiphen, cum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistae serantur, nec protinus sed tertio anno.

21. Tritico nihil est fertilius; hoc ei natura tribuit, quon- 94
iam eo maxume alebat hominem, utpote cum e modio, si sit aptum solum quale in Byzacio Africae campo, centeni quinquageni modii reddantur. Misit ex eo loco divo Augusto procurator eius ex uno grano, vix credibile dictu, cccc paucis minus germina, exstantque de ea re epistulae; misit et Neroni similiter CCCLX stipulas ex uno grano. Cum cente- 95
simo quidem et Leontini Siciliae campi fundunt aliique et tota Baetica et in primis Aegyptus. Fertilissima tritici genera ramosum et quod centigranium vocant; inventus est iam et scapus unus centum fabis onustus.

§ 92. *africa*, θad. — *maiore*, K. — *modios*, a. — *non*, d. *nam*, a. — *umero dictam*, a. V. Iliad. ε, 195. — *excepticia*, Dalec.

§ 93. *generibus*, Dalec. — *excepta*, θTad. *excepticia*, β. Om. Dalec., Salmas. vero exerc. p. 154. a. E. verba *siligo excepta* e superioribus male repetita arbitratur. — *invectę oryza*, ad. — *ipsa*; pro h. v. habent *pisa* θad. In cod. a pro ultima littera initio fuit alia quaedam, quae nunc non amplius discerni potest. — *eiusdem est*, θTad. *eiusdem*, β. — *nostra*/// *urbe*, d. — *olyra*, Dalec. — *est et*, θad. *est*, βγ. — *ixia*, θad. At vulgata scriptura *zea* disertissime defenditur per Theophr. hist. plant. II. 4, 1. ἡ τίφη καὶ ἡ ζειὰ μεταβάλλουσιν εἰς πυρόν, ἐὰν πτισθεῖσαι σπείρωνται, καὶ τοῦτο οὐκ εὐθύς, ἀλλὰ τῷ τρίτῳ ἔτει. — *ac*, omitt. ad.

§ 94. *alebat*, θTad. *alat*, β. — *utpote*, d. *pote*, a. — *eius*, ad. Om. β. — *CCCC*, adr[1]. *XL*, r[2], quod praetulit Hard. — *paucis minus*, d. *paucissimis*, θa. — *grana*, Dalec. — *CCCLX*, θTadr. *CCCXL*, β.

§ 95. *Boetica*, a. *Bietica*, d. — *et quod*, ita nos scripsimus. *aut quod*, adβγ, quod propter praecedentem pluralem ferri nequit. — *centigranium*, θTad. *centigramum*, β. — *iam et*, ad. *etiam*, T.

22. Aestiva frumenta diximus sesimam, milium, panicum. 96
Sesima ab Indis venit; ex ea et oleum faciunt; color eius candidus. Huic simile est in Asia Graeciaque erysimum, idemque erat, nisi pinguius esset, quod apud nos vocant irionem, medicaminibus adnumerandum potius quam frugibus. Eiusdem naturae et horminum Graecis dictum, sed cumino simile, seritur cum sesima; hac et irione nullum animal vescitur virentibus.

23. Pistura non omnium facilis, quippe Etruria spicam 97
farris tosti pisente pilo praeferrato, fistula serrata et stella intus denticulata, ut nisi intenti pisant, concidantur grana ferrumque frangatur; maior pars Italiae ruido utitur pilo, rotis etiam quas aqua verset obiter et molat. De ipsa ratione pisendi Magonis proponetur sententia. Triticum ante perfundi aqua multa iubet, postea evalli, dein sole siccatum pilo repeti; simili modo hordeum. Huius sextarios xx spargi duo- 98
bus sextariis aquae; lentem torreri prius, dein cum furfuribus leviter pisi aut addito in sextarios xx lateris crudi frusto et harenae semodio; erviliam iisdem modis quibus lentem; sesimam in calida maceratam exporrigi, dein confricari et frigida mergi ut paleae fluctuentur, iterumque exporrigi in sole super lintea, quod nisi festinato peragatur, lurido colore mucescere. Et ipsa autem quae evalluntur va- 99
riam pisturarum rationem habent. Acus vocatur, cum per se pisitur spica, tantum aurificum ad usus; si vero in area te-

§ 96. *diximus* § 49. — *sisimam*, a. *sesamam*, d$\beta\gamma$. — *Sisima*, a. *Sesama*, d$\beta\gamma$. V. Theophr. hist. plant. VIII. 5, 1. — *conficiunt*, r. — *pinguis*, ad. — *irionum*, d. *trionum*, a. *trion*, r. — *orminum*. a. V. Theophr. l. l. VIII. 7, 3. et de caus. plant. VI. 13, 12. — *Graecis*, ad. *a Graecis*, $\beta\gamma$. — *cumino*, d. *cimino*, a. *cymino*, β. — *sesama*, $\beta\gamma$. — *hac*, Dalec. *haec*, ad. *hoc*, β. *his*, Pint.

§ 97. *Etruria*, θadr. *et Etruria*, β. — *pinsit*, K. *pinsi*, Dalec. — *praeferrata*, a. — *ut*, θd. *aut*, a. — *si*, θad. — *interiti*, θad. *interriti*, codd. Turn. adv. 28, 42. — *ferrumque frangatur*, θTad. *ferroque frangantur*, β. — *aquae*, a. — *orbiter*, a. *aqua verset; obiter et molit*, Beckmann. *Beiträge zur Gesch. der Erfind.* 2, 49. — *proponetur sententia*, d. *praeponetur sententia*, a. *proponemus sententiam*, θT. — *evalli*, codd. Gel. *vali*, Td (ita quidem coniuncta sequenti voce, ut *valide in* legatur). *evelli*, a. — *dein*, Tad. *deinde*, $\beta\gamma$. — *pilo*, T. *pila*, ad.

§ 98. *lentum*, a. — *torreri*, K. *torrere*, ad$\beta\gamma$. — *dein*, ad. *deinde*, $\beta\gamma$. — *pinsi*, Dalec. — *sesimam*, d. *sesima*, a. *sesamam*, $\beta\gamma$. — *dein*, ad. *deinde*, $\beta\gamma$. — *et frigida*, θTd. *effrigida*, a. *frigidae*, β. — *mergi*, Tad. *immergi*, β. — *fluctuentur*, d. *fluctuantur*, a. *fluctuent*, $\beta\gamma$. — *mutescere*, a.

§ 99. *evaliuntur*, ad. *evannuntur*, Pint. — *pistrinarum*, Td. *pristinarum*, θa. — *pistur*, a[2]. *piscatur*, a[1]. *pistor*, d. — *et maiore terrarum parte*, ar. *in maiore*

ritur cum stipula, palea, ... et maiore terrarum parte ad pabula iumentorum. Mili et panici et sesimae purgamenta apludam vocant et alibi aliis nominibus.

24. Milio Campania praecipue gaudet pultemque candidam 100
ex eo facit; fit et panis praedulcis. Sarmatarum quoque gentes hac maxume pulte aluntur et cruda etiam farina, equino lacte vel sanguine e cruris venis admixto. Aethiopes non aliam frugem quam mili hordeique novere.

25. Panico et Galliae quidem, praecipue Aquitania utitur, 101
sed et circumpadana Italia addita faba, sine qua nihil conficiunt. Ponticae gentes nullum panico praeferunt cibum. Cetera aestiva frumenta riguis magis etiam quam imbribus gaudent, milium et panicum aquis minume, cum in folia exeunt. Vetant ea inter vitis arboresve frugiferas seri, terram emaciari hoc satu existumantes.

XI. 26. Mili praecipuus ad fermenta usus e musto sub- 102
acti in annuum tempus. Simile fit e tritici ipsius furfuribus minutis et optumis e musto albo triduo maturato subactis ac sole siccatis; inde pastillos in pane faciendo dilutos cum similagine seminis fervefaciunt atque ita farinae miscent, sic optumum panem fieri arbitrantes. Graeci in binos semodios farinae satis esse bessem fermenti constituere. Et haec quidem 103
genera vindemiis tantum fiunt; quo libeat vero tempore ex aqua hordeoque bilibres offae ferventi foco vel fictili patina torrentur cinere et carbone usque dum rubeant; postea ope-

terrarum parte, θ T d. *ut maiore in terrarum parte*, βγ. Recepi lectionem cod. a, lacunae signo praemisso. — *ad pabula*, a. *ad pabulum*, θ T d. *pabulo*, K. — *iumentorum*, θ. *iumentatum*, a d. — *sesamae*, βγ. — *adpludam*, a d. — *et alibi*, θ T a d. *alibi*, β.

§ 100. *predulci*, a. — *sanguine cruris* omissa praepositione *e*, θ a d. — *hordeique*, a. *et hordei*, T d.

§ 101. *et Galliae*, θ a d r. *et Gallia*, T. *Galliae*, β. — *quidem*, d. *equidem*, T. *quidam*, θ a. *quaedam*, β. — *nihil conficiunt*, omitt. a d. — *Cetera*, θ T a d r. *Cetero*, βγ. Ceterum v. Theophr. hist. plant. VIII. 7, 3. — *quō*, a. *q''m*, d. — *emaciari*, K. *emactari*, θ¹ T a (codd. Turn. adv. 28, 42.) *emacerari*, θ². *emacrari*, d (?) βγ. — *horum*, K.

§ 102. *e tritici*, θ. *et tritici*, a d. *ex tritici*, βγ. — *minimis*, T d. — *opimis*, Dalec. — *maturato*, a. *macerato*, θ T d. *maceratis*, Pint. et Schneid. ad Pallad. XI. 21. p. 188 seq. — *similagine seminis*, d. *similageni seminis*, a. *similigenis eminis*, T. *similaginis heminis*, Pint. — *utque*, a. — *binos et semodios*, a d. — *bessem*, ita nos scripsimus, *besen*, θ. *beses*, a d. *besses*, βγ.

§ 103. *haec quidem*, d. *aequidem*, a.

riuntur in vasis donec acescant; hinc fermentum diluitur. Cum fieret autem panis hordeacius, ervi aut cicerculae farina ipse fermentabatur; iustum erat duae librae in quinque semodios. Nunc fermentum fit ex ipsa farina quae subigitur 10 prius quam addatur sal, ad pultis modum decocta et relicta donec acescat; volgo vero nec subfervefaciunt sed tantum pridie adservata materia utuntur, palamque est naturam acore fermentari, sicut evalidiora esse corpora quae fermentato pane alantur, quippe cum apud veteres ponderosissimo cuique tritico praecipua salubritas perhibita sit.

27. Panis ipsius varia genera persequi supervacuum vide- 10 tur, alias ab opsoniis appellati, ut ostrearii, alias a deliciis, ut artolagani, alias a festinatione, ut speustici, nec non a coquendi ratione, ut furnacei vel artopticei aut in clibanis cocti, non pridem etiam e Parthis invecto quem aquaticum vocant, quoniam aqua trahitur a tenui et spongeosa inanitate, alii Parthicum. Summa laus siliginis bonitate et cribri tenuitate constat. Quidam ex ovis aut lacte subigunt, butyro vero 1(gentes etiam pacatae, ad operis pistorii genera transeunte cura. Durat sua Piceno in panis inventione gratia ex alicae materia; eum novem diebus maceratum decumo ad speciem tractae subigunt uvae passae suco, postea in furnis ollis inditum, quae rumpantur ibi, torrent; neque est ex eo cibus nisi madefacto, quod fit lacte maxume mulso.

hordeacius, a. *hordeaceus*, d $\beta\gamma$. — *ervi*, θ T d r. *hervi*, a. *erviliae*, codd. Gel. β. — *farina ipse*, θ T r. *farinę ipse*, d. *farinę ipsę*, a. *admixtione*, K. *farina ei*, codd. Gel. β. — *fermentabatur*, T K a d. *frumentabatur*, θ r. *praefermentabatur*, codd. Gel. β. — *iustum*, T a d r. *iustumque*, β.

§ 104. *suffervefaciunt*, d (codd. Gel.) *suffervere faciunt*, a. — *est naturam*, θ. *naturam est*, a d. *natura est*, β. — *evalidiora*, θ a d (codd. Turn. adv. 28, 42.) *et validiora*, $\beta\gamma$. Non dubitavi adiectivum adhuc incognitum recipere, quod Plin. aut ab aliis accepit aut ipse finxit, ut qui verbo *evalescendi* praeter ceteros utatur. — *alantur*, a d. *aluntur*, $\beta\gamma$.

§ 105. *alias sub*, d. *alia sub*, a. — *appellari*, θ a d. — *ut vostreari*, a. *vivos treari*, d. — *speustici*, codd. Gel. *sceptrice*, a d. — *quoquendi*, a. — *artopticei*, Barbar. a. *artopticii*, d $\beta\gamma$. — *invecto*, a d (codd. Gel.) *invectus*, $\theta\gamma$. — *aquaticam*, a. — *a tenue et spongeosa inanitate*, a. *ad tenuem et spongiosam inanitatem*, θ T d. *tenuem et spongiosa inanitate*, β.

§ 106. *ex ovis*, θ T a d. *et ovis*, β. — *butiro*, a. — *pistori*, a. — *eum*, codd. Gel. *cum*, θ T a d. — *maceratum*, ita nos scripsimus. *macerato*, θ T a d. *macerant*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *tractae subigunt*, codd. Gel. *tracta es ubi tunc*, a. *tractae subigi tunc*, T d. *tractae subacto*, θ. — *inclitum*, a. — *clibus*, a. — *maxime aut mulso*, K.

28. Pistores Romae non fuere ad Persicum usque bellum 107
annis ab urbe condita super DLXXX. Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat sicut etiam nunc in plurumis gentium. Artoptam Plautus appellat in fabula quam aulularíam inscripsit, magna ob id concertatione eruditorum an is versus poetae sit illius; certumque fit Atei Capitonis 108
sententia cocos tum panem lautioribus coquere solitos pistoresque tantum eos qui far pisebant nominatos; nec cocos vero habebant in servitiis eosque ex macello conducebant. Cribrorum genera Galli e saetis equorum invenere, Hispani e lino excussoria et pollinaria, Aegyptus e papyro atque iunco.

29. Sed inter prima dicatur et alicae ratio praestantissimae 109
saluberrimaeque, quae palma frugum indubitata Italiae contigit. Fit sine dubio et in Aegypto, sed admodum spernenda; in Italia vero pluribus locis, sicut Veronensi Pisanoque agro, in Campania tamen laudatissima. Campus est subiacens montibus nimbosis, totis quidem XL M passuum planitie. Terra 110
eius, ut protinus soli natura dicatur, pulverea summa, inferior bibula et pumicis vice fistulans quoque. Montium culpa in bonum cedit; crebros enim imbris percolat atque transmittit nec dilui aut madere voluit propter felicitatem cultu-

§ 107. *fuere*, θTad. *fuerunt*, β. — *erat*, a. *maxime erat*, θTd. — *Artoptam*, Plaut. aulul. II. 9, 4. *Artoptasiam*, θTad (codd. Ursini ad Ciacc. de tricl. p. 160.) — *aurulariam*, a. — *inscripsit*, codd. Ursini; atque ita coniecit Ritschl. parerg. Plaut. 1, 371. *scripsit*, adβγ. — *concertatione*, d. *cum certatione*, θa. — *an is*; pro his vv. habet *annis* a, *annui* d. — *poeta*, a. — *illius sit*, d.

§ 108. *Atei*, a. *Ateii*, dγ. *A. Ateii*, β. — *coquos tum*, Turn. adv. 28, 42. *costum*, θTd. *tostum*, aβ. *testu*, Ursin. p. 161. — *piscatoresque*, a[1]. — *far*, om. γ vitio operarum. — *pinsebant*, β. — *cocos*, a. *coccos*, d. — *Criborum*, a. — *Galli e setis*, d (codd. Gel.) *Galliae setis*, θ. *Gallię sextis*, a. — *Hispani e*, codd. Gel. *Hispanię lino*, a. *Hispaniae lino*, θ. *dii Hispani e lino*, T. *dii ispanię lino*, d. — *et*, om. Dalec. — *opollinaria*, a. *apollinaria*, d. — *e*, omitt. ad.

§ 109. *inter haec prima*, Dalec. — *praestantissime*, Ta. — *saluberrimamque*, a. *saluberrima*, Td. — *quae*, θd. *que*, T. Om. a. — *palma*, θTd. *palmam*, a. *palmae*, K. — *indubitata*, θTad. *indubitanter*, Kβ. — *Italiae*, K. *Italia*, θad. *Italiam*, βγ. — *contigit*, θK. *contingit*, adβγ. — *laudatissimus*, a. — *nimbosis quidem totis*, Pint. — *passuum* om. a, nisi latet in prima littera sequentis vocis. — *planitia est*, d. *planitia. Est*, T. *pretinitię*, a. Locus aperte corruptus, qui ex vulgata scriptura aptam explicationem non admittit.

§ 110. *Gratia terrae eius*, K. *Terra eius provinciae*, Turn. adv. 28, 42. — *fistulans*; hanc ego scripturam ex β revocavi. *fistulas*, Dad. *fistulosa*, Hard. e codd. (?) γ. — *quoque montium*, Tad. *montium quoque*, βγ. — *felicitatem*, θa. *facilitatem*, dβγ.

rae. Eadem acceptum umorem nullis fontibus reddit sed temperat et coquens intra se vice furni continet. Seritur 11
toto anno, panico semel, bis farre; et tamen vere segetes quae interquievere fundunt rosam odoratiorem sativa; adeo terra non cessat parere, unde volgo dictum plus apud Campanos unguenti quam apud ceteros olei fieri. Quantum autem universas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars eius quae Laboriae vocantur, quem Phlegraeum Graeci appellant; finiuntur Laboriae via ab utroque latere consulari quae a Puteolis et quae a Cumis Capuam ducit. Alica fit 11
e zea quam semen appellavimus. Tunditur granum eius in pila lignea, ne lapidis duritia conterat, mobili, ut notum est, pilo vinctorum paenali opera; primori inest pyxis ferrea; excussis inde tunicis iterum iisdem armamentis nudata conciditur medulla. Ita fiunt alicae tria genera: minumum ac secundarium; grandissimum vero aphaerema appellant. Non- 11
dum habent candorem suum quo praecellunt; iam tamen Alexandrinae praeferuntur. Postea, mirum dictu, admiscetur creta quae transit in corpus coloremque et teneritatem adfert; invenitur haec inter Puteolos et Neapolim in colle Leucogaeo 11
appellato, exstatque divi Augusti decretum quo annua vicena milia Neapolitanis pro eo numerari iussit e fisco suo, coloniam deducens Capuam, adiecitque causam adferendi, quoniam negassent Campani alicam confici sine eo metallo posse. In eodem reperitur et sulphur emicantque fontes Araxi ocu-

Eadem igitur, K. — *temperat et*, a. *temperate*, θTd. — *coquens*, a. *concoquens*, θTd$\beta\gamma$. — *furni*, ita nos scripsimus. *fusi*, θTa (omnes codd. Turn.) *succi*, d (?) $\beta\gamma$. Hanc vero lectionem esse interpolatam nemo non videt; interpolationem arguunt codices, ex quibus reposui quod loco unice aptum videbatur. Terra illa aquam illapsam non per fontes remittit, sed eam temperat et intra se furni instar coquens continet. De *furno* autem proprie dicitur *coquere* (Scribon. Larg. compos. medic. 59. 76.), et *aquam* dici posse *coqui* docet *cocta illa* (sc. aqua) apud Martial. 2, 85. Terra coquit aquam illapsam, quatenus aestu interno aquam fertilitati augendae aptam reddit.

§ 111. *Seri*, a[1]. — *vere cum segetes interquievere*, K. — *rosę modo satiorē*. (tum littera *s* erasa) *satiuā*, a. — *Campanos unguenti quam apud*, om. a. — *Campanus*, omitt. Tad. — *Laborie*, a. *Leboriae*, Kd. *Leborie*, T. V. ad 17, 28. — *Leboriae*, K. *leviora*, ad. — *apud aeolis*, a.

§ 112. *ex*, d. — *ne*, θ. *vel*, Tad. *ve*, lib. optim. ap. Salmas. de hyle p. 71. a. F. *nam*, β. — *conterat*, θTad. *conteritur*, β. — *mobili*, *ut*, Salmas. et Schneid. ad Varr. de re rust. 1, 69. *mobilius*, Td (lib. optim. Salmas.) *nobilius*, a. *nobilior*, K. *Nobilius ut*, $\beta\gamma$. — *inesi*, a. — *inde*; pro h. v. habent *in* ad. — *isdem*, a.

lorum claritati et volnerum medicinae dentiumque firmitati.
Alica adulterina fit maxume quidem e zea quae in Africa de- 115
generat; latiores eius spicae nigrioresque et brevi stipula.
Pisunt cum harena et sic quoque difficulter deterunt utricu-
los fitque dimidia nudi mensura, posteaque gypsi pars quarta
inspargitur atque, ut cohaesit, farinario cribro subcernunt.
Quae in eo remansit excepticia appellatur et grandissima
est; rursus quae transit artiore cernitur et secundaria vo-
catur; item cribraria quae simili modo in tertio remansit
cribro angustissimo et tantum harenas transmittente. Alia 116
ratio ubique adulterandi; ex tritico candidissima et grandis-
sima eligunt grana ac semicocta in ollis postea arefaciunt
sole ad initium rursusque leviter adspersa molis frangunt.
Ex zea pulchrius quam e tritico fit granacum, quamvis id
alicae vitium sit; candorem autem ei pro creta lactis incocti
mixtura confert.

XII. 30. Sequitur leguminum natura, inter quae maxu- 117
mus honos fabae, quippe ex qua temptatus sit etiam panis.
Lomentum appellatur farina ea adgravaturque pondus illa
et omni legumine. Iam vero et pabulo venali fabae multiplex
usus omnium quadripedum generi, praecipue homini; fru-
mentô etiam miscetur apud plerasque gentis, et maxume
panico solida ac delicatius fracta. Quin et prisco ritu fabata 118
suae religionis dis in sacro est, praevalens pulmentari cibo

§ 113. *procellunt*, a. — *proferuntur*, a.

§ 114. *Neapolinim*, a. — *colle*, om. d[1]. — *et Leucogeo*, a. *ethleucogaeo*, d. — *extatque*, a. *exiitque*, T d. — *annua vicena*, codd. Gel. *annoadvicena*, a r. *annua ducena*, θ. *anno ad ducenta*, T d. — *auferendi*, Pint. — *Araxi*, θ T a d. *Oraxi*, β.

§ 115. *brevis*, Dalec. — *nudi*, a d. *modii*, K. — *crebro*, d. — *exceptica*, codd. Salmas. de hyle p. 71. b. C., qui *Sestica* legit. — *transiit*, Dalec. — *vocatur; item*, d. *vocum ritę*, a.

§ 116. *in ollis*; pro his vv. Schneider. ad Varr. de re rust. 1, 69. legit *evalli* coll. § 97. — *initium*, d. *initum*, θ a. *indicium*, K. *motum*, Hard., quod corruptelam non sanat. — *e tritico*, a. *ex tritico*, d β γ. — *granaeum*, unus cod. Hard. *grana cum*, a. *granacum*, Rigalt. ap. Salmas. de hyle p. 71. b. D. *granatum*, r (codd. Turn. adv. 28, 42.) *gracum*, T d (alii codd. Turn. et Thuan. ap. Salmas.) *granum*, β. *graneum*, γ. *tragum*, Turn. et Salmas. *Graneam triticeam sic facito*, Cato de re rust. 86. — *ei*, d. *et*, a.

§ 117. *leguminum natura*, a d. *natura leguminum*, β γ. — *maxime*, D. *maximę*, ad. — *ea*, a d. *eius*, θ. — *aggravaturque tritici pondus*, Dalec. — *et omni*, θ T a d. *ex omni*, β. — *legumina*, a. — *lumentorum*, Dalec. — *pabulo*, T d. *pabula*, a. — *venali*, a. *in pane venali*, T d. *venalis*, β γ. — *aut delic.*, Dalec.

§ 118. *fabata*, θ T a d. *fabacia*, β.

et hebetare sensus existumata, insomnia quoque facere, ob haec Pythagoricae sententiae damnata, ut alii tradidere, quoniam mortuorum animae sint in ea, qua de causa parentando utique adsumitur. Varro et ob haec flaminem ea non 11
vesci tradit et quoniam in flore eius litterae lugubres reperiantur. In eadem peculiaris religio; namque fabam utique e frugibus referre mos est auspici causa, quae ideo referiva appellatur. Et auctionibus adhibere eam lucrosum putant. Sola certe frugum etiam exesa repletur crescente luna; aqua marina aliave salsa non percoquitur. Seritur ante vergiliarum 12
occasum leguminum prima, ut antecedat hiemem. Vergilius eam per ver seri iubet circumpadanae Italiae ritu, sed maior pars malunt fabalia maturae sationis quam trimestrem fructum; eius namque siliquae caulesque gratissimo sunt pabulo pecori. Aquas in flore maxume concupiscit, cum vero defloruit, exiguas desiderat. Solum, in quo sata est, laetificat stercoris vice; ideo circa Macedoniam Thessaliamque, cum florere coepit, vertunt arva. Nascitur et sua sponte 12
plerisque in locis, sicut septentrionalis oceani insulis quas ob id nostri Fabarias appellant, item in Mauretania silvestris passim, sed praedura et quae percoqui non possit. Nascitur in Aegypto spinoso caule, qua de causa crocodili oculis timentes refugiunt. Longitudo scapo quattuor cubitorum 12
est, amplissima crassitudo digiti, in totum, ni genicula abessent, molli calamo similis; caput papaveris colore roseo;

sed hebetare, T. — *Pythagoricae sententiae*, a d. *Pythagorica sententia*, codd. Gel. *β*. — *sunt*, codd. Gel. — *parentando vitique*, a. *parenta*[ll] *docuitque*, d.

§ 119. *et ob*, a. *ob*, d. — *e frugibus*, codd. Barbari. *et frugibus*, a d. — *mox*, a d. — *referiva*, *θ* T a d r. *refriva*, Fest. p. 277. ed. Müll. *refrina*, *β*. — *adhibere eam*, *θ* T a d. *eam adhiberi*, *β*.

§ 120. *ut antecedat*, a. *aut antecedit*, d. — *Vergilius* georg. 1, 215. — *sari*, a. — *ritus*, d. — *mavult*, K. — *rationis*, a. — *fructum eius; namque*, *β*. *Eius utique*, Dalec. — *gratissimo*, a. *gratissimi*, r. *gratissimi////*, d. — *pabuli*, a d r. — *conspicit*, a. — *defloruerit*, T d. — *coepit*, *θ* T a d. *incepit*, *β*.

§ 121. *Mauritania*, a. *mauritima*, d[2]. *maritima*, d[1]. — *Nascitur in*, a. *Nascitur et in*, d *β*. — *crocodilli*, a. — *oculis*. In cod. a ante h. v. duae litterae, uti *ac*, erasae.

§ 122. *scabro*, a. — *digiti*, ex Theophr. hist. plant. IV. 8, 7. *καυλὸς δὲ αὐτοῦ μῆκος μὲν ὁ μακρότατος εἰς τέτταρας πήχεις, πάχος δὲ δακτυλιαῖος*, inserunt Turn. adv. 28, 42. et Schneid. ad Pallad. p. 88., omitt. T a d *βγ*. — *in totum, ni*, ita nos scripsimus. *intoni*, T a d. *into*, *θ*. *ni*, Schneider. ad Theophr. T. III. p. 339. post Salmas. exerc. p. 680. b. G. *nec*, *βγ*. De *in totum* v. ad 2, 45. — *abessent*, Turn., Salmas. et Schneid. ad Theophr. *abesset*, a. *habens sed*, T d. *esset*, *θ*. *habet*, *βγ*. — *similis*, *θ* a d. *simile*, *βγ* ad sequens vocabulum

in eo fabae non supra triginta; folia ampla, fructus ipse amarus et odore, sed radix perquam lauta incolarum cibis, cruda et omnino decocta, harundinum radicibus similis. Nascitur et in Syria Ciliciaque et in Torone Chalcidices lacu.

31. Ex leguminibus autem Novembri seruntur lens et in 123
Graecia pisum. Lens amat solum tenue magis quam pingue, caelum utique siccum. Duo genera eius Aegypto, alterum rotundius nigriusque, alterum sua figura, unde vario usu translatum est in lenticulas nomen. Invenio apud auctores aequanimitatem fieri vescentibus ea. Pisum in apricis seri debet frigorum inpatientissimum; ideo in Italia et in austeriore caelo non nisi verno tempore, terra facili, soluta.

32. Ciceris natura est gigni cum salsilagine; ideo solum 124
urit nec nisi madefactum pridie seri debet. Differentiae plures, magnitudine, colore, figura, sapore; est enim arietino capiti simile, unde ita appellant, album nigrumque, est et columbinum quod alii Venerium appellant, candidum, rotundum, leve, arietino minus, quod religio pervigiliis adhibet. Est et cicercula minuti ciceris, inaequalis, angulosi, veluti pisum, dulcissimum autem id quod ervo simillimum, firmiusque quod nigrum et rufum quam quod album.

33. Siliquae rotundae ciceri, ceteris leguminum longae et 125
ad figuram seminis latae, piso cylindratae; phasiolorum cum ipsis mandunt granis. Serere eos qua velis terra licet ab idibus Octobris in kalendas Novembris. Legumina cum

referentes. — *papaveris*, Turn. et Schneid. *papaveri*, a d $\beta\gamma$. — *triginta*, Salmas. ex Theophr.: *πλῆθος δὲ οἱ πλεῖστοι τριάκοντα. tricena*, a d (codd. Salmas.) *tricenas*, $\beta\gamma$. — *inodorus*, Dalec. Mihi potius *amarus, sine odore* legendum videtur. — *lata*, a d. — *omnino decocta*, a. *omni modo cocta*, T d. — *Chalcidices*, ita nos scripsimus ex Theophr. l. l. IV. 8, 8. *Chalcidis*, a d $\beta\gamma$.

§ 123. *autem novę reseruntur*, a. *autumno vere seruntur*, θ T d. *autemus vomere seruntur* vel *autumno vero seruntur*, codd. Turn. *autumno et vere*, Hard. — *lens in Graecia et pisum*, K. — *Aegypto*, a d r. *in Aegypto*, $\beta\gamma$. — *auctorem*, a. — *soluta*, a d. *ac soluta*, $\beta\gamma$.

§ 124. *colore figura*, a d. *figura, colore*, $\beta\gamma$. — *capite*, a d. — *similis*, d. — *appellant*, a d. *appellatur*, K (codd. Gel.) β. — *album*, a d (codd. Gel.) *est et album*, K. — *orobinum*, Dalec. — *appellant*, θ T a. *vocant*, d (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *et candidum*, Dalec. — *arientino*, a. *arieti non*, d. — *inaequales angulos habens*, r. — *ero*, a.

§ 125. *leguminum*, a (codd. Gel., Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 724. b. A.) *leguminibus*, T d. — *cylindratae*, θ T d (Thuan.) *cilindratie*, a. *cylindraceae*, β. — *passiolorum*, a d. *faseolorum*, $\beta\gamma$. — *mandunt*, θ a^2. *manducent*, a^1. *manduntur*, d (Thuan.) γ. *mandantur*, β. *manducant*, Dalec. — *Novembris*, a d. *Novembres*, $\beta\gamma$.

maturescere coeperint, rapienda sunt, quoniam cito exsiliunt latentque cum decidere, sicut et lupinum; XIII. quamquam prius de rapis dixisse conveniat, — 34. in transcursu ea 12
attigere nostri, paulo diligentius Graeci, et ipsi tamen inter hortensia, — si iustus ordo fiat, a frumento protinus aut certe faba dicendis, quando alii usus praestantior ab his non est. Ante omnia namque cunctis animalibus nascuntur nec in novissimis satiant ruris alitum quoque genera, magisque si decoquantur aqua. Quadripedes et fronde eorum gaudent, 12
et homini non minore rapiciorum suis horis gratia quam cymarum, flavidorum quoque et in horreis enecatorum vel maiore quam virentium. Ipsa vero durant et in sua terra servata et postea passa paene ad alium proventum, famemque sentiri prohibent; a vino atque messe tertius hic transpadanis fructus. Terram non morose legit, paene ubi nihil 12
aliud seri possit. Nebulis et pruinis ac frigore ultro aluntur, amplitudine mirabili; vidi XL libras excedentia. In cibis quidem nostris pluribus modis conmendantur durantque ad alia, sinapis acrimonia domita, etiam coloribus picta praeter suum sex aliis, purpureo quoque; neque aliud in cibis tingui decet. Genera eorum Graeci duo prima fecere, masculinum 12
femininumque, et ea serendi modi ex eodem semine; densiore enim satu masculescere, item in terra difficili. Semen praestantius, quo subtilius. Species vero omnium tres; aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari. Tertiam 13
speciem silvestrem appellavere, in longitudinem radice pro-

coeperint, a. *coeperunt*, θTdγ. — *exiliunt*, a. — *lupinum. Ad alia transeamus, quamquam*, Dalec. — *pirus*, a[1].

§ 126. *dicenda*, Dalec. At v. Hand. Tursell. 1, 44. — *alii*, a. *alius*, θTd. — *praestantior usus*, Td. — *ab*, Tad. Om. θ, in D erasum. *praestantior quam his*, Dalec.

§ 127. *minore*, Tad. *minor est*, θ. *minor*, βγ. — *rapiciorum*, Td. *rapaciorum*, aβγ. *raparum*, θ. V. Schneid. ind. rei rust. p. 313. et C. L. Schneid. grammat. Lat. 2, 425. — *cimarum*, Ta. — *flavidorum*, θTad (codd. Turn. adv. 28, 42.) *flaceidorum*, β. — *maiore*, Tad. *maior*, βγ. — *passo*, a. — *ventum*, a.

§ 128. *Terra*, a. — *morose legit*, Td. *moros elegit*, a. *morose eligit*, βγ. — *paene*, omitt. Td. — *ac*, d. α, a. — *ultro*, omitt. Kr. — *mirabili*, Tad. *admirabili*, βγ. — *alis*, a. — *pingi*, Pint.

§ 129. *masculinum*, a. *masculum*, d (codd. Gel.) βγ. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. VIII. 4, 3. — *modi*, a. *modo*, dβγ. — *satu*, d. *semine satu*, a. — *vero*, om. d. — *funditur* et *globatur*, K.

§ 130. *appellavere*, om. d[1]. V. Theophr. l. l. VII. 6, 2. — *qui*, d. *que*, a. —

currente, raphani similitudine et folio anguloso scabroque, suco acri qui circa messem exceptus oculos purget medeaturque caligini, admixto lacte mulierum. Frigore dulciora fieri existumantur et grandiora; tepore in folia exeunt. Palma in Nursino agro nascentibus; taxatio in libras sestertii singuli et in paenuria bini, proxuma in Algido natis.

35. Napi vero Amiterni, quorum eadem fere natura, gau- 131
dent aeque frigidis. Seruntur et ante kalendas Martias, in iugero sextarii quattuor; diligentiores quinto sulco napum seri iubent, rapa quarto, utrumque stercorato; rapa laetiora fieri, si cum palea seminentur. Serere nudum volunt pre-
cantem sibi et vicinis serere se. Satus utrique generi iustus 132
inter duorum numinum dies festos, Neptuni atque Volcani; feruntque subtili observatione, quota luna praecedente hieme nix prima ceciderit, si totidem luminum die intra praedictum temporis spatium serantur, mire provenire. Seruntur et vere in calidis atque umidis.

XIV. 36. Lupino usus proxumus, cum sit et homini et 133
quadripedum generi ungulas habenti conmunis. Remedium eius, ne metentis fugiat exsiliendo, ut ab imbre tollatur; nec ullius quae seratur natura adsensu terrae mirabilior est. Primum omnium cotidie cum sole circumagitur horasque agricolis etiam nubilo demonstrat. Ter praeterea floret, terram amat terraque operiri non volt; et unum hoc seritur non arato. Quaerit maxume sabulosa et sicca atque etiam 134
harenosa; coli utique non volt. Tellurem adeo amat ut quam-

purgat medeturque, r. — *caligine*, a[1]. — *Frigora*, d. — *Nursino*, Columell. 10, 421. *Ursino*, a d. — *taxio*, a d. — *proximus*, a.

§ 131. *Amiterni*, a d. *Amiternini*, $\beta\gamma$. — *aeque*, om. d. — *Maĭ*, a. *Martii*, d. — *napum*, d. *rapum*, a. — *utroque*, K. — *fiunt*, K. — *cum palea seminentur*, Barbar. d (?). *palea seminaretur*, T D a. *palea iacente seminetur*, altera Barbari coniectura.

§ 132. *utique*, a. — *intra*, Pint. — *nominum*, a. — *praecedente*, Sabell. et Pint. d (codd. Gel.) *procedente*, a. — *luminis diebus*, K.

§ 133. *Lupino usus*, d. *Lupinus usus*, a. *Lupinorosus*, Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 327. a. A. *Lupino est usus*, $\beta\gamma$. — *promiscue*, Salmas. — *et homini*, a d. *homini*, γ vitio operarum. — *fissas ungulas*, Dalec. — *exiliendo*, a. — *seratur*, a. *serantur*, T d. *seruntur*, $\beta\gamma$. *quod seritur*, Dalec. — *terrae*, Pint. *terraeque*, a. *terraque*, T d. Mihi *caeli terraeque* legendum videtur; v. statim sequentia. — *cotidie cum sole*, a d. *cum sole quotidie*, $\beta\gamma$. — *demonstratur*, a. Totidem haec verbis leguntur in Geopon. II. 39, 3. ex Appul. — *terraque*, d. *terratque*, a. V. Theophr. l. l. VIII. 11, 8.

§ 134. *Quaerit*, codd. Gel. *fuerit*, a. *si fuerit*, T d.

vis frutectoso solo coactum inter folia veprisque ad terram tamen radice perveniat. Pinguescere hoc satu arva vineasque diximus; itaque adeo non eget fimo ut optumi vicem repraesentet, nihilque aliud nullo inpendio constat, ut quod ne serendi quidem gratia opus sit adferre; protinus seritur ex area, ac ne spargi quidem postulat decidens sponte. Primumque omnium seritur, novissimum tollitur, utrumque 13
Septembri fere mense, quia si non antecessit hiemem frigoribus obnoxium est. Inpune praeterea iacet, vel derelictum etiam, si non protinus secuti obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum; plerumque tamen levi sulco integunt. Ex densiore terra rubricam maxume amat; ad hanc alendam post tertium florem verti debet, in sabulo post secundum. Cretosa tantum limosaque odit et in his non 1
provenit. Maceratum calida aqua homini quoque in cibo est; nam bovem unum modii singuli satiant validumque praestant, quando etiam inpositum puerorum ventribus pro remedio est. Condi in fumo maxume convenit, quoniam in umido vermiculi umbilicum eius in sterilitatem castrant. Si depastum sit in fronde, inarari protinus solum opus est.

XV. 37. Et vicia pinguescunt arva, nec ipsa agricolis 13
operosa; uno sulco sata non saritur, non stercoratur, nec aliud quam deoccatur. Sationis eius tria tempora: circa occasum arcturi, ut Decembri mense pascat; tum optume seritur in semen; aeque namque fert depasta. Secunda satio 13
mense Ianuario est, novissima Martio, tum ad frondem utilissima. Siccitatem ex omnibus quae seruntur maxume amat; non adspernatur etiam umbrosa. Ex semine eius, si lecta ma-

frutecto, a. — *coactum*, ar. *coniectum*, d$\beta\gamma$. — *diximus* 17, 54. 56. — *area*, Pint. et Schneid. ad Columell. II. 10, 2. coll. Theophr. l. l. VIII. 1, 3. *ἀπὸ τῆς ἅλω γάρ φασι δεῖν καταβάλλειν εὐθύς*. *arvo*, ad$\beta\gamma$.

§ 135. *tollitur*, a. *omnium tollitur*, Td. — *antecesserit*, Td. — *imbres obruant*, d. — *flori*, a.

§ 136. *his*, a. *iis*, d$\beta\gamma$. — *Maceratam*, a. — *homini quoque*, d. *hominique*, a. — *quin etiam*, Pint. Idem vel *atque etiam* coniicit Dalec.

§ 137. *vitia*, a. — *seritur*, ad. *sarritur*, $\beta\gamma$. — *Rationis*, a. — *tum*, ad. *tunc*, $\beta\gamma$.

§ 138. *ambrosa*, a. — *argustis*, r.

§ 139. *vitia*, a. — *cum*, ad. *per ervum*, Sabell. et Barbar. $\beta\gamma$. *Quippe cum iunctura est* Plinio usitatissima; v. ind. verbb. — *memorię*, d. — *exstet*, ita nos scripsimus. *existet*, ad. *exstat*, $\beta\gamma$. — *bobus*, d. — *gravidinosum*, a. V. Theophr. l. l. II. 4, 2. — *satum*, d. *persatum*, Ta.

tura est, palea ceteris praefertur. Vitibus praeripit sucum languescuntque, si in arbusto seratur.

38. Nec ervi operosa cura est. Hoc amplius quam vicia 139
runcatur, et ipsum medicaminis vim optinens, quippe cum divóm Augustum curatum epistulis ipsius memoria exstet. Sufficiunt singulis boum iugis modii quini sati. Martio mense satum noxium esse bubus aiunt, item autumno gravedinosum, innoxium autem fieri primo vere satum.

XVI. 39. Et silicia hoc est fenum Graecum scariphatione seritur, non altiore quattuor digitorum sulco, quantoque peius tractatur, tanto provenit melius. Rarum dictu esse aliquid cui prosit neglegentia; id autem quod secale ac farrago appellatur occari tantum desiderat. 140

40. Secale Taurini sub Alpibus asiam vocant, deterrimum 141
sed tantum ad arcendam famem; fecunda sed gracili stipula, nigritia triste, pondere praecipuum. Admiscetur huic far ut mitiget amaritùdinem eius, et tamen sic quoque ingratissimum ventri est. Nascitur qualicumque solo cum centesimo grano ipsumque pro laetamine est.

41. Farrago ex recrementis farris praedensa seritur, ad- 142
mixta aliquando et vicia; eadem in Africa fit ex hordeo. Omnia haec pabularia; degeneransque ex leguminibus quae vocatur cracca, in tantum columbis grata ut pastas ea negent fugitivas illius loci fieri.

42. Apud antiquos erat pabuli genus quod Cato ocinum 143
vocat, quo sistebant alvom bubus; id erat e pabuli segete viride desectum antequam gelaret. Sura Mamilius aliter id

§ 140. *silicia*, d. *Sicilia*, a. *silica*, T. *Silicla*, Salmas. exerc. p. 172. b. G. — *scariphatione*, a. *scrarifatione*, d. *scarificatione*, Barbar. $\beta\gamma$. — *tractatum*, a[1]. — *negligentia*, d$\beta\gamma$. — *quid*, a. — *ac*, adr. *atque*, β. — *frago*, a. — *appellantur*, a. — *desiderant*, a.

§ 141. *Sebcali*, a[1]. — *deterrimum*, ad. *teterrimum*, T. *aterrimum*, K. — *sed*, Tad. *et*, $\beta\gamma$. — *famem*, θTad. *famem utile*, β. — *fecunda*, θTd. *secunda*, a. — *fistula*, K. — *pondere*, Tad. *sed pondere*, $\beta\gamma$.

§ 142. *recrimentis*, a. — *vitia*, a. — *degeneransque*, d (codd. Gel.) *degenerans qui*, a. — *craoca*, θ.

§ 143. *ocinum*, ad. *ocynum*, θ. *ocymum*, β. — *quod sistebat*, T. *quo citabant*, Pint., Scaliger et Schneid. ad Varr. de re rust. I. 31, 4. — *e pabuli*, cod. Victor. ad Varr. l. l. *e pabulis*, a$\beta\gamma$. *pabuli*, Td. — *viride*, Tad (cod. Victor.) *viridi*, $\beta\gamma$. — *desectum*, Td (codd. Victor.) *desecte*, a. *desecta*, $\beta\gamma$. — *gelaret*, certe corruptum. *siliquaret*, Pint., Victor., Schneid. *genicularet*, Scaliger. — *Mamilius*, θTad. *Manlius*, β. — *aliter id*, ad. *id aliter*, $\beta\gamma$.

interpretatur et tradit fabae modios decem, viciae duos, tantundem erviliae in iugero autumno misceri et seri solitos, melius et avena Graeca, cui non cadit semen, admixta; hoc vocitatum ocinum boumque causa seri solitum. Varro appellat a celeritate proveniendi, e Graeco quod ὠχέως dicunt.

43. Medica externa etiam Graeciae est, ut a Medis ad- 14
vecta per bella Persarum quae Darius intulit, sed vel in primis dicenda. Tanta dos ei, cum ex uno satu amplius quam tricenis annis duret. Similis est trifolio, postea caule foliisque geniculata; quidquid in caule adsurgit, folia contrahuntur. Unum de ea et cytiso volumen Amphilochus composuit. Solum, in quo seratur, elapidatum purgatumque subi- 14
gitur autumno, mox aratum et occatum integitur crate iterum ac tertium, quinis diebus interpositis et fimo addito; poscit autem siccum sucosumque vel riguum. Ita praeparato seritur mense Maio, alias pruinis obnoxia. Opus est densitate seminis omnia occupari internascentisque herbas excludi; id praestant in iugera modia vicena. Movendum ne aduratur, 14
terraque protinus integi debet. Si sit umidum solum herbosumve, vincitur et desciscit in pratum; ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda est, manu potius quam sarculo. Secatur incipiens florere et quotiens refloruit; id sexiens evenit per annos; cum minumum, quater. In se- 14
men maturescere prohibenda est, quia pabulum utilius est usque ad trimatum. Verno sariri debet liberarique ceteris

vitiae, a[1]. — *erviliae autumno miscere et in iugerum serere*, K. — *solitos*, TKd. *solitus*, a. *solitum*, *β*. — *havena*, a. — *admixto*, a. — *ocinum*, ad. *ocynum*, *θ*. *ocymum*, *β*. — *appellat*, Td. *appellatum*, a*βγ*. — *ὠχέως*, *θ*. *oceos*, Tad (codd. Victor.) *ὠχύς*, *β*.

§ 144. *est ut*, *θ*Tad. *ut*, *β*. — *Medis*, ita nos scripsimus. *Medicis*, ad*βγ*. — *ei*, ita nos scripsimus. *et*, ad. *eius est*, *βγ*. — *cum ex*, *θ*Tad. *cum*, *β*. — *denis*, Pint. — *postea*, *θ*. Omitt. ad*βγ*. *προάγουσα δὲ στενοφυλλοτέρα γίνεται*, Dioscor. 2, 176. — *quicquid*, a. *ea cum in caulem assurgit*, *in folio contrahitur*, K. — *contrauntur*, a. — *ampli locus*, a. — *composuit*, Pint. *confusum*, *θ*Tadr. *fecit confusim*, *β*. *fecit confusum*, *γ*.

§ 145. *occultum*, *θ*ad. — *ac tertium*, *θ*ad. *et tertium*, *β*. — *addita*, a. — *Ita*, d. *&* *a*, a. — *iugera modia vicena*, a. *iugero modi vicina*, Td. *in iugerum modii bini*, Schneid. ad Varr. de re rust. 1, 42.

§ 146. *Movendum ne aduratur*, ita edidit Hard., qui addit *movendum* in suis codd. legi; *aduratur* scripsit lectore non monito. *in movendum ne adurat*, cod. Turneb. adv. 28, 42. *inmovendam ne adurat*, a. *Cavendum ne adurat*, *β*. *vindemia dura*, Td (alii codd. Turn.) *avendum*, D[1]. *cavendum*, D[2]. Eadem de re Columella II. 10, 27. haec habet: *ligneis rastris*, *id enim multum confert*, *statim iacta semina obruantur*; *nam celerrime sole aduruntur*, quibus ex verbis comparatis cum

herbis, ad trimatum marris ad solum radi; ita reliquae herbae intereunt sine ipsius damno propter altitudinem radicum. Si evicerint herbae, remedium unicum in aratro saepius vertendo, donec omnes aliae radices intereant. Dari non ad sa- 148
tietatem debet, ne deplere sanguinem necesse sit; et viridis utilior est. Arescit surculose ac postremo in pulverem inutilem extenuatur. De cytiso, cui et ipsi principatus datur in pabulis, adfatim diximus inter frutices. Et nunc frugum omnium natura peragenda est, cuius in parte de morbis quoque dicatur.

XVII. 44. Primum omnium frumenti vitium avena est, 149
et hordeum in eam degenerat sic ut ipsa frumenti sit instar, quippe cum Germaniae populi serant eam neque alia pultę vivant. Soli maxume caelique umore hoc evenit vitium; sequentem causam habet inbecillitas seminis, si diutius retentum est terra prius quam erumpat. Eadem ratio et si cario- 150
sum fuit cum sereretur. Prima autem statim eruptione adgnoscitur, ex quo adparet in radice esse causam. Est et aliud ex vicino avenae vitium, cum amplitudine inchoata granum, sed nondum matura, prius quam robur et corpus, adflatu noxio cassum et inane in spica evanescit quodam abortivo. Venti autem tribus temporibus nocent frumento 151
et hordeo: in flore, aut protinus cum defloruere, vel maturescere incipientibus; tum enim exinaniunt grana, prioribus causis nasci prohibent. Nocet et sol creber e nube.

scriptura codd. Plinianorum multa hic corrupta esse apparet. Quae Pint. et mutando et transponendo tentat, nemo probabit. — *altitudinem*, a. — *cum minimum*, d. *minimum*, a.

§ 147. *Verno — trimatum*, om. γ vitio operarum. — *sarriri*, Pint. *sarri*, d. *seri*, a$\beta\gamma$. V. Schneid. ad Columell. II. 10, 27. et Ian. obss. critt. p. 18. — *marris*, d. *in arvis*, a. — *intereunt — herbae*, om. a. — *in aratro*, Dalec. *laratio*, θ. *et aratro*, a. *aratro*, d. *aratio*, T. *est aratio*, $\beta\gamma$.

§ 148. *deplere*, codd. Gel. *replere*, Tad. — *pulverem inutilem* omisso *in*, a. *utilem pulverem*, d. — *ipse*, d. — *diximus* 13, 130. — *morbis*, θTd. *modiis*, a. *vitiis*, β.

§ 149. *sit*, Ta. *fit*, d$\beta\gamma$. — *populi serant*, codd. Gel. *populis erant*, a. *populi servant*, Td. — *causato*, ad. — *si*, θ. *cum*, D$^2\beta$. Omitt. D^{1}ad. *seminis diutius retenti terra*, r. — *erumpet*, a.

§ 150. *ratio et si*, a. *ratio si*, d. *est ratio, si*, $\beta\gamma$. — *Prima — causam*, om. d^1. — *robur et*, a. *roboret*, θd. *roboretur*, $\beta\gamma$. — *cascum*, d (codd. Turn. adv. 28, 42.) — *evanescit partu quodam*, Dalec. — *abortivo*, a (codd. Turn.) *abortu*, θTKd.

§ 151. *causa*, a. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. VIII. 10, 3. — *e nube*, a. *ex nube*, Td.

Nascuntur et vermiculi in radice, cum sementem imbribus 15
secutis inclusit repentinus calor umorem; gignuntur et in grano, cum spicae pluviis calor infervescit. Est et cantharidis dictus scarabaeus parvos frumenta erodens. Omnia ea animalia cum cibo deficiunt. Oleum, pix, adips contraria seminibus cavendumque ne contacta eis serantur. Imber in herba utilis tantum, florentibus autem frumento et hordeo nocet, leguminibus innocuus praeterquam ciceri. Mature- 15
scentia frumenta imbre laeduntur et hordeum magis. Nascitur et herba alba panico similis, occupans arva, pecori quoque mortifera. Nam lolium et tribulos et carduos lappasque non magis quam rubos inter frugum morbos potius quam inter ipsius terrae pestis numeraverim. Caeleste frugum vinearumque malum nullo minus noxium est robigo. Frequentissima 15
haec in roscido tractu convallibusque ac perflatum non habentibus; e diverso carent ea ventosa et excelsa. Inter vitia segetum et luxuria est, cum oneratae fertilitate procumbunt; conmune autem omnium satorum vitium urica, etiam ciceris, cum salsilaginem eius abluendo imber dulcius id facit. Est 15
herba quae cicer enecat et ervom circumligando se, — vocatur orobanche; — tritico simili modo aera, hordeo festuca quae vocatur aegilops, lenti herba securiclata quam Graeci a similitudine pelecinon vocant; et hae conplexu necant. Circa Philippos ateramon nominant in pingui solo herbam

§ 152. *vermiculi in*, d. *vermiculum*, a. — *inclusit*, θTad. *incluserit*, β. — *pluviis*, a. *in pluviis*, r (codd. Turn.) *pluvius*, Td (alii codd. Turn.) — *cantharidis dictus*, Tad. *cantharidis*, θ. *cantharis dictus*, βγ. V. ad 36, 16. — *rodens*, T. — *contacta*, d. *contracta*, a. — *eis serantur*, d. *transserantur*, a. — *in*, Ta. *et in*, dβγ. — *tantum*, d. *quarto*, a. *quando*, T. ////*pastu*, D. V. Theophr. l. l. VIII. 6, 4. 5. — *florentibus*, a. *florent*, Td.

§ 153. *panico*, Barbar. d. *panifico*, a. — *tribulus et carduus lappaque* — *rubus*, a.

§ 154. *carent ea*, d. *carentia*, a. Haec sumpsit Plin. ex Theophr. l. l. VIII. 10, 2. — *oneratae*, K. *onerata*, dβ. *hoc onerata*, a. — *urica*, a. *uricae*, θ. *erucae*, Tdγ. *eruca*, codd. Turn. adv. 28, 42.

§ 155. *ervum*, d. *herbum*, a. — *orobreche*, ad. V. Theophr. l. l. VIII. 8, 3. — *tritico*, ad. *triticum*, βγ. V. Theophr. l. l. VIII. 6, 1. — *aera*; pro h. v. habet *herba* a, *hēra* d, *aira* γ. — *hordeo*, ad. *hordeum*, βγ. — *lenti*, ad. *lentem*, βγ. — *securiclata*, θa (codd. Turn.) *securidata*, d. *securidaca*, βγ. — *pelecinum*, d. *pelicenum*, a. — *hae*, Td. *hac*, a. *hae quidem*, β. — *ateramum*, θad. *ateramnon*, β. — *terram umquam in*, a. *terram nunquam in*, d. *teramnon qua in*, β. V. Theophr. l. l. VIII. 8, 6. et Plutarch. quaest. symp. VII. 2, 3.

§ 156. *Aerae*, d. *Here*, a. *Airae*, γ. — *minime*, D. — *vertiginem*, d. — *id*, a. *his*, d. — *hervo*, a. — *hiemps*, a. — *aquosus*, d. — *vitia*, a. — *hi fere*, d.

qua faba necatur, teramon qua in macro, cum udam quidam ventus adflavit. Aerae granum minumum est in cortice acu- 156
leato; cum est in pane, celerrime vertigines facit, aiuntque in Asia et Graecia balneatores, cum velint turbam pellere, carbonibus id semen inicere. Nascitur et phalangion in ervo, bestiola aranei generis, si hiems aquosa sit. Limaces nascuntur in vicia et aliquando e terra cocleae minutae, mirum in modum erodentes eam. Et morbi quidem fere hi sunt.

45. Remedia eorum, quaecumque pertinent ad herbas, in 157
sarculo et, cum semen iactatur, cinere; quae vero in semine et circa radicem consistunt, praecedente cura caventur. Vino ante semina perfusa minus aegrotare existumant. Vergilius nitro et amurca perfundi iubet fabam; sic etiam grandescere promittit. Quidam vero, si triduo ante satum urina et aqua 158
maceretur, praecipue adulescere putant; ter quidem saritam modium fractae e modio solidae reddere, reliqua semina cupressi foliis tunsis si misceantur, non esse vermiculis obnoxia, nec si interlunio serantur. Multi ad mili remedia rubetam noctu arvo circumferri iubent prius quam sariatur defodique in medio inclusam fictili; ita nec passerem nec vermis nocere; sed eruendam prius quam metatur, alioquin amarum fieri; quin et armo talpae contacta semina uberiora esse. Democritus suco herbae quae appellatur aizoum, in 159
tegulis nascens tabulisve, Latine vero sedum aut digitellum, medicata seri iubet omnia semina; volgo vero, si uredo no-

§ 157. *Vino* et *semina*, *θ* T a d r. *Vina* et *semine*, *β*. — *Vergilius* georg. 1, 193. — *sic eam*, *θ* in emend. — *promittens*, T d.

§ 158. *praecipuos*, a. *praecipuus*, d. *praecipuius*, T. — *quidam*, T. — *sartam*, T a d (codd. Turn. adv. 28, 42.) *satam*, *θ*. — *e modio*, d. *modium*, a. — *tunsis*, om. d. — *non*, d. *nunc*, a. — *subnoxia*, a. — *milia*, a. — *fictili*, a d. *vase fictili*, *βγ*. — *vermes*, *θ* T a d. *vermem*, *β*. — *alioquin*, a d. *alioqui*, *βγ*. — *contracta*, a.

§ 159. *aizoum*, D². *aizum*, D¹ a d. *aizoon*, Barbar. *βγ*. — *tabulisve*, Barbar. *tabulis aesum*, *θ* a. *caballis esum*, T d. *tabalis aesum*, D. *tabulis haesum* vel *caballis haesum*, codd. Turn. *tubalisve*, Pint. *tabulisve exesis*, Dalec. Neque Barbari, neque Pintiani vel Dalecampii coniecturam verum attingere apparet; etiam h. l. ad D confugiendum, unde certissime repono *ab aliis*; in *aesum* insunt reliquiae cognominis alicuius huius plantae, et ex multis quae affert Dioscor. 4, 88. 89. cognominibus nullum, si litterarum ductus spectas, aptius est quam *ἀείχρυσον*. Ceterum aizoum maius Dioscor. 4, 88. nasci ait *ἐν τόποις ὀρεινοῖς· καὶ ἐν ὀστράκοις ἔνιοι φυτεύουσιν αὐτὸ ἐπὶ τῶν οἰκημάτων*; de aizoo minore idem dicit 4, 89. *φύεται ἐν τοίχοις καὶ πέτραις καὶ θριγκοῖς καὶ τάφοις ὀπωρίοις*. — *digitellum*, Barbar. *dicit illum*, a d. — *uredo*, *θ*. *dulcedo*, a d *βγ*, quod nescio an possit defendi e §. 154. *si sedum non sit*, Pint.

ceat et vermes radicibus inhaereant, remedium est amurca pura ac sine sale spargere, dein sarire; si in articulum seges ire coeperit, runcare, ne herbae vincant. Pestem a milio 16
atque panico, sturnorum passerumve agmina, scio abigi herba cuius nomen ignotum est, in quattuor angulis segetis defossa, mirum dictu, ut omnino nulla avis intret. Mures abiguntur cinere mustelae vel felis diluto et semine sparso vel decoctarum aqua. Sed redolet virus animalium eorum etiam in pane; ob id felle bubulo semina attingi utilius putant. Robigo quidem, maxuma segetum pestis, lauri ramis 16
in arvo defixis transit in ea folia ex arvis. Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba dumtaxat, et depastae quidem vel saepius nullam in spica iniuriam sentiunt; retonsarum etiam semel omnino certum est granum longius fieri, sed inane cassumque, ac satum non nasci. Babylone tamen 16
bis secant, tertium depascunt; alioquin folia tantum fierent; sic quoque cum quinquagesimo faenore messis reddit eximia fertilitas soli, diligentioribus vero cum centesimo. Neque est cura difficilis quam diutissime aqua rigandi, ut praepinguis et densa ubertas diluatur. Limum autem non invehunt Euphrates Tigrisque sicut in Aegypto Nilus, nec terra ipsa herbas gignit; ubertas tamen tanta est ut sequente anno sponte restibilis fiat seges, inpressis vestigio seminibus, quae tanta soli differentia admonet terrae genera in fruges describere.

46. Igitur Catonis haec sententia est: „in agro crasso et 162

inherent, a[1]. — *dein*, a. *deinde*, d $\beta\gamma$. Verba *dein sarire* — *vincant* h. l. inepte posita esse dicit Pint. — *truncare*, a.

§ 160. *limio*, a. — *panicus turnorum*, a. — *falis deluto*, a. — *aquas et*, a.

§ 161. *ea*, T a d r. *earum*, β. *eorum*, Dalec. — *ex herbis*, K. — *pecorum*, d. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. VIII. 7, 4. — *vel*, omitt. T d. — *saepius*, a d. *suibus*, r. — *retonsarum*, d. *retusarum*, a. *recusarum*, θ. — *fieri*, om. d. — *et*, a d. — *cassumque*, a[1]. *crassumque*, a[2]. *casumque*, θ. *cascumque*, d (codd. Turn.).

§ 162. *tertium*, θ a d. *tertio*, $\beta\gamma$. — *alioquin*, a d. *alioqui*, γ. — *quinquagesimo*, Theophr. hist. plant. VIII. 7, 4. *γίνεται δὲ τοῖς μὴ καλῶς ἐργασαμένοις πεντηκονταχόα. quinto decimo*, θ a d. — *eximia fertilitas*, D[2]. *fertilitas*, K. *exilitas*, D[1] a d $\beta\gamma$. — *soli cum*, D a d. — *diligentioribus vero*, D[2]. *diligentioribus verum*, D[1] a d. *verum diligentioribus*, $\beta\gamma$. — *centesimo*, Hard. e codd. (?) et Theophr.: *τοῖς δὲ ἐπιμελῶς ἑκατονταχόα. centesimo quinquagesimo*, D a d β. — *aqua rigandi*, D a. *adaquari gaudent*, T d γ. *aquari gaudent*, K. — *ubertas*, D. *ubertatis*, a d $\beta\gamma$. — *tanta est*, ita nos scripsimus. *tantaē*, D. *tante*, a d. *tantae*, $\beta\gamma$. — *ut*, D[2]. *sunt*, D[1] a d. *sunt ut*, $\beta\gamma$. — *anno*, D a. *anno ut*, T d. — *describere*, a.

laeto frumentum seri, si vero nebulosus est idem, rapa, raphanos, milium, panicum. In frigido, aquoso prius serendum, postea in calido, in solo autem rubricoso vel pullo vel harenoso, si non sit aquosum, lupinum; in creta et rubrica et aquosiore agro adoreum; in sicco et non herboso nec umbroso triticum; in solo valido fabam, viciam vero 164
quam minume in aquoso herbidoque; siliginem et triticum in loco aperto, edito, qui sole quam diutissime torreatur; lentem in rudecto et rubricoso qui non sit herbidus; hordeum in novali et in arvo quod restibile possit fieri; trimestre, ubi sementem maturam facere non possis et cuius crassitudo sit restibilis." Subtilis et illa sententia: serenda 165
ea in tenuiore terra, quae non multo indigent suco, ut cytisus et cicere excepto legumina quae velluntur e terra, non subsecantur, unde et legumina appellata, quia ita leguntur; in pingui autem quae cibi sunt maioris, ut olus, triticum, siligo, linum. Sic ergo tenue solum hordeo dabitur, — minus enim alimenti radix poscit, — lenior terra densiorque tritico. In loco umidiore far adoreum potius quam triticum 166
seretur, temperato et triticum et hordeum. Colles robustius sed minus reddunt triticum. Far, siligo et cretosum et uliginosum solum sortiuntur. XVIII. Et frugibus ostentum semel, quod equidem invenerim, accidit P. Aelio Cn. Cornelio coss. quo anno superatus est Hannibal; in arboribus enim tum nata produntur frumenta.

§ 163. *Catonis* de re rust. 6. — *est idem*, ita ex Cat. scribendum. *est sitidem*, ad. *sit idem*, $\beta\gamma$. — *rapa*, ex Cat. cum Pint. inserui. Omitt. a d $\beta\gamma$. — *raphanos*, Pint. ex Cat. *raphanus*, D d. *raphanum*, a $\beta\gamma$. — *In frigido*, Cato de re rust. 34. — *aquoso*, a. *et aquoso et*, θ. *et aquoso*, d $\beta\gamma$. — *rubricoso*, Cato. *lubricoso*, a d. — *aserenoso*, a.

§ 164. *in solo valido*, Cato de re rust. 35. — *edito*, D a. *editoque*, d $\beta\gamma$. — *sale*, a. — *rudecto*, Pint. et Pontedera antiquitt. p. 48. ex Cat. *frutecto*, θ T a. *frutectoso*, d (?) $\beta\gamma$. — *nobili*, d [1]. — *in arvo*, om. d. — *possis*, Hard. ex Cat., qui *potueris* habet. *possit*, a d β.

§ 165. *indigenti*, a. — *suctu*, θ [1] T. *sumptu*, θ [2]. — *cytisum*, Dalec. — *cicere excepto legumina*, Ursin. ad Varr. de re rust. I. 23, 2. *cicer exceptis leguminibus*, a d β. — *subsecuntur*, a. — *cibi*, θ [1] a d. *curae*, θ [2]. — *siligo*, om. γ vitio operarum. — *lenior*, T a d. *levior*, β. *laetior*, Pint.

§ 166. *humido*, Ursin. et Schneid. ad Varr. de re rust. I. 9, 4. *humili*, a d $\beta\gamma$. Ego tamen tam propter Varronis auctoritatem quam ob argumenta diplomatica *humidiore* reposui; ita enim melius explicatur, quomodo vera scriptura corrumpi potuerit, cum litterae *ore* casu in codice archetypo evanuissent. — *siligo*, a d. *et siligo*, $\beta\gamma$. — *satiuntur*, a d. *et cretoso et uliginoso solo seruntur*, θ [2]. — *invenerit*, a d. — *frumenta produntur*, d.

*

47. Et quoniam de frugum terraeque generibus abunde 167
diximus, nunc de arandi ratione dicemus, ante omnia Aegypti facilitate conmemorata. Nilus ibi coloni vice fungens evagari incipit, ut diximus, a solstitio aut nova luna, primo lente, dein vehementius, quamdiu in leone sol est; mox pigrescit in virginem transgresso atque in libra residit. Si 168
XII cubita non excessit, fames certa est, nec minus, si XVI exsuperavit; tanto enim tardius decedit, quanto abundantius crevit, et sementem arcet. Volgo credebatur a decessu eius serere solitos mox sues inpellere vestigiis semina deprimentis in madido solo; et credo antiquitus factitatum, nunc quo- 169
que non multo graviore opera; sed tamen inarari certum est abiecta prius semina in limo digressi amnis, hoc est Novembri mense incipiente; postea pauci runcant, quod botanismon vocant; reliqua pars non nisi cum falce arva visit paulo ante kalendas Aprilis. Peragitatur autem messis mense Maio, stipula numquam cubitali; quippe sabulum subest granumque limo tantum continetur. Excellentius Thebaidis re- 170
gioni frumentum, quoniam palustris Aegyptus. Similis ratio, sed felicitas maior Babyloniae Seleuciae, Euphrate atque Tigri restagnantibus, quoniam rigandi modus ibi manu temperatur. Syria quoque tenui sulco arat, cum multifariam in Italia octoni boves ad singulos vomeres anhelent. In omni quidem parte culturae sed in hac maxume valet oraculum illud, quid quaeque regio patiatur.

§ 167. *et in frugum*, r. — *diximus* 5, 57. — *aut nova*, a d. *et nova*, K. *nova*, Pint. — *primo*, T d. *a primo*, a. *ac primo*, β. — *dein*, a d. *deinde*, $\beta\gamma$. — *residit*, ita nos scripsimus. *residet*, a d $\beta\gamma$. Vid. 5, 57.

§ 168. *excesserit*, r. — *exsuperabit*, a. — *decrescit*, T. — *a decessu eius*, d. *ac decessu eius*, a. *ab eius decessu*, $\beta\gamma$. — *solitus*, a. — *in madido*, d. *et madido*, a.

§ 169. *graviora*, T a d r γ. — *abiecto prius semine*, K. — *digressi*, d. *degressi*, θ T a. — *hoc fit*, T a. — *quod*; pro h. v. habent *pauci* a d. — *Peragitatur*, a. *Agitatur*, d. *Peragitur*, $\beta\gamma$. — *messes*, a. — *mense Maio*, T d. *Maio*, a $\beta\gamma$.

§ 170. *Excellentibus*, a. — *regioni*, a. *regionis*, d. *regionibus*, r. — *Babyloniae Seleuciae*, Barbar. K a. *et Babyloniae ac Seleuciae*, d. *Babyloni ac Seleuciae*, β. — *arat*, om. a. V. Theophr. de caus. plant. III. 20, 5. — *multifaria*, a. — *ocioni*, a. — *hac*, d. *ac*, a. *hac quidem*, $\beta\gamma$. — *illum*, a. — *quid quae regio*, a d. V. Vergil. georg. 1, 53.

§ 171. *inflexus*, ita nos scripsimus. *infelix*, T a d. *inferius*, Brot. e codd., quos finxisse videtur, et edit. princ. γ. Om. β. *in filicem* vel *difficilem*, Pint. — *praedensa*, a². — *priusquam*, d. *prius*, a. — *rostrati uti*, ita nos scripsimus. *rostra uti*, a d. *rostrati*, $\beta\gamma$.

§ 172. *et acutior*, θ T a d. *acutior*, Pint. r. *sed exacutior*, β. — *fastigata*, T a d. *fastigiata*, β. — *glandi oscindens*, a. — *secant*, a d. — *Non*, a d. *Id non*, β. —

48. Vomerum plura genera: culter vocatur inflexus prae- 171
densam priusquam proscindatur terram secans futurisque sulcis vestigia praescribens incisuris quas resupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus est volgare rostrati uti vectis; tertium in solo facili, nec toto porrectum dentali sed exigua cuspide in rostro. Latior haec quarto generi et acu- 172
tior in mucronem fastigata eodemque gladio scindens solum et acie laterum radices herbarum secans. Non pridem inventum in Raetia Galliae, ut duas adderent tali rotulas, quod genus vocant plaumorati; cuspis effigiem palae habet. Serunt 173
ita non nisi culta terra et fere nova. Latitudo vomeris caespites versat. Semen protinus iniciunt cratisque dentatas supertrahunt; nec sarienda sunt hoc modo sata, sed protelis binis ternisque sic arant. Uno boum iugo censeri anno facilis soli quadragena iugera, difficilis tricena, iustum est.

XIX. 49. In arando magnopere servandum est Catonis 174
oraculum: „quid est bene agrum colere? bene arare. quid secundum? arare. quid tertium? stercorare. Sulco vario ne ares. Tempestive ares." Tepidioribus locis a bruma proscindi arva oportet, frigidioribus ab aequinoctio verno et maturius sicca regione quam umida, maturius densa terra quam soluta, pingui quam macra. Ubi siccae et graves ac- 175
states, terra cretosa aut gracilis, utilius inter solstitium et autumni aequinoctium aratur; ubi leves aestus, frequentes imbres, pingue herbosumque solum, ibi mediis caloribus. Altum et grave solum etiam hieme moveri placet, tenue

Retia, a. — *ut*, d. Omitt. aβ. — *duos* et *rutulos*, Richtsteig.; v. Osann. in Schneidewin. philolog. VII. p. 397 seq. — *adderent*, a d. *addiderunt*, β. — *alii*, a dγ. Om. K. — *plaumorati*, θT a d. *planarati*, β. *plaustraratri*, Hard. *planaratri*, Richtsteig. Conatus hanc vocem ingenio linguae Latinae accommodandi inanes mihi videntur, quia Plinium vocem Raeticam attulisse apparet. — *habent*, a d.

§ 173. *ita*, a. *tamen*, d. — *culiratatra*, a. *non cultra terra sed vere nova*, Dalec. — *initiunt*, a. — *protelis*, θT a d r (codd. Salmas. exerc. p. 943. a. D. et Turnebi adv. 24, 42. 28, 42.) *porcellis*, codd. Barbari, β. — *conseri*, T. *conseri arvo*, Dalec. — *facili*, θ d. — *solo*, β.

§ 174. *servandum*, d. *reservandum*, θ a. — *Catonis* de re rust. 61. — *quod*, a[2]. — *bene agrum colere? bene arare*, T a d. *agrum bene colere? bene arare*, Cato. *primum? Agrum bene colere*, $\beta\gamma$. — *quid secundum? arare*, Cato. *quid secundum*, T a d. *quid secundum? bene arare*, $\beta\gamma$.

§ 175. *gravis*, d. — *aestatis*, a d. — *terre*, a d. — *in*, a. — *et*, post *autumni* collocant a d. — *ibi*, a. *ubi*, d. — *mediis*, T d. *medius*, a. *melius*, β. — *tenue*, d. Omitt. T a.

valde et aridum paulo ante sationum tempus. Sunt et hic 17
suae leges: lutosam terram ne tangito; vi omni arato; prius quam aras proscindito; hoc utilitatem habet, quod inverso caespite herbarum radices necantur. Quidam utique ab aequinoctio verno proscindi volunt. Quod vere semel aratum est a temporis argumento vervactum vocatur. Hoc in novali aeque necessarium; novale est quod alternis annis seritur. Araturos boves quam artissime iungi oportet, ut ca- 17
pitibus sublatis arent; sic minume colla contundunt; si inter arbores vitisque aretur, fiscellis capistrari, ne germinum tenera praecerpant; securiculam in stiva pendere, qua intercidantur radices; hoc melius quam convelli aratro bovesque luctari; in arando versum peragi nec strigare in actu spiritus. Iustum est proscindi sulco dodrantali iugerum uno die, 17
iterari sesquiiugerum, si sit facilitas soli, si minus, proscindi semissem, iterari assem, quando et animalium labori natura leges statuit. Omne arvom rectis sulcis, mox et obliquis subigi debet. In collibus transverso tantum monte aratur, sed modo in superiora modo in inferiora rostrante vomere; tantumque est laboris homini ut etiam boum vice fungatur; certe sine hoc animali montanae gentes sarculis arant. Arator nisi incurvos praevaricatur; inde translatum 17
hoc crimen in forum; ibi utique caveatur ubi inventum est. Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus rallo. Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquantur, glaebae ne exsultent. Male aratur arvom quod satis frugibus occandum est;

sationum, θa. *sationem*, Tdγ. *sationis*, β. — *tempus*, omitt. Tadγ.

§ 176. *vi*, d. *ut*, a. — *aras*, θa. *ares*, dβγ. — *utique*, d². *utiquae*, a. Om. d¹. — *verum actum*, a. — *aeque*, θT. *atque*, ad. *atque requieto*, β. — *necessarium*, a. *necessarium est*, Tdβγ.

§ 177. *aptissime*, Pontedera antiquitt. p. 488. — *fistellis*, ad. — *capistrari*, d. *capistrati*, a. *capistrantur*, θ. — *securiculam*, d. *sericulam*, θTa. — *in stiva*, Pint. *insitivam*, adβγ. *insituviam*, T. — *strigare*, θTadr. *striare*, Barbar. β. V. Salmas. exerc. p. 40. b. G., de modo usur. p. 294. — *in actu*, om. d¹. — *spiritus*, θTadr. *saepius*, codd. Barbari, β.

§ 178. *mox et*, ad². *mox*, d¹. — *in* ante *inferiora* omitt. ad. — *reptante*, K. — *labori*, ad.

§ 179. *utique*, „vetus lectio" Pintiani. *ubique*, Tad. *itaque*, βγ. — *rallo*, θTadr. *rulla*, β. *ralla*, Heins. in Burmanni sylloge 3, 132. — *exultent*, a. — *saxis*, codd. Barbari. — *frugibus*, d. *frugilius*, a. *fragilibus*, codd. Barbari. — *intellegitur*, ad. *intelligetur*, βγ. — *est*, om. a. — *educant*, θTadr. *deducant*, β.

id demum recte subactum erit, ubi non intellegitur utro vomer ierit. In usu est et collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quae in fossas aquam educant.

XX. Aratione per transversum iterata occatio sequitur, 180
ubi res poscit, crate vel rastro, et sato semine iteratio, haec quoque, ubi consuetudo patitur, crate dentata vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operiente semina, unde primum appellata deliratio est. Quarto seri sulco Vergilius 181
existumatur voluisse, cum dixit optumam esse segetem quae bis solem, bis frigora sensisset. Spissius solum, sicut plerumque in Italia, quinto sulco seri melius est, in Tuscis vero nono; at fabam et viciam non proscisso serere sine damno conpendium operae est. Non omittemus unam etiamnum 182
arandi rationem in transpadana Italia bellorum iniuria excogitatam. Salassi cum subiectos Alpibus depopularentur agros, panicum miliumque iam excrescens temptavere. Postquam respuebat natura, inararunt; at illae messes multiplicatae docuere quod nunc vocant artrare id est aratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo vel cum 183
iam is ad bina ternave emiserit folia. Nec recens subtrahemus exemplum in Treverico agro tertio ante hunc annum conpertum; nam cum hieme praegelida captae segetes essent, reseverunt etiam campos mense Martio uberrimasque messis habuerunt. Nunc reliqua cultura tradetur per genera frugum.

XXI. 50. Siliginem, far, triticum, semen, hordeum oc- 184
cato, sarito, runcato quibus dictum erit diebus. Singulae

§ 180. *pertractaversum*, a. — *seritur*, a. — *iteratur haec quoque, ubi*, Schneider. ad Varr. de re rust. 1, 29. p. 325. *occa quoque*, Pint. — *dentata*; pro h. v. habent *contenta* θ T a d (Ambr. I. II.) γ. *contexta*, Pint. — *quod vocant lirare*; haec vv. post *semina* collocat Dalec. — *operiente*, Dalec. *operientes*, T β. *operientis*, a d. Hanc et sequentem vocem delet Pint. — *unde*; pro h. v. habent *operianturque* T a, *operiantur quae* d.

§ 181. *Vergilius* georg. 1, 47. — *soles*, T d. — *frigora*, d. *figura*, a. — *at*, d. *ad*, a.

§ 182. *etiannum*, a. — *trapadana*, a. — *Salassi*, Hard. *Salsasi*, a d. *Sallassii*, β. — *multiplicatae*, θ a d r. *duplicatae*, β. — *docet quod nunc vocant aritare*, r.

§ 183. *vel cum iam*, K. *cum iam*, a d β γ. — *si*, T a d. — *ad*, T d. *aut*, a. Omitt. β γ. — *recens*, d. *recisis*, a. — *praegelidae*, a d. — *etiam*, T d. *et scient*, θ a. *resarrientes*, β γ. Recepi lectionem interpolatam, spreta pariter interpolata vulgari, quia quid de scriptura meliorum librorum faciundum sit, nondum reperi.

operae cuique generi in iugero sufficient. Sarculatio induratam hiberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis novosque soles admittit. Qui sariet caveat ne frumenti radices subfodiat; triticum, semen, hordeum, fabam bis sarire melius. Runcatio, cum seges in articulo esse incepit, evol- 18
sis inutilibus herbis, frugum radices vindicat segetemque discernit a caespite. Leguminum cicer eadem quae far desiderat. Faba runcari non gestit, quoniam evincit herbas; lupinum occatur tantum; milium et panicum occatur et saritur, non iteratur, non runcatur; silicia et phasioli occantur tantum. Sunt genera terrae quorum ubertas pectinari sege- 18
tem in herba cogat, — cratis et hoc genus dentatae stilis ferreis, — eademque nihilominus et depascuntur. Quae depasta sunt sarculo iterum excitari necessarium. At in Bactris, Africa, Cyrenis omnia haec supervacua fecit indulgentia caeli et a semente non nisi messibus in arva redeunt, quia siccitas coercet herbas, fruges nocturno tantum rore nutriens. Vergilius alternis cessare arva suadet; si patiantur ru- 187
ris spatia, utilissimum procul dubio est; quod si neget condicio, far serendum, unde lupinum aut vicia aut faba sublata sint quae terram faciunt laetiorem. In primisque et hoc notandum, quaedam propter alia seri obiter, etsi parum provenire priori diximus volumine, ne eadem saepius dicantur; plurumum enim refert soli cuiusque ratio.

XXII. 51. Civitas Africae in mediis harenis, petentibus 18
Syrtis Leptimque magnam, vocatur Tacape, felici super

§ 184. *operi*, d. — *teporibus*, Pint. — *sariet*, a. *sarit*, d. — *radicem*, d. — *semen hordeum*, a d. *hordeum semen*, $\beta\gamma$.

§ 185. *seges*, d. *sexto*, a. — *esse incepit, evolsis*, ita nos scripsimus. *ee inmolsis*, a d. *est, evulsis*, $\beta\gamma$. — *radices*, θ T a d. *radicem*, β. — *far*, a. *faba*, T d. — *occatur*, θ^2. *vocatur*, θ^1 a. *runcatur*, d $\beta\gamma$. *non occatur*, r. — *et panicum*, θ a r. *panicum*, d β. — *seritur*, a. — *silicia*, Barbar. d. *sicilia*, a. *silicula*, altera Barbari coniectura. *siliqua*, Dalec. — *fasioli*, a. *fassioli*, d.

§ 186. *quorum*, a d. *quarum*, $\beta\gamma$. — *gratis*, a. — *eademque*, θ T a d. *eadem*, β. — *Cyrenis*, θ T a. *Cyrene*, d $\beta\gamma$. — *superi aque*, a. *superi aqua*, d. — *terris fecit*, r. — *a semente*, T a d. *semente*, β. — *messibus*, T d. *mensibus*, θ a. *nonis mensibus*, β. — *arva*, Hard. coll. § 169. *area*, d. *aream*, T a $\beta\gamma$. — *tantum*, Pint. *tectum*, T a d. *tactas*, $\beta\gamma$.

§ 187. *Vergilius* georg. 1, 71. — *suadet*, T a d r. *suadet; et hoc*, $\beta\gamma$. — *ruri*, a. — *unde*, a d. *unde et*, $\beta\gamma$. — *vitia*, a. — *quae*, ita nos scripsimus. *et quae*, a d $\beta\gamma$. Ipsa lupinum, vicia, faba sunt ea, quae terram laetiorem faciunt, neque haec sunt ab illis diversa; praeterea diversitas modorum emendationem nostram commendat. — *faciunt*, T a d. *faciant*, β. — *etsi*, ita nos scripsimus. *si*, a d.

omne miraculum riguo solo; ternis fere milibus passuum in omnem partem fons abundat, largus quidem sed et certis horarum spatiis dispensatur inter incolas. Palmae ibi praegrandi subditur olea, huic ficus, fico punica, illi vitis, sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno, omniaque aliena umbra aluntur. Quaterna cu- 189
bita eius soli in quadratum, nec ut a porrectis metiantur digitis sed in pugnum contractis, quaternis denariis venumdantur. Super omnia est bifera vite bis anno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereant luxuria singuli fructus; nunc vero toto anno metitur aliquid constatque fertilitati non occurrere homines. Aquarum quoque dif- 190
ferentia magna riguis. Est in Narbonensi provincia nobilis fons Orge nomine; in eo herbae nascuntur in tantum expetitae bubus ut mersis capitibus totis eas quaerant; sed illas in aqua nascentis certum est non nisi imbribus ali. Ergo suam quisque terram aquamque noverit.

XXIII. 52. Si fuerit illa terra quam appellavimus teneram, 191
poterit sublato hordeo seri milium, eo condito rapa, his sublatis hordeum rursus vel triticum, sicut in Campania, satisque talis terra aratur, cum seritur. Alius ordo ut, ubi adoreum fuerit, cesset quattuor mensibus hibernis et vernam fabam recipiat ita ut ante hiemalem ne cesset. Nimis pinguis alternari potest; ita fit ut frumento sublato legumen tertio seratur; gracilior et in annum tertium cesset. Frumentum seri quidam vetant nisi in ea quae proxumo anno quieverit.

sed, $\beta\gamma$. Primae vocis a nobis restitutae litterae absorptae sunt ultimis praecedentis. — *priori*, omitt. a d. — *diximus* 17, 56.

§ 188. *patentibus*, a. — *magna*, θ T a d. — *sed et*, θ T a d. *sed*, $\beta\gamma$. — *dispensatur*, θ T a d. *dispensatus*, β. — *pregnandi*, a. *praegnanti*, d. — *subditus*, a. — *illis*, a.

§ 189. *venundantur*, a. — *bifera vite*, θ T a d. *biferam vitem*, β. — *pereant*, d. *pereat*, a. *pereunt*, $\beta\gamma$. — *si ructus*, a. *si rictus*, d. — *praecurrere*, K.

§ 190. *Orge*, a. — *nomine*, T a d. *nomine est*, $\beta\gamma$. — *bobus*, d. — *aquas*, T a d.

§ 191. *tenera*, a. Vid. 17, 36. — *sublecto*, θ. — *seri milium*, a. *milium seri*, d $\beta\gamma$. — *rapa*, T a d r. *raphanus*, β. — *sublectis*, θ. — *rursus*, T a d (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 515. b. D.) Omitt. $\beta\gamma$. — *quatuor cesset*, d. — *recipi*, a d (codd. Salmas.) — *ita ut*, a (codd. Salmas.) *ut aut*, d. *ut*, r. *aut*, β. — *nec exiet*, a d (codd. Salmas.) *non cesset*, r. — *Nimis*, θ T a d r. *Nec non minus*, β. — *potest; ita fit ut*, θ. *potest ita fit*, a d. *potest ita, si*, $\beta\gamma$. — *sublecto*, θ. — *et annum*, a. *etiamnum*, T d. — *seri quidam*, a d. *seri quidem*, θ. *quidam seri*, $\beta\gamma$. — *in ea quae*, d. *sine aqua*, a. — *quievertit*, a.

53. Maxumam huius loci partem stercorationis optinet ra- 19
tio, de qua et priori diximus volumine. Hoc tantum enim
in confesso est nisi stercorato seri non oportere, quamquam
et hic leges sunt propriae. Milium, panicum, rapa, napus
nisi in stercorato non seritur; non stercorato frumentum po-
tius quam hordeum serito; item in novalibus, tametsi in illis
fabam seri volunt, eandem ubicumque quam recentissime
stercorato solo. Autumno aliquid saturus Septembri mense 19
fimum inaret post imbrem; utique si verno erit saturus, per
hiemem fimum disponat. Iustum est vehis octodecim iugero
tribui, dispergere autem prius quam arescat aut iacto se-
mine; si haec omissa sit stercoratio, sequens est, prius quam
sariat, aviarii pulvere. Quod ut hanc quoque curam deter- 1
minemus, iustum est singulas vehis fimi denario ire in sin-
gulas pecudes minores, in maiores denas; nisi contingat
hoc, male substravisse pecori colonum adpareat. Sunt qui
optume stercorari putent sub divo retibus inclusa pecorum
mansione. Ager si non fuerit stercoratus, alget; si nimium
stercoratus est, aduritur, satiusque est id saepe quam supra
modum facere. Quo calidius solum est, eo minus addi ster-
coris ratio est.

XXIV. 54. Semen optumum anniculum, bimum deterius, 1
trimum pessimum, ultra sterile; et in uno omnium definita
genere ratio est: quod in ima area subsedit ad semen re-
servandum est; id enim optumum, quoniam gravissimum;
neque alio modo utilius discernitur. Quae spica per inter-

§ 192. *optinet et*, a. — *diximus* 17, 50. — *enim*, θTad. *unum*, β. — *compessum*, a. *compensum*, d. — *huic*, a. — *in stercoratione*, γ vitio operarum. — *non seritur*, θd. *seritur*, a. *non serantur*, β. — *serito*, a. *seritur*, d.

§ 193. *inarguet*, θad. — *saturis*, a. — *disponant*, a. — *veges*, a. — *arescat*; pro h. v. habent *ares* θTad. Verba *aut iacto semine* vitiosa censet Schneider. ad Columell. II. 15, 1., permulta mutat Dalec. — *iacto*, θTKd. *iactu*, a. *iactato*, β. — *commissa*, a. — *sariat*, Td. *seriat*, a. *serat*, β, quod praefert Schneider. ad Columell. II. 15, 2. — *aviarii pulvere*, Hard. coll. Columell. II. 15, 2. *ante pulverem*, adβ. Illis verbis subiicit vv. *iacto velut semine* Schneid.

§ 194. *veies*, a. — *denario*, ad. *die triceno*, Pint. Corruptelam hic latere Schneider. quoque agnovit ad Columell. II. 15, 8. — *male*, d. *mala*, a. *mole*, codd. Gel. — *apparet*, Dalec. — *divo*, ad. *dio*, βγ. — *cratibus*, K. — *fuerit stercoratus*, θ. *stercoratur*, adβγ.

§ 195. *sterilem*, ad. Ceterum Plin. haec sumpsit ex Theophr. hist. plant. VIII. 11, 5. — *imo*, a. — *genere ratio*; pro his vv. habent *generatio* ad. De synchysi verborum v. ad 2, 110. — *areae*, r. — *discernitur*, codd. Gel. *dispernitur*, a. *dispergitur*, Tdr. — *per*, omitt. ad.

valla semina habebit abicietur. Optumum granum quod ru- 196
bet et dentibus fractum eundem habet colorem, deterius cui plus intus albi est. Certum terras alias plus seminis recipere, alias minus, religiosumque inde primum colonis augurium: cum avidius accipiat, esurire creditur et comesse semen. Sationem locis umidis celerius fieri ratio est, ne semen imbre putrescat, siccis serius, ut pluviae sequantur nec diu iacens atque non concipiens evanescat, itemque festinata satione densum spargi semen, quia tarde concipiat, serotina rarum, quia densitate nimia nocetur. Artis quoque cuiusdam 197
est aequaliter spargere; manus utique congruere debet cum gradu semperque cum dextro pede. Fit quoque quorundam occulta ratione, quod sors genialis atque fecunda est. Non transferendum est ex frigidis locis semen in calida neque ex praecocibus in serotina, idque in contrarium praecepere quidam falsa diligentia.

55. Serere in iugera temperato solo iustum est tritici aut 198
siliginis modios v, farris aut seminis, quod frumenti genus ita appellamus, x, hordei vi, fabae quintam partem amplius quam tritici, viciae xii, ciceris et cicerculae et pisi iii, lupini x, lentis iii, — sed hanc cum fimo arido seri volunt, — ervi vi, siliciae vi, phasiolorum iv, pabuli xx, mili, panici sextarios iiii, pingui solo plus, gracili minus. Est et alia distinctio: in denso aut cretoso aut uliginoso 199
tritici aut siliginis modios sex, in soluta terra et sicca et laeta quattuor; macies enim soli, nisi rarum culmum habet, spicam minutam facit et inanem. Pinguia arva ex uno

§ 196. *dentibus*, a d. *dein*, r. — *deterius*, om. a. — *Certum terras* rel.; haec sumpsit Plin. ex Theophr. l. l. VIII. 6, 2. — *alia plus*, a. — *religiosumque id et pessimum colon. aug.*, Pint. — *inde*, a. *videtur inde*, T d. — *cumesse*, a. *cum messe*, d. — *nec diu*, a. *ne diu*, d $\beta\gamma$. — *eviescat*, Heins. adv. p. 460. — *nocetur*, a d. *necetur*, $\beta\gamma$.

§ 197. *dextraopede*, a. — *Sit*, a d. — *fors*, θ a d. — *aut*, a. — *pecuda*, a d. — *praecoquibus*, T. — *in serotina*, omitt. a d. — *idque*, codd. Gel. *nihilque*, a d. — *praecepere*, codd. Gel. *praecipere*, a d.

§ 198. *iugera temperato solo*, θ a. *iugero temperati soli*, d β. — *aut seminis*, d. *autem feminis*, a. — *quintam partem*; pro his vv. habent *quinta* a d. — *vitiae*, a. — *cicerculis*, a'. — *sicilia*, a. — *passiolorum*, d. *fassiolorum*, a. — *sextarios IIII*, a. *sextarios VI*, T d.

§ 199. *uliginoso*, a d. *uliginoso solo*, $\beta\gamma$. — *modios quinque*, Pint. — *terra*, T a d. *terra nuda*, β. *in soluta terra sicca et nuda et laeta*, Schneid. ad Columell. II. 9, 5. — *macies*, T a d. *macrum*, θ. — *solum*, θ T a d. — *nisi*, θ T a d. *maior nisi*, β. — *habet*, a d. *habeat*, $\beta\gamma$. — *inane*, a. — *uno*, θ T a d. *una*, β.

semine fruticem numerosum fundunt densamque segetem ex raro semine emittunt. Ergo inter quattuor et sex modios 200
pro natura soli, alii quinque non minus seri plurisve praecipiunt, item in consito aut clivoso aut in macro. Huc pertinet oraculum illud magnopere custodiendum: „segetem ne defrudes." Adiecit his Attius in Praxidico, ut sereretur cum luna esset in ariete, geminis, leone, libra, aquario, Zoroastres sole scorpionis duodecim partis transgresso, cum luna esset in tauro.

56. Sequitur huc dilata et maxuma indigens cura de tem- 201
pore fruges serendi quaestio, magnaque ex parte ratione siderum connexa, quamobrem sententias omnium in primis ad id pertinentis exponemus. Hesiodus qui princeps hominum de agricultura praecipit unum tempus serendi tradidit a vergiliarum occasu; scribebat enim in Boeotia Helladis, ubi ita seri diximus. Inter diligentissimos convenit, ut 202
in alitum quadripedumque genitura, esse quosdam ad conceptum inpetus et terrae; hoc Graeci ita definiunt, cum sit calida et umida. Vergilius triticum et far a vergiliarum occasu seri iubet, hordeum inter aequinoctium autumni et brumam, viciam vero, phasiolos et lentem boote occidente; quo fit ut horum siderum aliorumque exortus et occasus digerendi sint in suos dies. Sunt qui et ante vergiliarum occa- 203
sum seri iubeant, dumtaxat in arida terra calidisque provinciis; custodiri enim semen non conrumpente umore et a proxumo imbre uno die erumpere; alii statim ab occasu

semine, θT d. *seminis*, a β. — *fruticem*, θT d. *radice*, a. *radice fruticem*, β. — *ex*, a d. *e*, $\beta\gamma$. — *Omittunt*, a d, ut hinc nova periodus incipiat.

§ 200. *pro natura soli*, d. *ponatur a*, a. — *alii quinque non*; pro his vv. habent *quinta* a d. — *plusve*, d. — *aut clivoso*, a. *et clivoso*, T d. — *aut*, Dalec. a. *ut*, d $\beta\gamma$. — *Huc*, Barbar. *Hoc*, a d. — *oraculum illud* Catonis de re rust. 5, 4. — *defrudes*, Schneider. et Klotz. in Iahn. horreo 10, 62. *defruges*, a d $\beta\gamma$. — *his Attius*, θ. *iis Attius*, d. *iis Actius*, K. *insartius*, a. *iis Accius*, $\beta\gamma$. — *ut sereretur* rel.; Hermann. de L. Attii libris didascalicon p. 4. haec verba ita ab Attio scripta fuisse censet:

sérere, cum est
Lúna in arieté, geminis, leóne, libra, aquário. —

Zoroastris, d. *Zoroastrius*, a. — *scorpionis duodecim partes*, a d. *duodecim partes scorpionis*, $\beta\gamma$.

§ 201. *delata*, a. — *servandi*, a d. — *conexa*, a. — *Hesiodus* opp. et dies 384. — *primus*, θ^2. — *hominum*, θ (a manu secunda) T a d. *omnium*, $\beta\gamma$. — *praecipit*, T a d. *praecepit*, $\beta\gamma$. — *reddidit*, a[1]. — *Boetia*, a. — *diximus* § 49.

vergiliarum sequi imbris, a septumo fere die; aliqui in frigidis ab aequinoctio autumni, in calidis serius, ne ante hiemem luxurient. Inter omnis autem convenit circa brumam 204
serendum non esse, magno argumento, quoniam hiberna semina, cum ante brumam sata sint, septumo die erumpant, si post brumam, vix quadragesimo. Sunt qui properent atque ita pronuntient, festinatam sementem saepe decipere, serotinam semper; e contrario alii, vel vere potius serendum quam malo autumno, atque ubi fuerit necesse, inter favonium et vernum aequinoctium. Quidam omissa caelesti sub- 205
tilitate temporibus definiunt: vere linum et avenam et papaver atque, uti nunc etiam transpadani servant, usque in quinquatrus, fabam, siliginem Novembri mense, far Septembri extremo usque in idus Octobris, alii post hunc diem in kalendas Novembris. Ita his nulla naturae cura est, illis nimia, et ideo caeca subtilitas, cum res geratur inter rusticos litterarumque expertis, non modo siderum. Et confitendum 206
est caelo maxume constare ea, quippe Vergilio iubente praedisci ventos ante omnia ac siderum mores, neque aliter quam navigantibus servari. Spes ardua et inmensa misceri posse caelestem divinitatem inperitiae rusticae, sed temptanda tam grandi vitae emolumento; prius tamen sideralis difficultas, quam sensere etiam periti, subicienda contemplationi est, quo deinde laetior mens discedat a caelo et facta sentiat quae futura praenosci non possint.

§ 202. *hos*, d. — *Vergilius* georg. 1, 219. — *hordeum*, Vergil. l. l. 208. — *viciam*, Vergil. l. l. 227. — *passiolos*, d. *fassiliolos*, a. *et faseolos*, T. — *qua*, a d. — *digerendi*, Barbar. *dirigendi*, θ T a d.

§ 203. *non corrumpente*, Hard., quod probat Schneider. ad Columell. II. 8, 4. *corrumpente*, a d $\beta\gamma$. *incorruptum ut horreo*, Pint.

§ 204. *citra*, Ursin. ad Varr. de re rust. I. 34, 1. et Pint., qui etiam *ultra* legi posse ait. At v. Columell. II. 8, 2. — *hiberna*, delet Ursin. — *sata*, T a d r. *nata*, β. — *sunt*, r. — *properant*, a. — *malo*, θ T a d. *male in*, β.

§ 205. *emissa*, a d. — *caelesti subtilitate*, θ T d. *caelestis vilitate*, a. *caelesti cura ut inutili*, β. — *definiunt*, T d. *deficiunt*, a. *serunt*, θ. — *nunc etiam*, a. *nunc*, θ d. — *quinque idus*, a. — *Novembre*, θ a. — *cura*, a. *cura minima*, d. — *geratur inter rusticos*, a d. *inter rusticos geratur*, β. — *non*, a[1] d. *nam*, a[2].

§ 206. *Sed*, K. — *Vergilio* georg. 1, 204. — *moras*, Pint. — *non aliter*, K. — *et inmensa*, a. *immensa*, d. — *rusticae*, T. Omitt. a d $\beta\gamma$. — *tentanda*, codd. Gel. *contemplanda*, T a d r γ. — *tam*, a d. *iam*, codd. Gel. *tamen*, r. — *plus*, r. — *contemplationis*, a. — *quo*, θ T a d r. *quod*, β. — *foeta*, θ. — *possunt*, T.

XXV. 57. Primum omnium dierum ipsorum anni solisque 207
motus prope inexplicabilis ratio est. Ad CCCLXV adiciunt
etiamnum intercalarios diei noctisque quadrantis; ita fit ut
tradi non possint certa siderum tempora. Accedit confessa
rerum obscuritas, nunc praecurrente nec paucis diebus tem-
pestatum significatu, quod προχειμάζειν Graeci vocant, nunc
postveniente, quod ἐπιχειμάζειν, et plerumque alias citius,
alias tardius caeli effectu ad terram deciduo; volgo serenitate
reddita confectum sidus audimus. Praeterea cum omnia 208
haec statis sideribus caeloque adfixis constent, interveniunt
motu stellarum grandines, imbres et ipsi non levi effectu,
ut docuimus, turbantque conceptae spei ordinem; idque ne
nobis tantum putemus accidere, et reliqua fallit animalia
sagaciora circa hoc, ut quo vita eorum constet, aestivasque
alites praeposteri aut praeproperi rigores necant, hibernas
aestus. Ideo Vergilius errantium quoque siderum rationem 209
ediscendam praecipit, admonens observandum frigidae Sa-
turni stellae transitum. Sunt qui certissimum veris indicium
arbitrentur ob infirmitatem animalis papilionis proventum.
Id eo ipso anno, cum conmentaremur haec, notatum est, pro-
ventum eorum ter repetito frigore exstinctum advenasque
volucres a. d. VI. kalendas Febr. spem veris attulisse, mox
saevissima hieme conflictatas. Res anceps: primum, omnium 210
a caelo peti legem, deinde eam argumentis esse quaerendam.
Super omnia est mundi convexitas terrarumque globi diffe-
rentia, eodem sidere alio tempore aliis aperiente se gentibus,
quo fit ut causa eius non iisdem diebus ubique valeat. Ad-
didere difficultatem et auctores diversis in locis observando,

§ 207. *adicient*, a d. — *etiam non*, a. *eam non*. d. — *intercalario*, a d. *interscalarios*, r. — *tradi*, a[2] d. *credi*, a[1]. — *confusa*, a. — *significatu*, d. *significatio*, a. *significatione*, r. — *prochimazin*, a d. *προχείμασιν*, *βγ*. — *postvenientem*, a. — *quod*, om. d. — *epichimazin*, a d. *ἐπιχείμασιν*, *βγ*. — *alia*, a. — *serius*, a d. — *alia*, a. — *caelesti*, T d. — *vulgo*, a r (codd. Salmas. exerc. p. 302. b. B.) *unde vulgo*, d *β*.

§ 208. *statutis*, a. — *motus*, r. — *grandinum imbrium*, a d r (codd. Salmas.) — *docuimus* § 152. — *ne*, omitt. a d. — *praepostere*, a d. — *praepropere*, d. *propere*, a. — *nec ante*, a. *negante*, d.

§ 209. *Vergilius* georg. 1, 335. — *ob infirmitatem animalis*, delet Pint. — *papilionis*, d. *passionis papilionis*, a. — *proventum*, omitt. a d. — *eo*, om. d. — *proventu — extincto*, Pint. — *quorum*, a. — *terrae petito*, a. — *speciem*, K. — *conflictatas*, a. *conflictas*, d *β*.

§ 210. *convexitas*, T a r. *convexitatis*, d *β*. — *glob;*, a. — *isdem*, a. *eisdem* d *βγ*.

mox etiam in iisdem diversa prodendo. Tres autem fuere 211
sectae, Chaldaea, Aegyptia, Graeca. His addidit quartam
apud nos Caesar dictator annos ad solis cursum redigens
singulos, Sosigene perito scientiae eius adhibito; et ea ipsa
ratio postea conperto errore correcta est, ita ut XII annis
continuis non intercalaretur, quia coeperat sidera annus mo-
rari qui prius antecedebat. Et Sosigenes ipse trinis conmen- 212
tationibus, quamquam diligentior ceteris, non cessavit tamen
addubitare ipse semet corrigendo. Auctores prodidere ea,
quos praetexuimus volumini huic, raro ullius sententia cum
alio congruente. Minus hoc in reliquis mirum quos diversi 213
excusaverint tractus; eorum qui in eadem regione dissedere
unam discordiam ponemus exempli gratia: occasum matuti-
num vergiliarum Hesiodus — nam huius quoque nomine ex-
stat astrologia — tradidit fieri cum aequinoctium autumni
conficeretur, Thales vigesimo quinto die ab aequinoctio,
Anaximander vigesimo nono, Euctemon XLVIII. Nos sequi- 214
mur observationem Caesaris; maxume haec erit Italiae ratio,
dicemus autem et aliorum placita, quoniam non unius terrae
sed totius naturae interpretes sumus, non auctoribus positis
— id enim verbosum est — sed regionibus; legentes tantum
meminerint brevitatis gratia, cum Attica nominata fuerit,
simul intellegere Cycladas insulas, cum Macedonia, Ma-
gnesiam, Thraciam; cum Aegyptus, Phoenicen, Cyprum, 215
Ciliciam; cum Boeotia, Locridem, Phocidem et finitimos
semper tractus; cum Hellespontus, Chersonesum et conti-
nentia usque Atho montem; cum Ionia, Asiam et insulas
Asiae; cum Peloponnesus, Achaiam et ad vesperam iacentis

§ 211. *quartam apud nos*, T. *quartum apud nos*, a. *apud nos quartam*, $\beta\gamma$. — *circum*, d. — *figulo*, ad. — *Sozigine*, a (etiam infra). — *peritos*, ad. — *adhibitos*, ad. — *compertum*, ad. — *ut*, omitt. ad. — *coeperant sidera annum*, K.

§ 212. *quamquam*, Td. *quandam*, a. *quamquam esset*, β. — *sententiae*, a.

§ 213. *excusaverunt*, r. — *earum*, a. — *dissidere*, a. — *vigesimo nono*, d. *XI. XX.*, a. *XXXI.*, schol. German. — *Eudoxus*, Pontedera antiquitt. p. 203. 216. — *XLIV.*, Pontedera l. l. p. 216.

§ 214. *sequimur*, ad. *sequemur*, $\beta\gamma$. — *Caesaris XLV. die ab aequinoctio dicimus fieri*, schol. German., qui haec huc transtulit ex § 222. — *maxime*, Tad. *maximeque*, β. — *autem*, a. *tamen*, d$\beta\gamma$. — *non in unius*, a. — *verbosum est*, a. *verbosum*, d. — *regionibus*, T. *legionibus*, ad. — *legentes*, Tad. *ut legentes*, β. — *Threchiam*, d.

§ 215. *Chersonesum*, r. *Cersonensum*, ad. *Cherronesum*, $\beta\gamma$. — *et ad*, a. *ad*, d. — *vesperam*, Tadr. *Hesperum*, $\beta\gamma$.

terras. Chaldaei Assyriam et Babyloniam demonstrabunt. Africam, Hispanias, Gallias sileri non erit mirum; nemo 216
enim observavit in his, qui proderet siderum exortus. Non tamen difficili ratione dignoscentur in illis quoque terris digestione circulorum quam in sexto volumine fecimus, qua cognatio caeli, non gentium modo, verum urbium quoque singularum intellegitur. Ergo ex his terris quas nominavi- 217
mus sumpta convexitate circuli pertinentis ad quas quisque quaeret terras, iidem erunt siderum exortus per omnium circulorum paris umbras. Indicandum et illud, tempestates ipsas cardines suos habere quadrinis annis et easdem non magna differentia reverti ratione solis, octonis vero augeri easdem, centesima revolvente se luna.

58. Omnis autem ratio observata est tribus modis, exortu 218
siderum occasuque et ipsorum temporum cardinibus. Exortus occasusque binis modis intelleguntur. Aut enim adventu solis occultantur stellae et conspici desinunt, aut eiusdem abscessu proferunt se; — emersum hoc melius quam exortum consuetudo dixisset, et illud occultationem potius quam occasum; — alio modo, quo die incipiunt adparere vel desinunt, oriente 219
sole aut occidente, matutini vespertinive cognominati, prout alteruter eorum mane vel crepusculo contingit. Dodrantes horarum cum minumum intervalla ea desiderant ante solis ortum vel post occasum, ut adspici possint. Praeterea bis quaedam exoriuntur et occidunt, omnisque sermo de his est stellis quas adhaerere caelo diximus.

59. Cardo temporum quadripertita anni distinctione constat 220

Chaldaicas siriam, a.

§ 216. *Hispaniam*, r. — *Gallicas*, a. — *observabit*, a. — *his*, a. *iis*, d$\beta\gamma$. — *proderet siderum*, a d. *siderum proderet*, $\beta\gamma$. — *denoscentur*, a. — *degestione*, a. — *quam*, d. *quia*, a. — *qua*, a d. *quoniam*, r. — *cognitio*, r.

§ 217. *Ergo*, T a d. *nota*, $\beta\gamma$. — *quaeret*, T d. *quareet*, a. — *iidem erunt*, T d. *ad earum*, a. *et ad earum*, $\beta\gamma$. — *cardines suos*, Pint. probante Schneidero ad Columell. III. 7, 4. *arbores suos*, a. *arbores suas*, d. *ardores suos*, $\beta\gamma$.

§ 218. *aratio*, a. — *se inhemersum*, a. *se in emersum*, T d.

§ 219. *alio*, Barbar. *ullo*, a d. — *cum die*, Pint. — *alteruter*, T. *alterutri*, a dγ. *alterutris*, β. — *contigit*, a. — *desiderat*, a.

§ 220. *quadripertita*, a. *quadripartita*, d$\beta\gamma$. — *et aequatur*, a. *exaequatur*, T d. — *diebus*, a. *et in diebus*, T d. — *dein*, a d. *deinde*, $\beta\gamma$. — *nocte*, a d. — *XCIIII*, a d. *XCIII*, β. *XCV*, γ. — *diebusque XCII horis duodecim*; haec verba in omnibus codd. et β omissa nos inseruimus ex coniectura Petavii uranolog. 2, 5. p. 44., Pontederae antiquitt. p. 383. et Schneideri ad Pallad. p. 64., cum lacunam in his verbis inesse clare appareat hicque numerus ex

per incrementa lucis. Augetur haec a bruma et aequatur noctibus verno aequinoctio diebus XC horis tribus; dein superat noctis ad solstitium diebus XCIIII horis duodecim diebusque XCII horis duodecim usque ad aequinoctium autumni; et tum aequata die procedit ex eo ad brumam diebus LXXXVIII horis tribus. Horae nunc in omni accessione aequinoctiales non 221
cuiuscumque diei significantur, omnesque eae differentiae fiunt in octavis partibus signorum; bruma capricorni a. d. VIII. kalendas Ianuar. fere, aequinoctium vernum arietis, solstitium cancri, alterumque aequinoctium librae, qui et ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatus habent. Rur- 222
sus hi cardines singulis etiamnum articulis temporum dividuntur, per media omnes dierum spatia, quoniam inter solstitium et aequinoctium autumni fidiculae occasus autumnum inchoat die XLVI., at ab aequinoctio eo ad brumam vergiliarum matutinus occasus hiemem die XLIIII.; inter brumam et ae- 223
quinoctium die XLV. flatus favoni vernum tempus; ab aequinoctio verno initium aestatis die XLVIII. vergiliarum exortu matutino. Nos incipiemus a sementibus frumenti hoc est vergiliarum occasu matutino; nec deinde parvorum siderum mentione concidenda ratio est et difficultas rerum augenda, cum sidus vehemens Orionis iisdem diebus longo decedat spatio.

60. Sementibus tempora plerique praesumunt et ab XI. die 224
autumnalis aequinocti fruges serunt, adveniente coronae exortu, continuis diebus certo prope imbrium promisso; Xenophon, non antequam deus signum dederit. Hoc Cicero

reliquis numeris per codices stabilitis desideretur. Praeivit nobis quodammodo Brot. γ, qui verba *diebus XCII horis duodecim* post vocem *autumni* collocat. At nostra collocatio, a Petavio, Pontedera et Schneidero praelata, ideo praeferenda, quia homoeoteleutorum ratio, quomodo verba excidere potuerint, facilius explicat. — *brumam*, a. *bruma in*, d. *brumam in*, T. — *LXXXVIII*, a. *XCVIII*, T d. *LXXXIX*, β.

§ 221. *diei*, d. *dici*, a. — *ea*, a d. — *sigulorum*, a. — *XVIII.*, Dalec. — *significatos*, a.

§ 222. *etiannum*, a. — *inchoat die XLVI.*, T a d. *inchoat die XLV.*, β. — *at ab*; pro his vv. habent *octava* a d. — *hiemem die XLIIII.*, Pint. et Salmas. exerc. p. 518. a. A. coll. 2, 125. *hiemem die XLIII.*, a d $\beta\gamma$.

§ 223. *aestatis die*, d. *aestatis dies*, a. — *XLVI.*, Pint. — *exortu matutino*, a. *exortus matutinus*, d β. — *concidendi*, a. — *decedat*, a. *decidat*, T d.

§ 224. *XI.*, a. *undecima*, d. *undecimo*, $\beta\gamma$. — *serunt adveniente*, d. *servitio veniente*, a. — *a coronae*, T. — *Xenophon* oecon. 17, 2. — *non antequam*, a d. *antequam*, $\beta\gamma$. *ἐπειδὰν γὰρ ὁ μετοπωρινὸς χρόνος ἔλθῃ, πάντες που οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσιν, ὁπότε βρέξας τὴν γῆν ἀφήσει αὐτοὺς σπείρειν.*

Novembris imbre fieri interpretatus est, cum sit vera ratio non prius serendi quam folia coeperint decidere. Hoc ipso 225
vergiliarum occasu fieri putant aliqui a. d. III. idus Novembris, ut diximus, servantque, quoniam id sidus etiam vestis institor est in caelo notatu facillimum. Ergo ex occasu eius de hieme augurantur quibus est cura insidiandi negotiatoris avaritiae; nubilo occasu pluviosam hiemem denuntiat statimque augent lacernarum pretia, sereno asperam, et reliquarum vestium accendunt. Sed ille indocilis caeli agricola hoc si- 226
gnum habeat inter suos vepris, humumque suam adspiciens, cum folia decident, viderit decidua. Sic iudicetur anni temperies, alibi tardius, alibi maturius; ita enim sentitur ut caeli locique adficit natura, idque in hac ratione praecellet, quod eadem et in mundo publica est et unicuique loco peculiaris. Miretur hoc qui non meminerit ipso brumali die 227
puleium in carnariis florere; adeo nihil occultum esse natura voluit, et serendi igitur hoc dedit signum. Haec est vera interpretatio, argumenta naturae secum adferens; quippe sic terram peti suadet promittitque quandam stercoris vicem et contra rigores terram satusque operiri a se nuntiat ac monet festinare.

61. Varro in fabae utique satu hanc observationem custo- 228
diri praecepit; alii plena luna serendam, lentem vero a vicesima quinta ad tricesimam, viciam quoque iisdem lunae

Novembris; pro h. v. in codice a est spatium vacuum quattuor litterarum, θT (codd. Salmas. exerc. p. 516. b. B.) habent *NR*, cod. a ad marginem ab eadem manu *Ñ. R.*, unde Dalec. coniecit legendum esse *noster*, quod ita in cod. d exstare dicit Ian. — *cum sit*, a. *constituit*, T d.

§ 225. *Hoc ipsum*, Pint. — *occasu*, om. d. — *diximus* 2, 125. — *servantque, quoniam*, ita nos scripsimus ex coniunctis inter se codicum lectionibus. *servant quõ*, a. *servantque*, T d γ. *servant qüoniam*, β. *observantque*, Pint. — *institor est*, cod. Torrent. ad Suet. Aug. 41. et Salmas. exerc. p. 517. b. F. *institores*, T a d γ. *institoris est*, β. Deinde statim legebatur in a d $\beta\gamma$ *et est in caelo*, ubi nos ex coniectura voces *et est* omisimus, quae ex dittographia et interpolatione ortae orationem languidam reddunt. — *auguriantur*, d. — *avaritiae*, K. *avaritia*, a d $\beta\gamma$. *negotiatoribus* omisso *avarit.*, Pint. — *fluviosam*, a d. — *lacernarum*, T a d. *lucernarum*, β. — *et tum reliquarum*, Dalec. — *accedunt*, cod. Torrent.

§ 226. *caeli*, omitt. T d. — *decident*, a. *decidunt*, d. Omitt. $\beta\gamma$. — *iudicetur*, a d. *indicatur*, β. — *efficit*, r. — *praecellet*, a. *praecellit*, d $\beta\gamma$.

§ 227. *puleium*, a d. *pulegium*, $\beta\gamma$. — *e coronariis*, K. — *argumenta*, T d. *argumenti*, a. *argumentum*, $\beta\gamma$. — *terra*, a. — *promittique*, a. — *satusque*, T d. *statuusque*, a. *flatusque*, β. — *operari*, a. — *ac*, T a d. *et*, β.

diebus; ita demum sine limacibus fore. Quidam pabuli causa sic iubent seri, seminis autem vere. Est et alia manifestior ratio mirabiliore naturae providentia, in qua Ciceronis sententiam ipsius verbis subsignabimus:

Iam vero semper viridis semperque gravata
Lentiscus triplici solita est grandescere fetu;
Ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi.

Ex his unum hoc erit idem et lino ac papaveri serendo. 229
Cato de papavere ita tradit: „virgas et sarmenta quae tibi usioni supererunt in segete conburito; ubi eas conbusseris, ibi papaver serito." Silvestre in miro usu est melle decoctum ad faucium remedia, visque somnifera etiam sativo. Et hactenus de hiberna semente.

XXVI. 62. Verum ut pariter omnis culturae quoddam 230
breviarium peragatur, eodem tempore conveniet arbores stercorare, adcumulare item vineas, — sufficit in iugerum una opera, — et ubi patietur loci ratio arbusta ac vineas putare, solum seminariis bipalio praeparare, incilia aperire, aquam de agro pellere, torcular lavare et recondere. A kalendis 231
Novembr. gallinis ova supponere nolito, donec bruma conficiatur; in eum diem ternadena subicito aestate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena. Democritus talem futuram hiemem arbitratur, qualis fuerit brumae dies et circa eum terni; item solstitio aestatem. Circa brumam plerisque bis septem, halcyonum fetura, ventorum quiete, molliunt caelum;

§ 228. *utique*, post *Varro* collocat d. — *statu*, a. — *praecipit*, d. V. Varr. de re rust. I. 34, 2. — *lentim*, a. — *vicesima quinta ad tricesimam*, ad. *vicesimo quinto ad tricesimum*, β. — *vitiam*, a. — *fore*, a. *fieri*, d. — *iubent seri*, ad. *seri iubent*, βγ. — *aut*, a. — *Ciceronis* de divinat. I. 9, 15. ex Arati diosem. 1050. — *subsignavimus*, ad. — *gravatae*, d. — *triplici solita est*, a. *solita est triplici*, Td. — *Ter flores*, Hard. — *fundes*, a. — *monstrata radi*, a.

§ 229. *papaveris*, ad. *papaverem*, Pontedera antiquitt. p. 52. ex cod. Reccanati. — *serendi*, a. — *Cato* de re rust. 38, 4. — *qua*, a. — *usioni*, Hard. ex Cat. *osioni*, Td. *cisioni*, a. *incisioni*, r. *in satione*, β. — *supererunt*, Tadr. *superant*, β. — *papavere*, a. — *Silvestre in*, Tad. *silvestre quod in*, β. Pontedera antiquitt. l. l. verba *silvestre — sativo* ut insiticia delet coll. 19, 169. 20, 205—209. — *usus*, a.

§ 230. *conveniet*, Tad. *convenit et*, βγ. — *iugerum una opera*, ita nos scripsimus coll. § 254. 262. *iugerum opera*, ad βγ. — *ibi*, a. — *potare*, a. — *solum seminariis*, ad. *seminariis solum*, βγ. — *incilicia*, a'. — *torcula*, T. — *lavare*, Tadr. *levare*, β.

§ 231. *subponere*, a. — *dies et*, om. d. — *plerisque*, a. *plerique*, d. *plerumque*, K. — *altionum*, a. — *quietem*, ad. — *molliunt*, r. *mollium*, ad. *mollit*, K. *mollius*, βγ.

*

sed et in his et in aliis omnibus ex eventu significationum intellegi sidera debebunt, non ad dies utique praefinitos exspectari tempestatum vadimonia.

63. Per brumam vitem ne colito. Vina tum defaecari vel 232
etiam diffundi Hyginus suadet a confecta ea septumo die, utique si septuma luna conpetat, cerasa circa brumam seri. Bubus glandem tum adspergi convenit in iuga singula modios; largior valetudinem infestat, et quocumque tempore detur, si minus XXX diebus continuis data sit, narrant verna scabie paenitere. Materiae caedendae tempus hoc dedimus; 233
reliqua opera nocturna maxume vigilia constent, cum sint noctes tanto ampliores; qualos, cratis, fiscinas texere, faces incidere, ridicas praeparare interdiu XXX, palos LX et in lucubratione vespertina ridicas V, palos X, totidem antelucana.

64. A bruma in favonium Caesari nobilia sidera signi- 234
ficant, tertio kalendas Ianuarias matutino canis occidens, quo die Atticae et finitimis regionibus aquila vesperi occidere traditur. Pridie nonas Ianuarias Caesari delphinus matutino exoritur et postero die fidicula, quo Aegypto sagitta vesperi occidit. Item ad VI. idus Ianuarias eiusdem delphini vesper- 235
tino occasu continui dies hiemant Italiae, cum sol in aquarium sentiatur transire, quod fere XVI. kalendas Febr. evenit; VIII. kalendas stella regia appellata Tuberoni in pectore leonis

prae . . finitos, a.

§ 232. *vitem ne colito*, d. *autem incolito*, a. — *eo*, ad. — *cesaria*, a. — *tum*, ad. *tunc*, $\beta\gamma$. — *in iuga singula*, a. *in singula iuga*, d. *iugatim singulos*, codd. Gel. — *modio*, a. — *valitudinem*, a.

§ 233. *Materiae*, D d. *Materia*, a. *Materiei*, $\beta\gamma$. — *cedente*, a. — *dedimus* 16, 188 seqq. — *constent*, ad. *constant*, $\beta\gamma$. — *rindicas*, a. — *interdiu CXX*, Schneid. ad Columell. XI. 2, 12. — *palas*, a. — *et in*, a. *in*, d$\beta\gamma$. — *antelucano*, d. *antelucanum*, a.

§ 234. *significat*, r. — *Ianuarias*, schol. German. *Ianr.*, a. *Ianuarii*, $\beta\gamma$. Prorsus eadem bis infra repetuntur. — *vesperi*, a. *vespere*, d (schol. German.) — *quo*, ad. *quando*, schol. German. — *Aegypto*, omitt. schol. German. — *aquila* pro *sagitta* reponendum esse ait Pontedera antiquitt. p. 367.

§ 235. *ad*, a. *a*, d. Om. schol. German. — *V.*, schol. German. — *vespertinus occasus et continui*, schol. German. — *hiemis*, schol. German. — *Italiae, cum*, Dalec. et schol. German. *Italiae et cum*, ad$\beta\gamma$. — *sentiatur*, ad. *sentitur*, schol. German. $\beta\gamma$. — *XVI.*, ad. *XVIII.*, schol. German. — *VIII.*, ad. *XVIII.*, schol. German. — *regia*, plerique codd. Barbari et schol. German. *regia evenit*, d. *regiae venit*, a. — *tuber leonis*, Pontedera l. l. p. 358. — *matutino*, schol. German. *matutina*, ad. — *vesperi*, schol. German. *vespera*, ad.

§ 236. *terram ad*, a. *ad terram*, d. — *rosariam*, d. — *LX*, a. *LXX*, T d. *IX*, Petav. apud Brot. γ. — *sarcire*; huic voci ad marginem adscripta sunt in D *ovium tegimenta in cinnare*, de quibus verbis quid sit statuendum, non per-

occidit matutino, et pridie nonas Febr. fidicula vesperi. Huius temporis novissimis diebus, ubicumque patietur caeli 236
ratio, terram ad rosarum et vineae satum vertere bipalio oportet, — iugero operae LX sufficiunt, — fossas purgare aut novas facere, antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quassa sarcire ipsorumque lamnas scabendo purgare.

65. A favonio in aequinoctium vernum Caesari significat 237
XIV. kalendas Mart. triduum varie, et VIII. kalendas Mart. hirundinis visu et postero die arcturi exortu vespertino; item tertio nonas Mart. Caesar cancri exortu id fieri observavit, maior pars auctorum vindemitoris emersu. Octavo idus Mart. aquilonii piscis exortus et postero die Orionis et in Attica milvos adparere servatur. Caesar et idibus Martiis feralis sibi notavit scorpionis occasus, XV. kalendas vero April. Italiae milvom ostendit; XII. kalendas April. ecum occidere matutino. Hoc intervallum temporis vegetissimum agricolis 238
maxumeque operosum est, in quo praecipue falluntur; neque enim eo die vocantur ad munia, quo favonius flare debeat sed quo coeperit. Hoc acri intentione servandum est, hoc illo mense signum deus habet observatione minume fallaci aut dubia, si quis attendat. Unde autem spiret is ventus quaque parte veniat, diximus secundo volumine et dicemus

spicio. — *ipsarumque*, Da. — *laminas*, Barbar., cuius vocis veram ego orthographiam restitui. *lañas*, D. *lamas*, r. *lanas*, Tad. *tabulas*, γ ex edit. princ. — *purgare*; huic voci subiiciunt *aut novas facere* d $\beta\gamma$, *aut novas facere antelucanis* a, quae recte omittit D, ut e superioribus male repetita.

§ 237. *vernum*, om. schol. German. — *XIV.*, Tad. *IV.*, schol. German. *XVII.*, β. — *quatriduum*, schol. German. — *varium*, K. — *cal. Mart.*, schol. German. *calendas*, ad $\beta\gamma$. — *visus*, schol. German. — *exortus vespertinus*, schol. German. — *tertio*, om. schol. German. — *maior* — *emersu*, om. schol. German. — *vindemitoris*, D. *vindex mitoris*, ad. *vindemiatoris*, β. — *idus Mart.*, schol. German. *idus*, ad $\beta\gamma$. — *aquilonii*, Barbar. *aquilonis*, ad. — *exortus*, Dalec. et schol. German. *exortu*, ad $\beta\gamma$. — *et in Attica*, schol. German. *in Attica*, ad $\beta\gamma$. *id. Atticae*, Pontedera l. l. p. 218. — *milvus*, schol. German. *milvum*, Dalec. ad γ. *milvium*, β. *milvius*, Pontedera. — *servatur*, ad. *observatur*, schol. German. $\beta\gamma$. — *idibus Martiis*, schol. German. *id. Mart.*, a. *idus Martii*, d. *idus Martias*, $\beta\gamma$. — *sibis*, a. — *notavit*, ad (schol. German.) *adnotavit*, $\beta\gamma$. — *occasus*, schol. German. *occasu*, ad $\beta\gamma$. — *XV.*, ad. *III.*, schol. German. — *kalendas vero*, ad. *cal.*, schol. German. *vero calendas*, $\beta\gamma$. — *milvum ostendit*, a. *milvum ostendi*, d $\beta\gamma$. *milvus ostenditur*, schol. German. — *cal. Apriles*, schol. German. *kal.*, a. *calendas*, d $\beta\gamma$. — *equum*, d. *aequm*, a. *equus*, schol. German. — *occidit*, schol. German.

§ 238. *debet*, a[1]. — *agri*, a. — *autem*, d. *aut*, a. — *is*, Td. *his*, a. *iis*, β. — *diximus* 2, 122 seqq.

mox paulo operosius. Interim ab eo die, quisquis ille fuerit, 239
quo flare coeperit, non utique VII. idus Febr., sed sive ante,
quando praevernat, sive postea, quando hiemat, innumera
rusticos cura distringat et prima quaeque peragantur quae
differri nequeunt. Trimestria serantur, vites putentur qua 240
diximus ratione, oleae curentur, poma serantur inseranturque,
vineae pastinentur, semina digerantur, instaurentur alia, ha-
rundines, salices, genistae serantur caedanturque, serantur
vero ulmi, populi, platani, uti dictum est. Tum et segetes 241
convenit purgare, sarire hibernas fruges maxumeque far;
lex certa in eo, cum quattuor fibrarum esse coeperit, faba
vero non antequam trium foliorum; tunc quoque levi sar-
culo purgare verius quam fodere, florentem utique XV primis
diebus non attingere. Hordeum nisi siccum ne sarito; puta-
tionem aequinoctio peractam habeto. Vineae iugerum qua-
ternae operae putant, adligant in arbusto singulae operae
arbores XV. Eodem hoc tempore hortorum rosariorumque 242
cura est quae separatim proxumis voluminibus dicetur, eodem
et topiari; tum optume scrobes fiunt. Terra in futurum pro-
scinditur Vergilio maxume auctore, ut glaebas sol coquat.
Utilior sententia quae non nisi temperatum solum medio vere
arari iubet, quoniam in pingui statim sulcos occupent her-
bae, gracili insecuti aestus exsiccent omnemque sucum ven-
turis seminibus auferant; talia autumno melius arari certum

§ 239. *VII. idus*, Pint. probante Schneid. ad Columell. XI. 2, 15. *VI. idus*, a d $\beta\gamma$. — *quando*, d (codd. Gel.) *quŏ*, a. *qm̄*, D. *antequam*, Pint. — *praevernat*, Pint. *praeverat*, T. *praevenerat*, D a d. — *postea*, D a d. *post*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *quando*, d (codd. Gel.) *quŏ*, a. *qm̄*, D. — *hiemat*; post h. v. habent *post eam diem, inquam* $\beta\gamma$, *post diem at* D a d, quae voces nihil sunt nisi dittographia vocis *hiemat* cum praepositione e superioribus male repetita. Uti igitur haec sunt damnanda, ita interpolationem quoque vulgo regnantem sua sede eieci. — *nequeunt*, a. *neq; s̄t*, d.

§ 240. *diximus* 17, 177 seqq. — *vero*, a. Omitt. T d. — *platani*; pro h. v. reposuit Pint. *fraxini* ex 17, 78. et Columell. XI. 2, 19., ubi probat Schneid. — *uti*, a d. *ut*, β.

§ 241. *antequam quatuor digitorum*, Pint. — *siccum*, T d r. *sicco*, a β. — *sarito*, a. *sarrito*, r. *serito*, d β. — *alligant*, T a d. *alligantque*, $\beta\gamma$.

§ 242. *proximo volumine*, K. — *topiari tum*, d. *tobiaritum*, a. *topiariorum; tunc*, $\beta\gamma$. — *Vergilio* georg. 1, 63. — *sol coquat*, d. *soleo quati*, a. — *medio*, T a. *in medio*, d $\beta\gamma$. — *sulco*, a. — *occupent*, ita nos scripsimus propter sequentia e codd. emendata. *occupant*, a d $\beta\gamma$. — *exsiccent omnemque*, T d. *exit centum namque*, a. *exsiccant certumque*, K[1]. *exsiccant ideoque*, K[2]. *exsiccant; tum namque*, $\beta\gamma$. — *futuris*, K. — *auferant*, T a d. *auferunt*, $\beta\gamma$. — *autumni*, a d.

est. Cato verna opera sic definit: „scrobes fieri in seminaria, 243
vitis propagari, in locis crassis et umidis ulmos, ficos, poma,
oleas seri, prata stercorari luna sitiente, quae rigua non
erunt, a flatu favoni defendi, purgari, herbas malas radicitus
erui, ficus interpurgari, seminaria fieri et vetera sarciri; haec
antequam vineam fodere incipias, itemque piro florente arare
incipias macra harenosaque. Postea uti quaeque gravissima
et aquosissima, ita postremo arato." Ergo haec aratio has 244
habebit notas, lentisci primum fructum ostendentis ac piri
florentis. Erit et tertia in bulborum satu, scillae; item in
coronamentorum, narcissi; namque et haec ter florent pri-
moque flore primam arationem ostendunt, medio secundam,
tertio novissimam, quando inter sese alia aliis notas prae-
bent. Ac non in novissimis cavetur ne fabis florentibus at- 245
tingatur hedera; id enim noxium et exitiale ei est tempus.
Quaedam vero et suas habent notas, sicuti ficus; cum folia
pauca in cacumine acetabuli modo germinent, tunc maxume
serendas ficus.

66. Aequinoctium vernum a. d. VIII. kalend. April. peragi 246
videtur. Ab eo ad vergiliarum exortum matutinum Caesari
significant kalendae April. III. non. April. in Attica vergiliae
vesperi occultantur, eaedem postridie in Boeotia, Caesari
autem et Chaldaeis nonis; Aegypto Orion et gladius eius
incipiunt abscondi. Caesari VI. idus significat imbris librae

§ 243. *Cato* de re rust. 40. — *in seminaria*, ita nos scripsimus ex Cat. *seminaria*, ad$\beta\gamma$. *seminario*, Schneid. — *vites*, inserit Schneid. ex Cat. Omitt. ad$\beta\gamma$. — *seri*, d. Omitt. aβ. — *silente*, Pint. ex Cat. de re rust. 50. — *erant*, a. — *a flatu*, Td. *afflatu*, a. *ab afflatu*, β. — *defendit*, ad. — *erui*, d. *seri*, a. — *interputari*, Pint. — *vineam fodere incipias*, Pint., Pontedera antiquitt. p. 59. et Klotz. in Iahn. horreo 10, 63. *vinea florere incipiat*, ad$\beta\gamma$. — *itemque*, d. *idemque*, ar. *itaque*, K. — *incipias*, ita nos scripsimus. *incipiat*, ad$\beta\gamma$. — *uti quaeque*, Pint. d. *utique*, aβ. — *crassissima*, Pint. ex Cat. l. l. 50. At 131. idem habet *gravissima*, et cum Plin. utrumque locum contaminaverit, Pintiano vix assentiendum. — *ista*, K.

§ 244. *tertia in coronamentorum satum narcissi, item in bulborum scillae; namque et haec ter floret, primoque* — *ostendit*, Dalec.

§ 245. *hedera*, a. *acdrira*, d.

§ 246. *a. d.*, Hard. *ad*, adβ. *ab*, T. Om. schol. German. Illam emendationem Harduini saepissime et supra et infra repetitam semel hic commemorasse sufficiat. — *kalendae April.*, ad. Om. schol. Germanici, eaque verba aut omittenda aut post v. *April.* inserenda *scorpius occidit* censet Pontedera antiquitt. p. 375. — *vesperi*, ad. *vespere*, β. — *occultantur. item post pridie nonas Apriles in Boeotia et Chaldaeis Orion et*, schol. German. — *VII. idus*, Pontedera. — *significat*, ad (schol. German.) *significatur*, $\beta\gamma$. — *imbres* et *occasus*, schol. German. *imber* et *occasu*, ad$\beta\gamma$.

occasus. XIV. kalend. Maias Aegypto suculae occidunt vesperi, 24
sidus vehemens et terra marique turbidum, XVI. Atticae, XV.
Caesari, continuo quatriduo significant, Assyriae autem XII.
kalend. Mai.; hoc est volgo appellatum sidus Parilicium,
quoniam XI. kalend. Maias urbis Romae natalis habetur, quo
fere serenitas redditur; claritatem observationi dedit; nim-
borum argumento hyadas appellantibus Graecis eas stellas,
nostri a similitudine cognominis Graeci propter sues inpo-
situm arbitrantes inperitia appellavere suculas. Caesari et 24
VIII. kal. Maias notatur dies; VII. kal. Maias Aegypto hoedi
exoriuntur; VI. kal. Maias Boeotiae et Atticae canis vesperi
occultatur et fidicula mane oritur; V. kal. Maias Assyriae
Orion totus absconditur, IIII. autem kal. Maias canis; VI. nonas
Maias Caesari suculae matutino exoriuntur et VIII. idus Ma-
ias capella pluvialis, Aegypto autem eodem die canis vesperi
occultatur; sic fere in VI. idus Maias, qui est vergiliarum
exortus, decurrunt sidera. In hoc temporis intervallo XV die- 24
bus primis agricolae rapienda sunt quibus peragendis ante
aequinoctium non suffecerit, cum sciat inde natam expro-
brationem foedam putantium vitis per imitationem cantus

§ 247. *XVII.*, Pontedera antiquitt. p. 218. 366. — *Aegypto*, om. schol. German. — *succulae*, schol. German. — *XVI. cal. Maias in Attica occidunt vesperi Caesari XV. cal. Mai.*, schol. German. — *continuo quatriduo*, Pontedera l. l. p. 375. *quatriduum*, schol. German. *continuoque triduo*, a d $\beta\gamma$. — *significant*, schol. German. *significat*, a d $\beta\gamma$. — *XIII.*, Pontedera l. l. p. 184. — *kal. Mai.*, schol. German. *kalendas*, a d $\beta\gamma$. — *quod vulgo appellatur sidus*, schol. German. — *Parilicium*, a (schol. German.) *Parelicium*, T d. *Palilicium*, β. — *natalis habetur*, schol. German. *natalis*, a d $\beta\gamma$. — *observationi*, d. *observationis*, a (schol. German.) — *dedit*, schol. German. Mihi verba *clarit. observ. dedit* suppositicia videntur cum propter perfectum, cui nullus locus, tum quia haec verba omnem orationis seriem ineptissime turbant vel potius pervertunt. Glossema prioribus verbis adscriptum postea in ipsam orationem migravit. — *nimborum*, d. *membrorum*, a (schol. German.) — *augmento*, schol. German. — *eas stellas*, T. *castellas*, a. *has stellas*, d $\beta\gamma$. — *nostri*, Pint. *quod nostri*, a d $\beta\gamma$. *Graecis quod nostri a similitudine cognominis vocabulum eis stellis propter succos impositum arbitrantur: imperiti appellavere succidas*, schol. German.

§ 248. *et*, a d. *ad*, β. Om. schol. German. — *kal. Maias*, schol. German. *kalendas*, a d $\beta\gamma$. — *notantur*, schol. German. — *VII. kal. Maias*, schol. German. *VI. kal.*, a $\beta\gamma$. *VII. kal.*, T d. — *VI. kal. Maias*, schol. German. *VI. kal.*, $\beta\gamma$. *VI*, a. *in*, d. — *vespere*, T. — *et fidicula*, schol. German. *fidicula*, a d $\beta\gamma$. — *kal. Maias*, schol. German. *calendas*, a d $\beta\gamma$. — *Assyriis*, schol. German. — *IIII*, T a d. *quarto*, schol. German. *tertio*, β. — *kal. Maias canis*, schol. German. *canis*, a d $\beta\gamma$. — *succulae*, schol. German. — *idus Maias*, schol. German. *idus*, a d $\beta\gamma$.

§ 249. *sunt quibus*, a d. *sunt ea quibus*, $\beta\gamma$. — *cum*, ita nos scripsimus. *dum*, a d $\beta\gamma$, cui particulae nullus hic locus. — *putantium tum vites initium cantus*,

alitis temporariae quam cuculum vocant; dedecus enim habetur opprobriumque meritum falcem ab illa volucre in vite deprehendi, ut ob id petulantiae sales etiam cum primo vere ludantur; auspicio tamen detestabiles videntur. Adeo minuma 250
quoque in agro naturalibus trahuntur argumentis. Extremo autem hoc tempore panici milique satio est; iustum hoc seri maturato hordeo. Atque etiam in eodem arvo signum illius maturitati et horum sationi conmune, lucentes vespere per arva cicindelae; ita appellant rustici stellantis volatus, Graeci vero lampyridas, incredibili benignitate naturae.

XXVII. 67. Iam vergilias in caelo notabilis caterva fecerat; 251
non tamen his contenta terrestris fecit alias veluti vociferans: cur caelum intueris agricola? cur sidera quaeris rustice? iam te breviore somno fessum premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas spargo peculiaris stellas easque vespera et ab opere disiungenti ostendo ac, ne possis praeterire, miraculo sollicito. Videsne ut fulgor igni similis alarum conpressu 252
tegatur secumque lucem habeat et nocte? Dedi tibi herbas horarum indices et, ut ne sole quidem oculos tuos a terra avoces, heliotropium ac lupinum circumaguntur cum illo. Cur etiamnum altius spectas ipsumque caelum scrutare?

Dalec. — *temporariae quam*, T a d. *temporarii quem*, Barbar. *β*. — *obprobriumque*, a. — *ut ob id*, d. *et ob id*, T a. — *sales*, a. //// *ales*, d. *ales*, T. — *laudantur*, T a d. — *auspicio* — *videntur*, om. Pint.

§ 250. *quoque*, a. *quaeque*, d *β γ*. — *iustum hoc*, T a r. *iustum est hoc*, d *β γ*. — *hordeo. Atque etiam* — *arvo signum*, a d. *hordeo: atque etiam* — *arvo est signum*, *γ*. *hordeo, atque etiam* — *arvo. Estque signum*, *β*. — *maturitati*, T d r. *maturitatem*, a. *maturitatis*, *β*. — *sationi*, T a d r. *sationis*, *β*. — *appellabant*, a.

§ 251. *his*, om. d. — *intueris* et *quaeris*, r. *intuearis* et *quaeras*, a d *β γ*; coniunctivis prorsus nullus locus. Qui vero totum hunc locum considerat, non poterit non orationem agnoscere, quae tam a vulgari omnium scriptorum soluto sermone utentium, quam a Pliniana aliquantum recedat. Et quod alibi quoque Plinium fecisse scimus, ut poetarum verba paululum traiecta vel immutata orationi suae insereret (praef. 1. 15, 76., ubi v. adnotat., 18, 200.), id hoc quoque loco ab eo factum esse existimo. Paene ultro prodit hoc distichon incerti alicuius poetae, qui in carmine aliquo rustico, qualia Plin. condendo suo operi adhibuit (19, 185.), has cicindelas commemoraverat:

Cur caelum, agricola, intuĕris? cur sidera quaeris,
Rustice? Iam somno te breviore premunt
De fessum noctes. —

brevi, T. — *speculares*, r. — *vespera*, a d. *vespere*, *β*. — *disiungunt*, D. — *possis*, a d. *possit*, r. Om. T. — *miraculi*, r. — *sollicito*, d. *sollicitudo*, a r.

§ 252. *conpresse*, a. — *subtegatur*, a d r. — *Dedit*, a. — *sole*, d (codd. Gel.) *sote*, a. *sic*, r. — *voces*, a d. — *etiamnum*, d. *etiannum*, a. *etiamnunc*, *β γ*. — *pectus*, d. — *scrutare*, a d. *scrutaris*, *β γ*.

Habes ante pedes tuos ecce vergilias; in certis hae diebus 253
proveniunt durantque, sed esse sideris huiusce partum eas
certum est; proinde quisquis aestivos fructus ante illas se-
verit, ipse frustrabitur sese. Hoc intervallo et apicula pro-
cedens fabam florere indicat fabaque florescens eam evocat.
Dabitur et aliud finiti frigoris indicium; cum germinare
videris morum, iniuriam postea frigoris timere nolito. Ergo 254
opera taleas olivarum ponere ipsasque oleas interradere, ri-
gare prata aequinocti diebus primis; cum herba creverit in
festucam, arcere aquas, vineam pampinare; et huic lex sua,
cum pampini quattuor digitos longitudine expleverint; —
pampinat una opera iugerum; — segetes iterare. Saritur
diebus viginti; ab aequinoctio sartura nocere et vineae et
segeti existumatur. Et ovis lavandi hoc idem tempus est.
A vergiliarum exortu significant Caesari postridie arcturi 255
occasus matutinus, III. idus Maias fidiculae exortus, XII. ka-
lendas Iunias capella vesperi occidens et in Attica canis.
XI. kal. Iunias Caesari Orionis gladius occidere incipit, IIII. no-
nas Iunias Caesari et Assyriae aquila vesperi oritur; VII. idus
Iunias arcturus matutino occidit Italiae, III. idus Iunias del-
phinus vesperi exoritur. XVII. kal. Iul. gladius Orionis exori- 256
tur, quod in Aegypto post quatriduum. XI. kal. Iulias eius-
dem Orionis gladius Caesari occidere incipit, VIII. kal. Iulias
vero longissimus dies totius anni et nox brevissima solstitium
conficiunt. In hoc temporis intervallo vineae pampinantur, 257

§ 253. *incertis*, T. — *hae*, a. *eae*, T d $\beta\gamma$. — *sed esse*, T d. *sede se*, D. *sedere*, a. *foedere*, $\beta\gamma$. — *huiusce*, a. *huius*, T d. — *partum*, T a d. *partumque*, $\beta\gamma$. — *eas*, T a d. *eas illius esse*, $\beta\gamma$. — *postea*, om. d.

§ 254. *in terra derigare*, a d. — *arcere*, a. *manere*, d. — *vineam*, T a d. *vineas*, β. — *iterare*, a d. *runcare*, r. — *Seritur*, a d. *Sarriuntur*, r. — *diebus*, a d. *vero diebus*, $\beta\gamma$. — *existimatur*, a d. *aestimatur*, β.

§ 255. *post pridie idus Maias*, schol. German. — *occasus matutinus*, T a d. *occasus matutini*, β. *occasum matutinum*, schol. German. — *tertio*, a d (schol. German.) *et tertio*, K. *quarto*, r. — *XI. cal. Iunias*, schol. German. *XI. calendas*, a d $\beta\gamma$. — *IIII. nonas Iunias*, Pontedera antiquitt. p. 184. 390. coll. § 288. et Claudii Tusci calendario ap. Lyd. de ostentis p. 226. ed. Hase. *III. nonas Iun.*, a d $\beta\gamma$. — *Caesari et*, om. schol. German. — *Assyriis*, schol. German. — *VII.*, schol. German. a d. *octavo*, β. — *idus Iunias*, schol. German. *idus*, a d $\beta\gamma$. — *Italiae*, schol. German. *Italiae sexto et*, a d $\beta\gamma$. — *quarto idus Iunias*, schol. German. *IIII*, T a d. *quarto idus*, $\beta\gamma$. — *vesperi*, om. schol. German.

§ 256. *XVII* — *quatriduum*, om. schol. German. — *Iul.*, omitt. a d. — *exoritur*, a d. *oritur*, $\beta\gamma$. — *quod in*, a d. *quod*, $\beta\gamma$. — *cal. Iulias*, schol. German. *calendas*, a d β. Ceterum verba *XI. kalendas eiusdem* — *incipit* delet cum Petav. Brot. γ propter § 313. Pro verbis *eiusdem Orionis gladius* Pontedera antiquitt.

curatur ut vinea vetus semel fossa sit, bis novella; oves tondentur, lupinum stercorandi causa vertitur, terra proscinditur, vicia in pabulum secatur, faba metitur, dein concutitur.

XXVIII. Prata circa kal. Iun. caeduntur, quorum facil- 258
lima agricolis cura ac minumi inpendi haec de se postulat dici. Relinqui debent in laeto solo vel umido vel riguo, eaque aqua pluvia rigari via publica. Utilissimum simul est herbae arare, dein cratire, serere florem ex fenilibus atque ex praesepibus feno dilapsum spargere priusquam cratiantur; nec primo anno rigari nec pasci ante secunda fenisecia, ne
herbae vellantur obtrituque hebetentur. Senescunt prata re- 259
stituique debent faba in iis sata vel rapis vel milio, mox insequente anno frumento rursusque in prata tertio relinqui, praeterea quotiens secta sint siciliri hoc est quae feniseces praeterierunt secari; est enim in primis inutile enasci herbas sementaturas. Herba optuma in prato trifoli, proxuma graminis, pessima nummuli, siliquam etiam diram ferentis;
invisa et equisaetis est, a similitudine equinae saetae. Se- 260
candi tempus, cum spica deflorescere coepit atque roborari; secandum antequam marescat. Cato, „fenum", inquit, „ne sero seces; prius quam semen maturum sit, secato." Quidam pridie rigant, ubi sunt rigua. Noctibus roscidis secari melius. Quaedam partes Italiae post messem secant. Fuit hoc quoque maioris inpendi apud priores, Creticis tantum transmarinisque cotibus notis nec nisi oleo aciem falcis excitantibus.

p. 377. coniicit legendum esse *ὀφιοῦχος*. — *VL*, Pontedera l. l. p. 356. 384. — *Iul. vero*, a. *vero Iul.*, T d. *Iul.*, schol. German. — *longissimus*, a d (schol. German.) *longissima*, *β*. — *mox*, d. — *conficit*, schol. German.

§ 257. *curatur*, T a d. *curaturque*, *βγ*. — *vitia*, a. — *dein*, T a d. *deinde*, *β*. — *concutitur*, a. *cuditur*, T d. Hoc recipiendum vel *excutitur* legendum esse dicit Schneid. ad Columell. II. 10, 14.

§ 258. *simul est*, ita nos scripsimus. *simulę*, a. *simul hee*, d. *simul et*, *βγ*. — *arari*, d. — *dein*, a d. *deinde*, *βγ*. — *gratire*, a d. — *serere*, a. *sirare*, d. — *foeno*, a. *fenum*, d. — *gratiantur*, a. — *fecunda*, a. — *fenietiam*, a. — *hebetetur*, a. *hebetur*, d.

§ 259. *iis*, ita nos scripsimus. *is*, D. *his*, a d *βγ*. — *insequenti*, d. — *sicilire*, a d *γ*. — *feniseges*, a d. — *trifolio*, a. — *nummuli*, a d. *mimmuli*, *β*. — *siliquam et dirā*, D. *siliqua* et *dira*, a d *β*. *siliquas* et *diras*, Hard. *γ*. — *ferentis*, T d. *ferendis*, a. *haerendo*, Barbar. K. *foenisecis*, *β*. — *equisetis*, d K. *equiselis*, a *β*.

§ 260. *Secundi*, a. — *coeperit*, d r. — *secandum*, Dalec. a d. *secundum*, *β*. — *Cato* de re rust. 53. — *foenum*, a. — *secato*, Cato. Omitt. a d. — *ubi sunt*, a. *ubi non sunt*, T d, quod cum Pint. praefert Schneid. ad Columell. II. 18, 1. — *Italiae*, om. r. — *cotibus*, a. *eutibus*, d. — *aciem falcis*, d. *aciem facis*, a. *falcis aciem*, *βγ*.

Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fenisex incedebat. 261
Italia aquarias cotis dedit limae vice inperantis ferro; sed aquariae protinus virent. Falcium ipsarum duo genera; Italicum brevius ac vel inter vepris quoque tractabile; Galliarum latifundia maioris conpendi; quippe medias caedunt herbas brevioresque praetereunt. Itali feniseces una manu 262
secant; iustum est una opera in die iugerum desecari adligarique manipulos mille ducentos, quaterna pondo. Sectum verti ad solem nec nisi siccum construi oportet; ni fuerit observatum hoc diligenter, exhalare matutino nebulam quandam, metas mox sole accendi et conflagrare certum est. Rursus rigari desecta oportet, ut secetur autumnale fenum quod vocant cordum. Interamnae in Umbria quater anno se- 263
cantur, etiam non rigua, ter vero plerisque in locis; et postea in ipso pabulo non minus emolumenti est quam a feno. Armentorum id cura, iumentorumque progeneratio suum cuique consilium dabit, optumo maxume quadrigarum quaestu.

68. Solstitium peragi in octava parte cancri et octavo kal. 264
Iul. diximus; magnus hic anni cardo, magna res mundi. In hoc usque a bruma crescunt dies, creverat sex mensibus sol ipse ad aquilonem scandens ac per ardua enisus; ab ea

§ 261. *fenisex*, a. *fenum ex*, d. — *vice*, a. *vicem*, d β. — *aquariae*, Hard. tacite. *aquaria*, a d β. — *virent*, a d. *viret*, Barbar. β. — *maioribus conpendia*, a. Neque haec neque vulgata lectio sana; exciderunt nonnulla verba, quae, si hariolari licet, ita fere expleas: *Galliarum latifundia maioribus utuntur, quibus sunt maiora conpendia.* Etiam h. l. librarium eadem vox parvo intervallo recurrens in errorem induxit.

§ 262. *Itali feniseces* et *secant*, r. *Italii fenum ex* et *secant*, a. *Italus fenisex* et *secat*, T d (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *una*, codd. Gel. *dextra una*, a d $\beta\gamma$. Sed illud adiectivum glossam esse vocis *una* satis patet. *ima*, Pint. — *in die iugerum*, a d. *iugerum in die*, $\beta\gamma$. — *mille ducentos*, d. *III. CC*, a. — *ni*, a d. *nisi*, $\beta\gamma$. — *observatum hoc*, a d. *hoc observatum*, $\beta\gamma$. — *ethalare*, a. *et balare*, d. — *metas*, a d. *metasque*, $\beta\gamma$. — *defecta*, a. — *fenum*, a.

§ 263. *ter*, omitt. a d. — *vero*, d. *vero propter*, a. — *a*, a. *e*, T d. — *Argumentorum*, a. — *id cura*; haec verba nullam omnino explicationem admittunt. Etenim *id* neque ad *emolumentum* referri potest, cum armentorum cura id emolumentum non praestet, sed ipsum emolumentum ad curanda armenta pertinet, neque ad verba *suum cuique consilium*, cum ab his pronomen *id* nimis longe absit et in universum cum his verbis coniungi non possit. Hinc pro *id cura* legendum existimo *fetura* eo sensu, quo 10, 150. *gallinarum fetura* dicitur. Ratio igitur habita subolis armentorum et progenerationis iumentorum optima cuique suadebit. — *optimo*, T a d. *optimum*, β. — *quaestu*, d. *quaestus*, a β.

§ 264. *diximus* § 220. 256. — *usque*, T a d[1]. *usque tempus*, d[2]. — *crescunt*, T a d. Omitt. codd. Gel. $\beta\gamma$. — *creverat*, T d. *creverunt*, a[2] (codd. Gel.) $\beta\gamma$. *creverint*, a[1]. — *sex mensibus*, a (codd. Gel.) Omitt. T d. — *sol ipse*, T d (codd.

meta incipit flecti ac degredi ad austrum, aucturus noctis aliis sex mensibus ablaturusque diei mensuram. Ex hoc 265
deinde rapiendi convehendique fructus alios atque alios tempus et praeparandi se contra saevam feramque hiemem, decebatque hoc discrimen indubitatis notis signasse naturam; quam ob rem eas manibus ipsis agricolarum ingessit vertique iussit ipsa die folia et esse confecti sideris signum, nec silvestrium arborum remotarumque, ut in saltus devios montisque eundum esset quaerentibus signa, non rursus urbanarum et quae topiario tantum coluntur, quamquam et in his illa visantur. Vertit oleae ante pedes satae, vertit tiliae 266
ad mille usus petendae, vertit populi albae etiam vitibus nuptae; adhuc parum est; ulmum, inquit, vite dotatam habes, et huius vertam. Pabulo folia eius stringis, vitem deputas. Adspice et tenes sidus; alia parte caelum respiciunt quam qua spectavere pridie. Salice omnia adligas, 267
humillima arborum, ipse toto capite altior; et huius circumagam. Quid te rusticum quereris? Non stat per me, quominus caelum intellegas et caelestia scias. Dabo et auribus signum; palumbum utique exaudi gemitus; transisse solstitium caveto putes, nisi cum incubantem videris palumbum. Ab solstitio ad fidiculae occasum VI. kal. Iulias Caesari Orion 268

Gel.) *At sol ipse*, aγ. — *ac per*, codd. Gel. *asper*, a d. — *enisus*, codd. Gel. *emissus*, a. *em''sus*, d. *emersus*, T. — *ac*, T a d. *et*, $\beta\gamma$. — *degredi*, T a d. *digredi*, β.

§ 265. *indubitatis*, d. *addubitatis*, a. — *noctis*, a. — *ingessit*, d. *ingressi*, a. — *ut in*, T a d. *ne in*, $\beta\gamma$. — *eundem esse*, a. — *urbanarumque*, a d. — *et quae*, a d r. *quaeque*, β. — *copiario*, a. — *et in his illa visantur*; retinui hanc vulgo receptam scripturam, quamquam ex interpolatione ortam. *his et uilla uisendi*, a. *his et in villa visendi*, D. *et his et in villa visendis*, T d.

§ 266. *petenda evertit*, a. — *vilibus*, a. — *ulmum inquit*, D. *ultimum inquit*, d. *ultimum*, a. *inquit; ulmum*, $\beta\gamma$. — *et huius veterinorum pabulo versa folia stringis. stringens vitem deputas*, K[1]. *stringis*, d (codd. Gel.) *stringis stringis*, a. *stringens*, K[2]. — *vitem*, codd. Gel. *aut*, a d. *autem*, K[2]. Tam ex codicum lectionibus quam ex ipsius loci natura patet verba vulgo esse interpolata; et si quid video, scribendum est: *pabulo folia eius stringis; stringens autem deputansque adspice* rell. In vulgata scilicet scriptura vox *vitem* aperte est interpolata, cum in hac periodo non nisi de ulmo agatur; pro illa quod iam reposui *autem* habet K, confirmant a d, in quibus *aut* legitur; *stringis stringens*, quod rursus lectioni K debetur, item per cod. a confirmatur, ubi *stringis stringis* exstat. De meo unum sumpsi *deputa*, cuius vocis ultima syllaba per vicinitatem proximae vocis est corrupta. — *quam qua*; pro his vv. habent *quamquam* a, *quam* d.

§ 267. *humilia*, a d. — *Qui*, a. — *quereres*, a. — *et ex avibus*, K r. — *palumbum*, a. *palumbium*, T d, quae forma praeferenda videtur Schneidero grammat. Lat. 2. 244. — *exaudi*, a. *exaudis*, T d. — *cauto*, a. — *palumbem*, T.

§ 268. *Ab*, D a. *A*, d$\beta\gamma$. — *Iulias*, schol. German. *Iul.*, a d. *Iunii*, β.

exoritur, zona autem eius Assyriis IV. non. Iulias; Aegypto vero eadem die procyon aestuosus matutino oritur, quod sidus apud Romanos non habet nomen, nisi caniculam hanc volumus intellegi hoc est minorem canem, ut in astris pingitur, ad aestum magnopere pertinens, sicut paulo mox docebimus. III. non. Iulias Chaldaeis corona occidit matutino, 26
Atticae Orion totus eadem die exoritur. Pridie idus Iulias Aegypto Orion desinit exoriri, XVI. kal. Augustas Assyriae procyon exoritur, dein post triduum fere ubique confessum inter omnis sidus indicans quod canis ortum vocamus, sole partem primam leonis ingresso. Hoc fit post solstitium XXIII. 27
die; sentiunt id maria et terrae, multae vero et ferae, ut suis locis diximus; neque est minor ei veneratio quam descriptis in deos stellis, accenditque solem et magnam aestus optinet causam. XIII. kal. August. Aegypto aquila occidit matutino etesiarumque prodromi flatus incipiunt, quod Caesar X. kal. Aug. sentire Italiam existumavit. Aquila Atticae 27
matutino occidit, III. kal. regia in pectore leonis stella matutino Caesari emergit. VIII. idus Aug. arcturus medius oc-

eius Assyriis, IV. no. Iulias, Aegypto vero eadem die procyon, schol. German. *eius quarto nonas Assyriae, Aegypto vero procyon*, a d $\beta\gamma$. *V nonas*, Pontedera antiquitt. p. 185. — *aestuosus matutino oritur*, schol. German. *matutino aestuosus*, a d $\beta\gamma$. — *canicula*, schol. German. — *hanc*, a d. *quam*, schol. German. — *volumus*, T a d (schol. German.) *velimus*, $\beta\gamma$. — *intelligere*, schol. German. — *hoc est*, om. schol. German. — *canem*, d (schol. German.) *canem sane*, a β. — *ad aestum*, schol. German. *Est autem*, a d $\beta\gamma$. Illud probat Pontedera l. l. p. 366. coll. § 270. — *maxime*, schol. German. — *paulo post*, schol. German.

§ 269. *IIII. non. Iulias*, schol. German. *IIII. nonas*, T d. *tertio nonas*, a $\beta\gamma$. At v. calendarium Claudii Tusci ap. Lyd. de ostentis p. 230. ed. Hase. — *Boeotiae*, Pontedera l. l. p. 200. 215. — *eadem die*, schol. German. *eo die*, a d $\beta\gamma$. — *Iulias*, schol. German. *Iulii*, d $\beta\gamma$. *Iul.*, a. — *Aegypto*, schol. German. *ex Aegyptis*, a. *et Aegyptiis*, d $\beta\gamma$. — *XVI.*, a d. *XVII.*, θ et Pontedera l. l. p. 185. 385. coll. § 288. *XV.*, schol. German. — *cal. Augustas*, schol. German. *kl. ag.*, a. *calendas Augusti*, d $\beta\gamma$. — *Assyriis*, schol. German. *Italiae*, Pontedera. — *procyon*, a. *proceron*, d. *Chiron*, schol. German. — *deinde*, schol. German. — *post triduum*, schol. German. probante Petavio varr. dissertatt. 7, 2. p. 136. *postridie*, d $\beta\gamma$. *post ridie fereubique*, a. *post quatriduum*, Pontedera l. l. p. 385. — *confusum*, schol. German.

§ 270. *Hoc fit post*, d. *Hoc fit*, a. *cum fit*, schol. German. — *XXIII* — *in deos stellis*, om. schol. German. — *dies*, a d. — *diximus* 2, 107. 9, 58. — *est*, a. *enim*, d. — *accenditque*, a d. *quod sidus accendit*, schol. German. — *obtinet*, a d. *obtinent*, schol. German. *continet*, T. — *XIII.*, Hard. *XVIII.*, a β. *XVII.*, T d. *XVI.*, schol. German. Harduini coniecturae quodammodo suffragatur calendarium Claudii Tusci ap. Lyd. de ostentis p. 232. ed. Hase. — *August.*, schol. German. Omitt. T a d. — *IX.*, Pontedera antiquitt. p. 275. — *cal. Aug.*, schol. German. *calendas*, a d $\beta\gamma$.

cidit, III. idus Aug. fidicula occasu suo autumnum inchoat, uti is adnotat, sed vera ratio id fieri invenit VI. idus easdem. In hoc temporis intervallo res summa vitium agitur decre- 272
torio uvis sidere illo quod caniculam appellavimus, unde carbunculare dicuntur ut quodam uredinis carbone exustae. Non conparantur huic malo grandines, procellae quaeque umquam annonae intulere caritatem. Agrorum quippe mala sunt illa, carbunculus autem regionum late patentium, non difficili remedio, nisi calumniari naturam rerum homines quam sibi prodesse mallent. Ferunt Democritum, qui primus 273
intellexit ostenditque caeli cum terris societatem, spernentibus hanc curam eius opulentissimis civibus, praevisa olei caritate ex futuro vergiliarum ortu qua diximus ratione ostendemusque iam planius, magna tum vilitate propter spem olivae coemisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem quietemque doctrinarum ei sciebant in primis cordi esse; atque ut adparuit causa et ingens divitiarum 274
cursus, restituisse mercedem anxiae et avidae dominorum paenitentiae, contentum ita probavisse opes sibi in facili, cum vellet, fore. Hoc postea Sextius e Romanis sapientiae

§ 271. *Aquila* — *occidit*; ex superioribus supplendum est id fieri X. kal. Augustas (coll. calendario Claudii Etrusci l. l.), nisi sumas verba *qua die* excidisse. — *III. kal.* — *emergit*, om. schol. German. — *emergit*, Petav. uranol. 2, 8. p. 49. et Pontedera antiquitt. p. 377. *inmergit*, T a d. *inmergitur*, β. V. calendarium Claudii Tusci l. l. p. 234., ubi *IV. kalendas* dicitur. — *III. idus Aug.*, schol. German. *III. idus*, a d $\beta\gamma$. — *uti is*, d. *uti*, a. *aut*, schol. German. — *sed vera*, T r (schol. German.) *ut sed vera*, d. *sed ut vera*, a $\beta\gamma$. — *pridie idus*, Pontedera antiquitt. p. 360. 387. — *easdem*, T a d. *eiusdem*, β. Verba *sexto id. easdem* om. schol. German.

§ 272. *appellavimus*, a d. *vocamus*, r. V. § 268. — *carbunculari*, Dalec. — *quadam carbonis uredine*, Dalec. — *conparentur*, T d. — *nec quaeque*, r, quod fortasse praeferendum coll. ad 35, 159. — *umquam*, T r. *numquam*, a d (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *claritatem*, d. — *difficile*, d. *difficile*, a.

§ 273. *caeli cum terris*, a d. *cum terris caeli*, $\beta\gamma$. — *civibus*, a. *civium*, d $\beta\gamma$. — *provisa*, a. — *claritate*, a. *praev. olei carit. futura ex vergil.*, Pint. Cui coniecturae ut nemo accedet, ita certum est Plinium, uti vulgo legitur, scribere non potuisse. Quomodo enim aliquis ex *futuro* alicuius sideris ortu divinare possit tempestatem, vix intelligas. Vox *futuro* aut est corrupta et pro ea adiectivum aliquod reponendum, quod infaustum illum ortum significat, aut ex Wuestemanni coniectura legendum *ex futuro proventu verg. ortu* i. e. eum praevidisse per vergiliarum ortum caritatem olei ex futuro i. e. qui exspectari poterat olei proventu, coll. 17, 93. — *diximus* § 251. — *planius*, T a d. *plenius*, $\beta\gamma$. — *tunc*, r. — *qui*; pro h. v. habent *que* a d. — *quietemque*, T a d. *et quietem*, $\beta\gamma$. — *sciebat*, a.

§ 274. *mercedem*, a. *mercem*, T d. — *avidae*; pro h. v. habent *audire* a d. — *contemptum*, d. — *ita probavisse*; pro his vv. habent *inprobavisse* a d. *ita probasse*, $\beta\gamma$. — *Sexitius*, a. *Sexius*, d.

adsectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Tanta litterarum occasio est, quas equidem miscebo agrestibus negotiis quam potero dilucide atque perspicue. Plerique dixere rorem inu- 27
stum sole acri frugibus robiginis causam esse et carbunculi vitibus, quod ex parte falsum arbitror omnemque uredinem frigore tantum constare, sole innoxio. Id manifestum fiet attendentibus. Nam primum omnium non hoc evenire nisi noctibus et ante solis ardorem deprehenditur totumque lunari ratione constat, quoniam talis iniuria non fit nisi interlunio plenave luna hoc est praevalente; utroque enim habitu plena est, ut saepius diximus, sed interlunio omne lumen quod a sole accepit caelo regerit. Differentia utrius- 27
que habitus magna sed manifesta; namque interlunio aestate calidissima est, hieme gelida; e diverso in plenilunio aestate frigidas facit noctis, hieme tepidas. Causa evidens, sed alia redditur a Fabiano Graecisque auctoribus. Aestate 27
enim interlunio necesse est cum sole nobis proxumo circulo currat, igne eius conminus recepto candens, eadem interlunio absit hieme, quoniam abscedit et sol; item in plenilunio aestivo procul abeat adversa soli, hieme autem ad nos per aestivom circulum accedat. Ergo per se roscida quotiens alget, infinitum quantum illo tempore cadentis pruinas congelat.

69. Ante omnia autem duo genera esse caelestis iniuriae 27
meminisse debemus, unum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellae ceteraque similia intelleguntur; quae cum plenilunio acciderint, vi maiore inpelluntur. Haec

notis, T d.

§ 275. *acri*, Barbar. d. *agri*, a. — *fit*, d. *sit*, a. — *plena vel una*, a. — *praevalentes*, a. *praevalentis*, d. — *accipit*, r. — *regiret*, a. *regerent*, d. *regyrat*, r.

§ 276. *sed*, a d. *et*, K. — *calidissima* — *aestate*, om. d. — *gelide diverso*, a. *e contrario*, r. — *alia*, a. *alia quam*, T d. — *favonio*, a.

§ 277. *communis*, a[1]. — *eadem*, a d. *eademque*, $\beta\gamma$. — *q''m*, d. *quõ*, a. *quando*, $\beta\gamma$. — *item in*, T a d. *item*, $\beta\gamma$. — *accedit*, T d.

§ 278. *genera*, a d. *nomina*, schol. German. — *plenilunio*, schol. German. Omitt. a d $\beta\gamma$. — *vi maiore impelluntur*, r (schol. German.) *vis maior appellatur*, a d $\beta\gamma$. Illud praeferunt Torrent. ad Horat. carm. I. 25, 11. et Pontedera antiquitt. p. 390.

§ 279. *serenis*, schol. German. — *sunt publica; et magnae sunt*, schol. German. *sunt publica; sed et magnae*, T d. *sunt. Publica haec id et magnae*, a. *sunt. Publica haec et magnae*, $\beta\gamma$. — *caniculum*, a d (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 308. b. E.) *caniculam*, libri optimi ap. Turneb. adv. 24, 33., quod probat Salmas.

ab horridis sideribus exeunt, ut saepius diximus, veluti arcturo, Orione, hoedis. Alia sunt illa quae silente caelo se- 279
renisque noctibus fiunt, nullo sentiente nisi cum facta sunt; publica et magnae sunt differentiae a prioribus, aliis robiginem, aliis uredinem, aliis carbunculum appellantibus, omnibus vero sterilitatem. De his nunc dicemus a nullo ante nos prodita priusque causas reddemus.

XXIX. Duae sunt praeter lunarem paucisque caeli locis 280
constant. Namque vergiliae primatum tenent ad fructus, ut quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems; semestri spatio intra se et messis vindemiasque et omnium maturitatem amplexantur. Est praeterea in caelo qui vocatur lacteus circulus, etiam visu facilis. Huius defluvio velut ex ubere aliquo sata 281
cuncta lactescunt duorum siderum observatione, aquilae in septentrionali parte et in austrina caniculae, cuius mentionem suo loco fecimus. Ipse circulus fertur per sagittarium atque geminos, solis centrum infra aequinoctialem circulum secans, conmissuras eorum optinente hinc aquila, illinc canicula. Ideo effectus utriusque ad omnis frugiferas pertinet 282
terras, quoniam in his tantum locis solis terraeque centra congruunt. Igitur horum siderum diebus, si purus atque mitis aer genitalem illum lacteumque sucum transmiserit in terras, laeta adulescunt sata; si luna qua dictum est ratione roscidum frigus adsperserit, admixta amaritudo ut in lacte puerperium necat. Modus in terris huius iniuriae, quem fe- 283
cit in quacumque convexitate comitatus utriusque causae, et ideo non pariter in toto orbe sentitur, ut nec dies. Aqui-

caliginem, schol. German. — *impellentibus*, schol. German. — *dicemus quae ante nos a nullo sunt prodita. Prius causas reddemus eorum*, schol. German.

§ 280. *quae sunt praeter lunarem et quae paucis*, schol. German. — *caeli*, a (schol. German.) Omitt. Td. — *primatum tenent*, schol. German. *primatum attinent*, Td. *privatim attinent*, a$\beta\gamma$. — *ut quarum* et *incipiat*, ad. *quarum* et *incipit*, schol. German. — *aestus*, d. — *semestris*, a. — *et messes*, schol. German. *messes*, ad$\beta\gamma$. — *maturitate*, a. — *amplexantur*, schol. German. *complexit*, a. *complectit*, d. *complexae*, $\beta\gamma$.

§ 281. *fecimus* § 268. — *centrum infra*, K (schol. German.) *centro vis*, a. *centro vix*, r. *centro bis*, d$\beta\gamma$.

§ 282. *pertinet*, schol. German. *pertinent*, ad$\beta\gamma$. — *contra*, a. — *transmiserit*, schol. German. *transmisit*, ad. *transmittit*, T. — *sin luna*, Pint. — *dictum est* § 277. — *asperserit*, schol. German. *aspersit*, Tad.

§ 283. *in terris huius iniuriae*, a (schol. German.) *iniuriae huius in terris*, Td. — *facit*, Dalec. — *quam*, schol. German. *qua*, Tad.

lam diximus in Italia exoriri a. d. XIII. kal. Ianuarias, nec patitur ratio naturae quicquam in satis ante eum diem spei esse certae; si vero interlunium incidat, omnis hibernos fructus et praecocis laedi necesse est. Rudis fuit priscorum vita 28
atque sine litteris; non minus tamen ingeniosam fuisse in illis observationem adparebit quam nunc esse rationem. Tria namque tempora fructibus metuebant, propter quod instituerunt ferias diesque festos, robigalia, floralia, vinalia. Robigalia Numa constituit anno regni sui XI., quae nunc aguntur a. d. VII. kal. Mai., quoniam tunc fere segetes robigo occupat. Hoc tempus Varro determinat sole tauri partem de- 28
cumam optinente, sicut tunc ferebat ratio; sed vera causa est, quod post dies XXXI ab aequinoctio verno, per id quatriduum varia gentium observatione in IV. kal. Mai., canis occidit, sidus et per se vehemens et cui praeoccidere caniculam necesse sit. Iidem itaque floralia IIII. kal. easdem institue- 28
runt urbis anno DXIII. ex oraculis Sibyllae, ut omnia bene deflorescerent; hunc diem Varro determinat sole tauri partem XIIII. optinente. Ergo si in hoc quatriduum inciderit plenilunium, fruges et omnia quae florebunt laedi necesse erit. Vinalia priora, quae ante hos dies sunt IX. kal. Mai. 28
degustandis vinis instituta, nihil ad fructus attinent nec quae adhuc diximus ad vitis oleasque, quoniam earum conceptus

diximus, ubi? Non meminit Hard., neque Pontedera antiquitt. p. 390., referunt tamen ad 16, 103. — *a. d.*, om. schol. German. — *Ianuarias*, schol. German. *Ianr.*, a. *Ianuarii*, d $\beta\gamma$. — *et praecoces*, om. schol. German.

§ 284. *ingenioiam*, a. — *fructus*, ad. — *agunt*, Dalec. — *ad*, a (schol. German.) *ab*, T. *a*, d. — *VII.*, a (schol. German.) *VIII.*, T d.

§ 285. *partem nonam*, Pontedera antiquitt. p. 356. — *XXXI*, Petav. varr. dissertt. in uranol. 2, 10. p. 56. *undeXX*, D. *undeviginti*, a d β. *XIX*, schol. German. *undetriginta*, Pint. — *quatriduum*, d (schol. German.) *quod ad triduum*, a. — *observatione gentium*, d. — *in quarto*, schol. German.

§ 286. *Idem itaque*, schol. German. *Itaque iidem*, a $\beta\gamma$. *Itaque idem et*, T d. — *easdem*, a d. *eiusdem*, schol. German. β. — *DXIII.*, Pigh. annall. 2, 71., Carol. Neapolis ad Ovid. fast. 4, 939. et (qui per errorem *DXIV.* scripsit) Hard. coll. Vell. Paterc. 1, 14. *DXLV.*, Ursin. famil. Rom. p. 243. *DXVI.*, a d $\beta\gamma$. — *ut*, d. *et*, a. — *partem XII. obtin.*, Pontedera antiquitt. p. 356. — *optinent*, a. — *quadriduum*, a. — *erit*, a. *est*, T d.

§ 287. *IX.*, a (schol. German.) *VIII.*, T d. — *Maii*, d (?). *Murci*, T. *Mar.*, a. *Mart.*, schol. German. — *quae adhuc diximus*, robigalia et floralia. — *ad sextum*, schol. German. — *docuimus* § 248. — *quadriduum*, a. — *sordere velint*, schol. German. *sorbide velim*, T a d. *sorbido velim*, Pontedera antiquitt. p. 391. *quo neque rura herbida velim*, Pint. — *exurit*, D. *exaruit*, a. *exhaurit*, T d. *exhorrent*, schol. German. $\beta\gamma$.

exortu vergiliarum incipit a. d. VI. idus Mai., ut docuimus. Aliud hoc quatriduum est quod neque rore sordere velint, — exurit enim frigidum sidus arcturi postridie occidens, — et multo minus plenilunium incidere. IV. nonas Iunias iterum 288
aquila exoritur vesperi, decretorio die florentibus oleis vitibusque, si plenilunium in eum incidat. Equidem et solstitium VIII. kal. Iulias simili causa duxerim et canis ortum post dies a solstitio XXIII, sed interlunio accidente, quoniam vapore constat culpa acinique praecocuntur in callum. Rursus plenilunium nocet a. d. IV. nonas Iulias, cum Aegypto canicula exoritur, vel certe XVI. kal. Augustas, cum Italiae; item XIII. kal. Augustas, cum aquila occidit, usque in X. kal. easdem. Extra has causas sunt vinalia altera 289
quae aguntur a. d. XIIII. kal. Septembris. Varro ea a fidicula incipiente occidere mane determinat, quod volt initium autumni esse et hunc diem festum tempestatibus leniendis institutum; nunc fidiculam occidere a. d. VI. idus Augustas servatur. Intra haec constat caelestis sterilitas, neque nega- 290
verim posse eam permutare algentium locorum aestuantiumque naturas; sed a nobis rationem demonstratam esse satis est; reliqua observatione cuiusque constabunt. Alterutrum quidem fore in causa, hoc est plenilunium aut interlunium, non erit dubium. Et in hoc mirabilem admirari benignita- 291
tem naturae succurrit, iam primum hanc iniuriam omnibus

§ 288. *Iunias*, schol. German. *Iun.*, a. *Iunii*, d$\beta\gamma$. V. § 255. — *incidat in eum*, schol. German. — *VI. kal.*, Pontedera l. l. p. 384. At v. § 256. 264. — *Iul.*, a d. *Iunias*, schol. German. *Iunii*, β. — *in simili*, a (schol. German.) *simili*, d$\beta\gamma$. — *casu*, schol. German. — *dixerim*, schol. German. — *XXIIII*, Pontedera l. l. p. 385. — *occidente*, a. — *XVII. kal. Aug.*, Pontedera l. l. p. 385. — *item III.*, Pint. ex Columell. XI. 2, 53. *item IV.*, schol. German. et Pontedera l. l. p. 390. — *X.*, om. Pontedera. — *easdem*, T a d. *eiusdem*, schol. German. β.

§ 289. *XIIII.*, T a d. *XIII.*, schol. German. β. — *Varro ea*, ita nos scripsimus coll. § 286. *Varro et*, T a d r. *Et Varro*, schol. German. β. *Varro*, γ. *Varro die nono a fid.*, Pontedera l. l. p. 387. — *leniendis*, schol. German. *liniendis*, a. //// *liniendis*, d. *finiendis*, D. — *esse institutum*, schol. German. — *occidere pridie idus* vel *a. d. VIII.*, Pontedera l. l. p. 360. 387. — *servatur*, a d. *observatur*, T (schol. German.).

§ 290. *eam*, a (schol. German.) *ea*, T d. — *permutare*, T d. *permutari*, a. *permutari arbitrio*, schol. German. $\beta\gamma$. — *algentium*, Pint. *legentium*, T a d (schol. German.) $\beta\gamma$. — *aestuantiumque*, Pint. *aestuantium*, T a d. *aestimantium*, schol. German. $\beta\gamma$. — *sed*, schol. German. *et*, a d. — *hoc est*, schol. German. *hoc est reliqua observatione*, a d.

§ 291. *mirabilem admirari*, schol. German. *mirabilem*, T a d. *mirari*, Hard. γ.

annis accidere non posse propter statos siderum cursus nec nisi paucis noctibus anni, idque quando futurum sit facile nosci; ac ne per omnis menses timeretur, earum quoque lege divisum aestate interlunia praeterquam biduo secura esse, hieme plenilunia, nec nisi aestivis brevissimisque noctibus metui, diebus non item valere; praeterea tam facile 292
intellegi ut formica minumum animal interlunio quiescat, plenilunio etiam noctibus operetur, avem parram oriente sirio ipso die non adparere, donec occidat, e diverso virionem prodire ipso solstiti die, neutrum vero lunae statum noxium esse, ne noctibus quidem nisi serenis et omni aura quiescente, quoniam neque in nube neque in flatu cadunt rores; sic quoque non sine remedio.

70. Sarmenta aut palearum acervos et evolsas herbas fru- 293
ticesque per vineas camposque, cum timebis, incendito; fumus medebitur. Hic e paleis et contra nebulas auxiliatur, ubi nebulae nocent. Quidam tris cancros vivos cremari iubent in arbustis, ut carbunculi non noceant; alii siluri carnem leviter uri a vento, ut per totam vineam fumus dispergatur. Varro auctor est, si fidiculae occasu, quod est initium 294
autumni, uva picta consecretur inter vitis, minus nocere tempestates. Archibius ad Antiochum Syriae regem scripsit, si fictili novo obruatur rubeta rana in media segete, non esse noxias tempestates.

71. Opera rustica huius intervalli terram iterare, arbores 295
circumfodere, ubi aestuosa regio poscat adcumulare, — germinantia nisi in solo luxurioso fodienda non sunt, — seminaria purgare sarculo, messem hordeaceam facere, aream

statos, schol. German. *statutos*, a d. — *sit futurum*, d. — *teneretur*, a. — *earum quoque*, d (schol. German.) *earumque*, a. *horarum quoque*, Pint. — *non diebus*, r (schol. German.) — *item*, r (schol. German.) *ita*, T d. *idem*, a $\beta\gamma$.

§ 292. *tam*; Plinius videtur *iam* scripsisse. — *etiam noctibus operetur*, schol. German. *operetur etiam noctibus*, a d. — *parram*, d. *param*, schol. German. *parvam*, a. — *donec*, d (schol. German.) *et donec*, T a. — *virionem*, schol. German. *orionem*, a. *chlorionem*, T d γ. *vireonem*, β. — *prodere*, a. — *solstitii die*, schol. German. *die solstitii*, a d $\beta\gamma$. — *ne*, schol. German. *nec*, a d. — *omni aura*, d (schol. German.) *omniavera*, a.

§ 293. *aut*, d (schol. German.) *apud*, a. — *carbunculi — noceant*, a (schol. German.) *carbunculus — noceat*, T d. — *leniter*, a. — *uri ut a vento per totam*, Pint.

§ 294. *auctor est*, schol. German. *auctor et*, a d. — *una pica*, schol. German. — *obruatur*, d. *observatur*, a. *obserata obruatur*, schol. German. — *rana*, delet Pint.

ad messem creta praeparare, Catonis sententia amurca temperatam, Vergili operosius. Maiore ex parte aequant tantum et fimo bubulo dilutiore inlinunt. Id satis ad pulveris remedium videtur.

XXX. 72. Messis ipsius ratio varia. Galliarum latifundiis 296
valli praegrandes dentibus in margine infestis duabus rotis per segetem inpelluntur, iumento in contrarium iuncto; ita dereptae in vallum cadunt spicae. Stipulae alibi mediae falce praeciduntur atque inter duas mergites spica destringitur; alibi ab radice vellunt, quique id faciunt proscindi ab se obiter agrum interpretantur, cum extrahant sucum. Diffe- 297
rentia haec: ubi stipula domos contegunt, quam longissimam servant; ubi feni inopia est, stramento paleam quaerunt. Panici culmo non tegunt, mili culmum fere inurunt, hordei stipulam bubus gratissimam servant. Panicum et milium singillatim pectine manuali legunt Galliae. Messis ipsa alibi 298
tribulis in area, alibi equarum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Triticum quo serius metitur, copiosius invenitur, quo celerius vero, hoc speciosius ac robustius. Lex aptissima, antequam granum indurescat et cum iam traxerit colorem, oraculum vero biduo celerius messem facere potius quam biduo serius. Siliginis et tritici eadem ratio in area horreoque. Far, quia difficulter excutitur, convenit cum palea sua condi, et stipula tantum et aristis liberatur. Palea 299
plures gentium pro feno utuntur; melior ea, quo tenuior minutiorque et pulveri propior; ideo optuma e milio, proxuma ex hordeo, pessima ex tritico, praeterquam iumentis

§ 295. *iterari*, a d. — *ubi*, a. *aut ubi*, T d. — *aestivosa*, a. — *purgare*; ita nos scripsimus. *purgari*, a d $\beta\gamma$. — *hordeam*, T. — *ad*, omitt. a d, unde *in messem* legendum puto. — *creta*, d. Om. a. *praeparare terra am. temperata Catonis sent.*, Pint. — *Catonis* de re rust. 129. Ceterum *Catonis* et *Vergili* nomina transponenda putat Schneid. ad Caton. de re rust. 91. p. 141. — *temperatam*, a d r. *temperata*, β. — *Vergili* georg. 1, 179.

§ 296. *vehiculum praegrande* — *impellitur* — *vehiculum*, Dalec. — *dereptae*, a d. *direptae*, $\beta\gamma$. — *media*, T a d. — *mergas*, Pint. et Schneid. ad Varr. de re rust. I. 50, 2. p. 360. — *spica destringitur*, ita nos scripsimus. *spicande stringitur*, a. *spica distringitur*, d $\beta\gamma$. — *quod qui faciunt*, K. — *cum extrahant succum*, corrupta dicit Hand. Tursell. 4, 364.

§ 297. *inopia est*; pro his vv. dant *inopię* a, *inopia* T d. — *singillatim*, a d. *singulatim*, γ. — *manali*, T d.

§ 298. *arta*, a d. — *quam biduo*, a. *biduo quam*, d. — *seritur*, a d. — *eadem ratio*, Pint. *etiam ratio*, a d $\beta\gamma$. — *quia*, a. *quam*, d.

§ 299. *quo*, a d. *quae*, $\beta\gamma$. — *proprior*, a. — *optuma e*; pro his vv. habet *optime* a, *optima* d.

opere laborantibus. Culmum, saxosis locis cum inaruit, baculo frangunt substratu animalium; si palea deficit, et culmus teritur. Ratio haec: maturius desectus, muria dura sparsus, 300
dein siccatus in manipulos convolvitur atque ita pro feno bubus datur. Sunt qui accendant in arvo et stipulas, magno Vergili praeconio; summa autem eius ratio, ut herbarum semen exurant. Ritus diversos magnitudo facit messium et caritas operarum.

73. Connexa est ratio frumenti servandi. Horrea operose 301
et tripedali crassitudine, pariete latericio exaedificari iubent aliqui; praeterea superne inpleri nec adflatus admittere aut fenestras habere ullas; alii ab exortu tantum aestivo aut septentrione eaque sine calce construi, quoniam sit frumento inimicissima; nam quae de amurca praeceperunt, indicavimus. Alibi contra suspendunt granaria lignea columnis et perflari 302
undique malunt, atque etiam a fundo. Alii omnino pendente tabulato extenuari granum arbitrantur, et si tegulis subiaceat, confervescere. Multi ventilare quoque vetant; curculionem enim non descendere infra quattuor digitos nec amplius periclitari. Columella et favonium ventum conferre 303
frumento praecipit, quod miror equidem, siccissimum alioquin. Sunt qui rubeta rana in limine horrei pede e longioribus suspensa invehere iubeant. Nobis referre plurumum tempestivitas condendi videbitur; nam si parum tostum at-

substrata, d. *subtracta*, a. — *deficit*, T a d. *defecit*, $\beta\gamma$.

§ 300. *m. dura sparsus*, Ian. obss. p. 18. *m. duras partus*, D a. *m. adspersus*, r. *moriatur aspartus*, d. *muris adurit partus*, P. *m. diu respersus*, $\beta\gamma$. — *dein*, a d. *dehinc*, $\beta\gamma$. — *arva*, d. — *Vergili* georg. 1, 84. — *semina exurantur*, T. — *diversos*, T d. *diverso*, D. *diversa*, a. *diversitatem*, $\beta\gamma$. — *caritas*, a d (codd. Gel.) *raritas*, T r. — *operarum*, d (codd. Gel.) *operariorum*, a r γ.

§ 301. *Conexa*, a. — *operose et*, r. *operosi*, T a d. *operosa*, β. *operose*, γ. — *tripedalis crassitudinis pariete*, Dalec. — *pariter*, a d. In cod. a post h. v. *ut* erasum. — *laterici*, a d. — *exaedificare*, a[1]. — *alia*, a. — *eaque*, a. *ea quam*, d. — *fit*, a. — *namque de*, a. — *praeceperunt*, a. *praeciperent*, d. *praeciperentur*, T. *praeceperint*, $\beta\gamma$. — *indicavimus* 15, 33.

§ 302. *pandunt*, Sabell. — *a*, omitt. a d. At v. Varr. de re rust. I. 57, 3. *sed etiam subtus a solo ventus refrigerare possit*. — *pendente tabulato*, d. *pendant et ab flato*, a. *pendunt tabulato*, codd. Gel. — *ventilare*, T K a d. *ventilari*, $\beta\gamma$.

§ 303. *Columella* II. 20, 5. — *confecto*, a d. Hinc suspicor Plinium *conferre collecto* vel *condito* scripsisse. — *praedicit*, a d. — *siccissimo*, K. *siccissimum locum quaerenti*, Dalec. — *alioquin*, a. *aliqui*, d. *alioqui*, $\beta\gamma$. — *rubeta rana* et *suspensa*, d. *rubetam ranam* et *suspensa*, a. *rubetam ranam* et *suspensam*, r. *rana* delet Pint. — *limimine*, a. *lumine*, d. — *vitia*, D[2] T d. *initia*, D[1] a. *in eo vitia*, r. *inimica*, $\beta\gamma$.

que robustum collectum sit aut calidum conditum, vitia innasci necesse est. Diuturnitatis causae plures: aut in ipsius 304
grani corio, cum est numerosius, ut milio; aut suci pinguedine qui pro umore sufficit tantum, ut sesimae; aut amaritudine, ut lupino et cicerculis. In tritico maxume nascuntur animalia, quoniam spissitate sua concalescit et furfure crasso vestitur. Tenuior hordeo palea, exilis et legumini; ideo non generant. Faba crassioribus tunicis operitur; ob hoc effer- 305
vescit. Quidam ipsum triticum diuturnitatis gratia adspergunt amurca, mille modios quadrantali, alii Chalcidica aut Carica creta aut etiam apsinthio; est et Olynthi ac Cerinthi Euboea terra quae conrumpi non sinat. Nec fere condita in 306
spica laeduntur; utilissime tamen servantur in scrobibus quos siros vocant, ut in Cappadocia ac Thracia et Hispania ..... Africae. Ante omnia ut sicco solo fiant curant, mox ut palea substernantur; praeterea cum spica sua conduntur. Ita frumenta si nullus spiritus penetret, certum est nihil maleficum nasci. Varro auctor est sic conditum triticum durare 307
annis L, milium vero C, fabam et legumina in oleariis cadis oblita cinere longo tempore servari, idem fabam a Pyrri regis aetate in quodam specu Ambraciae usque ad piraticum Pompei Magni bellum durasse annis circiter CCXX. Ciceri tantum nullae bestiolae in horreis innascuntur. Sunt qui urceis

§ 304. *Diuturnitatis* rel., Theophr. de caus. plant. IV. 15, 3. — *ut milio*, d. *aut milio*, aβ. — *ut sesimae*, a. *et sesimae*, d. *sufficit ut sesamae tantum*, Pint. — *cicerculis*, T. *cicerculo*, a. *cicerculae*, d$\beta\gamma$. — *nascuntur*, T a d. *crescunt*, β. — *vertitur*, a d.

§ 305. *asspergunt*, a. — *Cerinthi*, Barbar. ex Theophr. hist. plant. VIII. 11, 7. *Perinthi*, d. *perinte*, a.

§ 306. *tamen*, d. *tantum*, a. — *syrios*, a. — *ac*, a d. *et in*, $\beta\gamma$. — *Threcia*, d. — *et Hispania Africe*, D a d. *In Hispania et Africa*, $\beta\gamma$. Hanc vero scripturam non esse veram hinc patet, quod non solum his in terris, sed ubique siccitatis ratio habenda erat. Iam si cum hoc loco comparamus verba Varronis de re rust. I. 57, 1. *Quidam granaria habent sub terris, speluncas, quas vocant σειρούς, ut in Cappadocia ac Thracia, alii, ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginiensi et Oscensi*, nihil probabilius videtur, quam Plinium verbis Varronis paulo negligentius inspectis, scripsisse *et Hispania et in parte Africae. Ante omnia* rel. Verba *et in parte* oblitterata sunt per viciniam verborum *et Hispania*; illorum igitur verborum defectum lacunae significatu indicavi. — *curant*, d. *curantur*, a. — *aut*, d. — *substernantur*, a d. *substernatur*, $\beta\gamma$. — *condantur*, Dalec. — *frumentis*, K. — *innasci*, K.

§ 307. *Varro* l. l. — *oblitis*, K, quod probat Schneid. ad Varron. 1, 58. — *fabam Pyrri*, d. *faba Pyrri*, a. — *CCXX*, Pontedera antiquitt. p. 169. coll. Schneid. ad Varron. p. 221. *CXX*, a (ubi ante hunc numerum una littera erasa) d$\beta\gamma$. — *urceis*, a. *iure eis*, d. *orcis*, Pint.

cineri substratis et pice inlitis acetum habentibus leguminum acervos superingerant, ita non nasci maleficia credentes. Alii 308
in salsamentariis cadis gypso inlinunt, aliqui lentem aceto laserpiciato respergunt siccatamque oleo ungunt; sed brevissima observatio, quod vitiis carere velis interlunio legere, quare plurumum refert, condere quis malit an vendere; crescente enim luna frumenta grandescunt.

XXXI. 74. Sequitur ex divisione temporum autumnus a 309
fidiculae occasu ad aequinoctium ac deinde vergiliarum occasum initiumque hiemis. In his intervallis significant pridie idus Aug. Atticae ecus oriens vesperi, Aegypto et Caesari delphinus occidens. XI. kal. Septembris Caesari et Assyriae stella quae vindemitor appellatur exoriri mane incipit, vindemiae maturitatem promittens; eius argumentum erunt acini colore mutati. Assyriae v. kal. Septembr. et sagitta occidit 310
et etesiae desinunt; vindemitor Aegypto nonis Septembribus exoritur, Atticae arcturus matutino, et sagitta occidit mane. v. idus Septembr. Caesari capella oritur vesperi, arcturus vero medius pridie idus Septembr. vehementissimo significatu terra marique per dies quinque. Ratio eius haec 311

cineri, a d. *cinere*, β. — *et pice*, K. *et*, a d $\beta\gamma$. — *superinferant*, T d. — *malificia*, a.

§ 308. *Alii*, a d. *alii qui*, $\beta\gamma$. *alii qui lentem in salsamentariis*, Pint. infra vocem *lentem* omittens. — *illinunt*, K. *inlinant*, a d $\beta\gamma$. — *aliqui*, K. *alii qui*, a d $\beta\gamma$. V. ad 33, 101. — *respergunt*, K. *respergant*, a d $\beta\gamma$. — *ungunt*, a[1]. *inungunt*, K. *ungant*, a[2] d. *inungant*, $\beta\gamma$. — *an*, a. *aut*, d.

§ 309. *vergiliarum occasu*, a. — *In his*, a. *His*, T d. — *significant*, T a d r. *significatur*, β. — *idibus* omisso *pridie*, Pontedera antiquitt. p. 215. 365. — *vespero*, a. — *Caesari et*, om. schol. German. — *Assyriis*, schol. German. — *vindemitor*, T a d. *antevindemiator*, schol. German. *vindemiator*, β. — *cuius argumento*, schol. German. — *agni*, schol. German. *vinacea* — *mutata*, Pint.

§ 310. *et Assyriis*, schol. German. — *kal. Septembr.*, schol. German. *kalendas*, a d $\beta\gamma$. — *etesiae* omisso *et*, a d. *etesiaeque*, schol. German. — *vindemitor*, T a d. *antevindemiator*, schol. German. *vindemiator*, β. — *nonis Septembribus*, schol. German. *nonis*, a d $\beta\gamma$. — *VIII. idus Atticae arcturus*, Pontedera l. l. p. 215. — *V.*, a (schol. German.) *VI.*, T d. — *Caesarie appellatur itur*, a. — *medius*, a (codd. Gel.) *modios*, d. Om. schol. German. *matutino*, Pontedera l. l. p. 379. — *idus Septembr.*, schol. German. *idus*, a d $\beta\gamma$. — *imbres vehementissimos significat*, schol. German. — *per dies quinque*, om. schol. German.

§ 311. *defuturos*, Pontedera l. l. p. 379. ex schol. German., qui *defuturi sunt* habet. *futuros*, a d $\beta\gamma$. — *per arcturum. Eius signi ortum servat*, schol. German. — *abitus*, d. *habitus*, a (schol. German.) *abitu*, K. — *oritur*, schol. German. — *et asyaeque*, d. — *Hoc idem* — *significant*, *et*, om. schol. German. — *et*, d. *ex*, a. — *XI.*, a (schol. German.) *X.*, T d. — *cal. Octobr.*, schol. German. *kalendas*,

traditur, si delphino occidente imbres fuerint, non defuturos per arcturum. Signum orientis eius sideris servetur hirundinum abitus; namque deprehensae intereunt. XVI. kal. Octobr. Aegypto spica quam tenet virgo exoritur matutino etesiaeque desinunt. Hoc idem Caesari XIV. kal., XIII. Assyriae significant, et XI. kal. Octobr. Caesari conmissura piscium occidens ipsumque aequinocti sidus VIII. kal. Octobr. Dein con- 312
sentiunt, quod est rarum, Philippus, Callippus, Dositheus, Parmeniscus, Conon, Criton, Democritus, Eudoxus IV. kal. Octobr. capellam matutino exoriri et III. kal. Octobr. hoedos. Sexto nonas Octobr. Atticae corona exoritur mane, Asiae et Caesari V. nonas Octobr. heniochus occidit matutino. IIII. nonas Octobr. Caesari corona exoriri incipit et postridie occidunt hoedi vesperi. VIII. idus Octobr. Caesari fulgens in 313
corona stella exoritur et VI. idus vergiliae vesperi, idibus corona tota. XVII. kal. Novembr. suculae vesperi exoriuntur. Pridie kal. Novembr. Caesari arcturus occidit et suculae exoriuntur cum sole. Quarto nonas Novembr. arcturus occidit vesperi. Quinto idus Novembr. gladius Orionis occidere incipit; dein III. idus vergiliae occidunt. In his temporum 314

ad $\beta\gamma$. — *Caesari*, om. schol. German. — *ipsumque equi sidus*, schol. German. — *V. kal. Octobr.*, Pontedera l. l. p. 388.

§ 312. *Dein*, ad. *Deinde*, $\beta\gamma$. *Dein — exoriri et III.* om. schol. German. — *Callippus*, ad γ. — *Eudoxus IV.*, Td. *Eudoxus ion*, a. *Eudoxus Ion IV.*, β. *Eudoxus, Euctemon*, Pontedera l. l. p. 202. 216. — *vespertino*, Pontedera. — *kal. Octobr.*, schol. German. *kal.*, ad $\beta\gamma$. — *IV. nonas Octobr.*, Pontedera l. l. p. 186. 216. — *Asiae et Caesari*, ad. *Assyriae et Caesari*, Pontedera l. l. p. 186. Om. schol. German. — *V. nonas*, Pint. K (schol. German.) *V. cal.*, ad $\beta\gamma$. *VI. kal.*, Pontedera l. l. p. 216. Veram scripturam confirmat diarium Claudii Tusci ap. Laurent. Lyd. de ostentis p. 245. ed. Hase. — *Octobr. heniochus*, schol. German. *heniochus*, ad $\beta\gamma$. — *IV. nonas Octobr.*, schol. German. *tertio nonas*, Pint. K. *III. cal.*, ad $\beta\gamma$. — *postridie*, d. *post pridie*, a. *pridie non*, schol. German. — *oriuntur*, Pint. Idem vel *prodeunt* coniicit Pontedera l. l. p. 379. — *hoedi*, d (schol. German.) *abdi*, a.

§ 313. *stella exoritur*, Tad (schol. German.) *stella oritur*, $\beta\gamma$. — *VI. idus vergiliae*, Pontedera l. l. p. 379. *III. idus Vergiliae*, ad $\beta\gamma$. — *vesperi exoriuntur*, schol. German. — *pridie idus*, Pontedera l. l. p. 380. — *idibus corona tota*, om. schol. German. — *XVII. kal.*, Pontedera l. l. p. 380. *XVIII. cal.*, schol. German. *XVI. cal.*, T. *sexto calendas*, ad $\beta\gamma$. — *oriuntur*, schol. German. — *Pridie cal. Novembr.*, schol. German. *Pridie kal.*, ad $\beta\gamma$. — *absconduntur* vel *occidunt*, Pontedera l. l. p. 380. — *cum sole occidente*, Petav. uranol. 2, 8. p. 49. — *nonas Novembr.*, schol. German. *nonas*, ad $\beta\gamma$. — *vesperi*, ad. *vesperi et idus Novembr. Atticae vergiliae occasu suo hiemem inchoant*, schol. German. — *Quinto*, a (schol. German.) *VI.*, Td. — *dein*, ad. *deinde*, schol. German. β.

intervallis opera rustica rapa, napos serere quibus diximus diebus. Volgus agreste rapa post ciconiae discessum male seri putat; nos omnino post Volcanalia et praecocia cum panico, a fidiculae autem occasu viciam, phasiolos, pabulum; hoc silente luna seri iubent. Et frondis praeparandae tempus hoc est; unus frondator quattuor frondarias fiscinas conplere in die iustum habet. Si decrescente luna praeparetur, non putrescit; aridam colligi non oportet. Vindemiam antiqui 315
numquam existumavere maturam ante aequinoctium; iam passim rapi cerno, quamobrem et huius tempora notis argumentisque signentur. Leges ita se habent: uvam calidam ne legito, hoc est in eius siccitate ac nisi imber intervenerit; uvam rorulentam ne legito, hoc est si ros nocturnus fuerit, nec prius quam sole discutiatur. Vindemiare incipito, cum 316
ad palmitem pampinus procumbere coepit aut cum exempto acino ex densitate intervallum non conpleri adparuerit, acinum non augeri. Acino plurumum refert, si contingat crescente luna vindemiare. Pressura una culeos xx inplere debet; hic est pes iustus. Ad totidem culeos et lacus xx 317
iugeribus unum sufficit torculum. Premunt aliqui singulis, utilius binis, licet magna sit vastitas singulis. Longitudo in his refert, non crassitudo; spatiosa melius premunt. Antiqui funibus vittisque loreis ea detrahebant et vectibus. Intra c annos inventa Graecanica, mali rugis per cocleas bullantibus,

§ 314. *rapa, napos*, Pint. *panaphos raphanos*, T d. *paphanos raphanos*, a. *napos, raphanos*, $\beta\gamma$. At de rapis modo et napis sermonem esse clarissime docet quam ipse Plin. laudat § 131. — *diximus diebus*, a d. *diebus diximus*, $\beta\gamma$. — *rapa*, a d. *et rapa*, $\beta\gamma$. — *praecoquia*, T. — *vitium*, a. — *passiolos*, a d. *faseolos*, $\beta\gamma$. — *et hoc silente*, K.

§ 315. *calidam*, a. *calcaridam*, T. *calcandam*, d. — *ne*, T. *nec*, a d. — *in eius*; pro his vv. habent *in ea* a d, unde cum appareat vulgatam deberi librariorum ingenio, ego *vineae* scribendum esse existimo. — *uvam*, D [2]. *quam*, D [1] T a d. *hanc*, $\beta\gamma$. — *rorulentam ne legito*, D T d. *rorulentam nec legito*, a. *ne legito rorulentam*, $\beta\gamma$. — *non prius*, K.

§ 316. *coepit*, a d. *coeperit*, $\beta\gamma$. — *intervallo non completo*, K. — *Acinos plurimos fert*, a γ. *acinos. Plurime fert*, T d. Ego revocavi vulgatam (β) scripturam, quae una aptum sensum praebet, cum ineptissimum sit dicere vitem acinos i. e. baccas plures ferre, si hoc aut illo tempore vindemietur; *acino refert* accedat ad exempla simillima Horat. sat. I. 1, 49. *viventi referat*, Tacit. annal. 15, 65. *non referre dedecori*, quibus in locis hoc verbum significat i. q. *expedit, conducit*. — *si*, a. *sicut*, d. — *vindemiari*, r. — *culleos*, a d.

§ 317. *culleos*, a. *Ad totidem culeos et XX iugeribus unum sufficit torculum et latus*, Dalec. — *torcular*, T d. — *aliqui singuli*, Hard. et γ vitio operarum. — *speciosa*, a. — *prement*, d. — *vitibusque loreis*, codd. Barb. — *cannos*, a. *centum*

palis adfixa arbori stella, a palis arcas lapidum attollente
sesum arbore, quod maxume probatur. Intra viginti duos 318
hos annos inventum parvis prelis et minore torcularia, ae-
dificio breviore, malo in medio decreto, tympana inposita
vinaceis superne toto pondere urguere et super prela con-
struere congeriem. Hoc et poma colligendi tempus: obser-
vatio, cum aliquod maturitate, non tempestate deciderit; hoc
et faeces exprimendi, hoc et defrutum coquendi silente luna
noctu aut, si interdiu, plena, ceteris diebus aut ante exor-
tum lunae aut post occasum. Nec de novella vite aut palu- 319
stri, nec nisi e matura uva, nec nisi foliis despumandum,
quia si ligno contingatur vas, adustum et fumosum fieri pu-
tant. Iustum vindemiae tempus ab aequinoctio ad vergiliarum
occasum dies XLIV. Ab eo die oraculum occurrit frigidum
picari pro nihilo ducentium; sed iam et kal. Ianuar. defectu
vasorum vindemiantis vidi piscinisque musta condi aut vina
effundi priora, ut dubia reciperentur. Hoc non tam saepe 320
proventu nimio evenit quam segnitia aut avaritia insidiantium
caritati civili; sed aequi patrisfamilias modus est annona
cuiusque anni uti; id peraeque etiam lucrosissimum. Reliqua
de vinis adfatim dicta sunt, item vindemia facta olivam esse
rapiendam, et quae ad oleum pertinent quaeque a vergiliarum
occasu agi debent.

XXXII. 75. His quae sunt necessaria adicientur de luna 321
ventisque et praesagiis, ut sit tota sideralis ratio perfecta.

annos, d$\beta\gamma$. — *praeli cochleae illabentibus pal. aff. arboris stela, cum praelo arcas lap. attoll. sursum arbore*, K. — *bulantibus*, a. — *arboris*, d. *arbores*, a.

§ 318. *proelis*, a. — *minore*, a d. *minori*, $\beta\gamma$. — *torculario*, T a d. *torculari*, $\beta\gamma$. — *malo*, a d. *et malo*, $\beta\gamma$. — *media*, a d. — *erecto*, K. Cum neque haec interpolatio neque vulgata omni sensu destituta ferri possit, Plinium *directo* scripsisse existimo, i. e. *recte in altum sublato*, *erecto*, quo sensu apud optimos scriptores legi lexica docent, coll. Zumpt. ad Cic. Verr. II. 4, 48. — *observatio*, a d. *et observatio*, $\beta\gamma$. — *aliquid*, a. — *defrutum*, a. *fructus*, T d.

§ 319. *uva* — *despumandum*, omitt. D a. *nec nisi* — *despumandum*, omitt. T d. — *quia si*, D^2. *quasi*, D^{1}a. *si*, T d. — *et fumosum*, a d. *ac fumosum*, $\beta\gamma$. — *Sed tamen calendis*, Dalec. — *vasorum*, om. d. — *vidi*, a (codd. Barbari). *ut de*, a. — *piscinis*, d. — *reciperetur*, a.

§ 320. *non*, om. Hard. et γ vitio operarum. — *segnitia*, D^{2}aK. *signitia*, D^1. *saevitia*, T d$\beta\gamma$. — *aut avaritia*, D ad marg. Omitt. a d$\beta\gamma$. — *caritati civili; sed*, pro his vv. habent *caritatis civilis* a d. *caritati. Civilis et aequi patrisfam. mod. est annonae cuiusque anni vilitate*, Pint. — *est annona*, T d (codd. Gel.) *etiam nona*, a. — *Reliquia*, a. — *divinis*, a d. — *a* — *occasu*, a d. *ad* — *occasum*, $\beta\gamma$. V. § 230.

Namque Vergilius etiam in numeros lunae digerenda quaedam putavit Democriti secutus ostentationem; nos legum utilitas, quae in toto opere, in hac quoque movet parte. Omnia quae caeduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente luna quam crescente fiunt. Stercus nisi decre- 32
scente luna ne tangito, maxume autem intermenstrua dimidiaque stercorato. Verris, iuvencos, arietes, hoedos decrescente luna castrato. Ova luna nova supponito. Scrobis luna plena noctu facito. Arborum radices luna plena operito. Umidis locis interlunio serito et circa interlunium quatriduo. Ventilari quoque frumenta ac legumina et condi circa extremam lunam iubent, seminaria, cum luna supra terram sit, fieri, calcari musta, cum luna sub terra, item materias caedi quaeque alia suis locis diximus. Neque est facilior obser- 32
vatio ac iam dicta nobis secundo volumine, sed quod intellegere vel rustici possint: quotiens ab occidente sole cernetur prioribusque noctis horis lucebit, crescens erit et oculis dimidiata iudicabitur, cum vero occidente sole orietur ex adverso, ita ut pariter adspiciantur, tum erit plenilunium; quotiens ab ortu solis orietur prioribusque noctis horis detrahet lumen et in diurnas extendet, decrescens erit iterumque dimidia, in coitu vero, quod interlunium vocant, cum adparere desierit. Supra terras autem erit quamdiu et sol 32
interlunio et prima tota die, secunda horae noctis unius dextante sicilico, ac deinde tertia et .. usque XV. multiplicatis horarum iisdem portionibus; XV. tota supra terras noctu erit eademque sub terris tota die. XVI. ad primae horae nocturnae 32
dextantem sicilicum sub terra aget easdemque portiones ho-

§ 321. *Vergilius* georg. 1, 276. — *secutus et Hesiodi rationem*, Pint. — *tonduntur*, a d.

§ 322. *maxime autem*, T a. *maxime*, d $\beta\gamma$. — *noctu* — *luna plena*, om. a[1]. — *iacito*, a. — *quadriduo*, a. — *sit, fieri*; pro his vv. habet *se fieri* a, *efferri* d. — *materias*, d. *marias*, a. *materies*, β.

§ 323. *est facilior*, a d. *facilior est*, $\beta\gamma$. — *nobis*, d. *novis*, a. *a nobis*, $\beta\gamma$. — *secundo volumine* § 58. — *sol*, d. — *cernitur*, a. — *ita ut*, d. *ita et*, a. — *aspiciantur*, d[2]. *aspiciebantur*, a d[1]. — *ab occasu solis*, Pint. — *detrahet*, d. *et detrait*, a. — *extendit*, a. — *decrescente*, d. — *iterum*, T.

§ 324. *toto*, a. — *horae noctis unius dextante sicilico*, Barbar., partim e codd. *hora noctis unius distante silico*, a. *hora noctis unius dextante silico*, D. *hora noctis unius distantes ilico*, d. *hora noctis unius testante silico*, P apud Ian. obss. critt. p. 422. Nomen *noctis* Hard. et γ vitio operarum omitt. — *tertia et*, T a d. *tertia*,

rarum per singulos dies adicit usque ad interlunium, et quantum primis partibus noctis detraxerit, quod sub terris agat, tantundem novissimis ex die adiciet supra terram; alternis autem mensibus xxx inplebit numeros, alternis vero detrahet singulos. Haec erit ratio lunaris; XXXIII. 76. ven- 326
torum paulo scrupulosior. Observato solis ortu quocumque die libeat stantibus hora diei sexta, sic ut ortum eum a sinistro umero habeant, contra mediam faciem meridies et a vertice septentrio erit; qui ita limes per agrum currit cardo appellatur. Circumagi deinde melius est, ut umbram suam quisque cernat; alioquin post hominem erit. Ergo permutatis lateribus, ut ortus illius diei a dextro 327
umero fiat, occasus a sinistro, tunc erit hora sexta, cum minuma umbra contra medium fiet hominem. Per huius mediam longitudinem duci sarculo sulcum vel cinere liniam verbi gratia pedum viginti conveniat, mediamque mensuram hoc est in decumo pede circumscribi circulo parvo qui vocetur umbilicus. Quae pars fuerit a vertice umbrae, haec 328
erit ventus septentrionalis. Illo tibi, putator, arborum plagae ne spectent neve arbusta vineaeve nisi in Africa, Cyrenis, Aegypto; illinc flante ne arato, quaeque alia praecipiemus. Quae pars liniae fuerit a pedibus umbrae meridiem spectans, haec ventum austrum dabit quem a Graecis notum diximus vocari. Illinc flatu veniente materiam vineamque 329
agricola ne tractes; umidus aut aestuosus Italiae est, Africae quidem incendia cum serenitate adfert. In hunc Italiae palmites spectent, sed non plagae arborum vitiumve; hic olivae timeatur vergiliarum quatriduo, hunc caveat insitor calamis

βγ. Mihi post copulam *et* excidisse numerus *IIII.* videtur, unde lacunam indicavi. — *usque*, T a d. *usque ad*, *βγ*. — *eademque*, a. *eadem*, T d. — *toto*, d.

§ 325. *dextantes silicum*, a. — *adicit usque*, a d. *adiiciet usque*, *βγ*. — *quando sub terris agit*, r.

§ 326. *Observatio*, a. — *die libeat*, a d. *libeat die*, *βγ*. — *meridies et a*, a. *meridie sed a*, D. *meridies*, *a*, d *βγ*. — *appellabitur*, d, quod nescio an sit verum, coll. v. *vocabitur* § 331. — *alioquin*, a d. *alioqui*, *βγ*.

§ 327. *conveniat*, a d. *conveniet*, *βγ*. — *decimo pede*, d. *desinopide*, a. — *vocatur*, a[1].

§ 328. *septentriontris*, a. — *vineaeve*, d. *vinea et*, a. — *praecipiemus*, Pint. coll. § 334. *praecepimus*, T a r. *praecipimus*, d *βγ*. — *diximus* 2, 119.

§ 329. *vinumque*, T a d. — *humidus et aestuosus*, Dalec. — *spectant*, a. — *hic olivae timeatur*, ita nos scripsimus. *hic oliveti m&uator*, a. *Hicolaeti meatur*, D. *Hic oleae timeatur*, T d. *Hunc oliveti metator*, *βγ*. — *quadriduo*, a.

gemmisque inoculator. De ipsa regionis eius hora praemo- 33
nuisse conveniat. Frondem medio die arborator ne caedito;
cum meridiem adesse senties pastor, aestate contrahente se
umbra, pecudem e sole in opaca cogito. Cum aestate pasces,
in occidentem specta ante meridiem, post meridiem in orien-
tem; aliter noxium, sicut hieme et vere in rorulentum du-
cere. Nec contra septentrionem paveris, supra dictum; clo-
dunt ita lippiuntve ab adflatu et alvo cita pereunt. Qui fe-
minas concipi voles in hunc ventum spectantis iniri cogito.

XXXIV. 77. Diximus ut in media linia designaretur um- 33
bilicus. Per hunc medium transversa currat alia; haec erit
ab exortu aequinoctiali ad occasum aequinoctialem, et limes
qui ita secabit agrum decumanus vocabitur. Ducantur deinde
aliae duae liniae in decussis obliquae ita ut a septentrionis
dextra laevaque ad austri dextram ac laevam descendant.
Omnes per eundem currant umbilicum, omnes inter se pa- 33
res sint, omnium intervalla paria. Quae ratio semel in quo-
que agro ineunda erit vel, si saepius libeat uti, e ligno fa-
cienda, regulis paribus in tympanum exiguum sed circinatum
adactis; ratione qua doceo occurrendum ingeniis quoque in-
peritorum est. Meridiem excuti placet, quoniam semper idem 33
est; sol autem cotidie ex alio caeli momento quam pridie
oritur, ne quis forte ad exortum capiendam putet liniam.
Ita caeli exacta parte, quod fuerit liniae caput septentrioni
proxumum a parte exortiva solstitialem habebit exortum
hoc est longissimi diei ventumque aquilonem borean Graecis

§ 330. *conveniat*, a. *conveniet*, d$\beta\gamma$. — *medio*, a. *media*, d$\beta\gamma$. — *sentias*, a. — *aestatem*, a. — *umbra*, ad. *umbra solis*, T, quod probat Schneid. ad Columell. VII. 3, 24. — *pecudem*, a. *pecudes*, Td. *pecude*, D. — *e sole*, ita nos scripsimus. *sole*, Da. *a sole*, d$\beta\gamma$. Om. T. — *spectante*, a. *spectent ante*, Td. — *oriente*, a. — *in rorulentum*, ar. *si in rorulentum*, $\beta\gamma$. *si in rorulente*, d. — *ducere*, r. *duceret*, d. *ducet*, a. *duceres*, $\beta\gamma$. — *Nec*, ad. *Ne*, rγ. — *sit praedictum*, Hard. „Quo enim loco id ante dixerit, non occurrit." — *clodant'*, D. *cludantur*, d. *dotantur*, a. Vulgatam scripturam Dalec. explicat: „oculos aperire nequeunt", Hard. tales pecudes ait oculos claudere, ut qui nictatione laborent. Gronov. ad Liv. XXII. 39, 3. *clodere* idem esse quod *claudicare* putat, cui sententiae refragatur particula *ve*, clare scilicet docens etiam in priore verbo de oculis agi. Schneid. ad Columell. VII. 3, 25. vitii aliquid latere opinatur, cui opinioni ego ita accedo, ut fortasse *clodantur* ex D (qui per cod. a confirmatur) sit legendum, qua voce rusticis propria morbus aliquis pecudibus proprius significetur. — *lippiumtve*, a. Multa hic transponit Pint. — *mares*, Pint. et Schneid. ad Columell. VII. 3, 12. coll. § 336.

§ 331. *Diximus* § 327. — *alia talis; haec*, r. — *decumano*, d. — *in decusses*,

dictum. In hunc ponito arbores vitisque, sed hoc flante ne 334
arato, frugem ne serito, semen ne iacito; praestringit enim
atque percellit hic radices arborum quas positurus adferes.
Praedoctus esto: alia robustis prosunt, alia infantibus. Nec
sum oblitus in hac parte ventum Graecis poni quem caecian
vocant. Sed idem Aristoteles, vir inmensae subtilitatis, qui 335
id ipsum fecit, rationem convexitatis mundi reddit, qua contrarius aquilo Africo flat. Nec tamen eum toto anno in praedictis timet agricola; mollitur sidere aestate media mutatque nomen et etesias vocatur. Ergo cum frigidum senties, caveto; ac quacumque aquilo praedicitur, tanto perniciosior septentrio est. In hunc Asiae, Graeciae, Hispaniae, maritimae Ita- 336
liae, Campaniae, Apuliae arbusta vineaeque spectent; qui maris concipi voles in hunc pascito, ut sic ineuntem ineat. Ex adverso aquilonis ab occasu brumali Africus flabit quem Graeci liba vocant; in hunc a coitu cum se pecus circumegerit, feminas conceptas esse scito. Tertia a septentrione 337
linia, quam per latitudinem umbrae duximus et decumanam vocavimus, exortum habebit aequinoctialem ventumque subsolanum Graecis apelioten dictum. In hunc salubribus locis villae vineaeque spectent. Ipse leniter pluvius; tamen est siccior favonius, ex adverso eius ab aequinoctiali occasu, zephyrus Graecis nominatus. In hunc spectare oliveta Cato iussit; hic ver inchoat aperitque terras tenui frigore saluber, hic vitis putandi frugesque curandi, arbores serendi, poma inserendi, oleas tractandi ius dabit adflatuque nutricium exer-

codd. Barbari. *in decusis*, a. *inde cusis*, d. — *a*, om. a. — *dextram ac laevam*, a. *dextra ac laeva*, d. *dextram laevamque*, $\beta\gamma$. — *descendat*, a.

§ 332. *Omni per*, d. — *quoquo*, a. — *cercinatum*, D.

§ 333. *idem est*, ad. *est idem*, $\beta\gamma$. — *lineae et apud*, d. *linea caput*, a. — *septentrionem*, ad. — *borean*, ad. *boream*, $\beta\gamma$.

§ 334. *pcellit*, a. *praegelat*, Td. — *radicibus*, Tad. — *Praedictos*, a. *Praedictus*, Td. *Praemonitus*, K. — *calcian*, d. *caltian*, a.

§ 335. *qui ipsum*, d. *quod ipsum*, a. — *reddit*, a. *reddidit*, Td. — *contrarius hic, non aquilo A. fl.*, Pint. — *timeto*, Td. — *mollitur sidere*, Td. *mollitur siderea*, a. *mollit sidera*, β. — *etesias* omisso *et*, ad. — *ac*, d. *at*, Ka. *ad*, T. — *quacumque*, d. *quecumque*, T. *quicumque*, a. — *pernitiosior*, a. — *est septentrio*, Td.

§ 336. *Apuleiae*, ad. — *ut sic matres ineantur*, K. — *flavit*, a. — *a coitu*, a. *ad coitum*, d.

§ 337. *diximus*, a[1]. — *a Graecis*, Td. — *aphelioten*, T. *ephelioten*, a. — *favonio*, r. — *a Graecis*, Td. — *Cato* de re rust. 6, 2. coll. Plin. nat. hist. 15, 21.

cebit. Quarta a septentrione linia, eadem austro ab exortiva 338
parte proxuma, brumalem habebit exortum ventumque volturnum eurum Graecis dictum, sicciorem et ipsum tepidioremque; in hunc apiaria et vineae Italiae Galliarumque spectare debent. Ex adverso volturni flabit corus, ab occasu solstitiali et occidentali latere septentrionis, Graecis dictus argestes, ex frigidissimis et ipse, sicut omnes qui a septentrionis parte spirant; hic et grandines infert, cavendus et ipse non secus ac septentrio. Volturnus si a serena caeli 339
parte coeperit flare, non durabit in noctem; at subsolanus in maiorem partem noctis extenditur. Quisquis erit ventus, si fervidus sentietur, pluribus diebus permanebit. Aquilonem praenuntiat terra siccescens repente, austrum umescens rore occulto.

XXXV. 78. Etenim praedicta ventorum ratione, ne sae- 340
pius eadem dicantur, transire convenit ad reliqua tempestatum praesagia, quoniam et hoc placuisse Vergilio magnopere video, siquidem in ipsa messe saepe concurrere proelia ventorum damnosa inperitis refert. Tradunt eundem Democritum 341
metente fratre eius Damaso ardentissimo aestu orasse ut reliquae segeti parceret raperetque desecta sub tectum, paucis mox horis saevo imbre vaticinatione adprobata. Quin immo et harundinem non nisi inpendente pluvia seri iubent et fruges insecuturo imbre; quamobrem et haec breviter attingimus scrutati maxume pertinentia, primumque a sole capiemus praesagia. Purus oriens atque non fervens serenum diem 342

§ 338. *eorum*, a. *eoum*, Td. — *a Graecis*, T. — *et ipsum*, a. *ipsum*, d. — *tepidioremque; in*, d. *tepidiorem quia in*, a. — *apparia*, a. — *debeant*, a. — *occasu*, ad. *exortu*, T. — *occidentali latere*; pro his vv. habent *occasu lateris* Tad. — *ex*, a. *e*, d.

§ 339. *parte caeli*, d. — *duravit*, a. — *at*, d. *at ubi*, a. — *extendit*, a. — *siccrescens*, ad. — *humescens*, d. *inmiscens in*, a.

§ 340. *Etenim*, ad. *At enim*, K. *Et iam*, T. — *ne*, omitt. ad. — *Vergilio* georg. 1, 313. — *in ipsa*, T. *ipsa*, ad. — *concurrere saepe*, d.

§ 341. *eundem*, v. § 273. — *seva*, ad. — *insequuturo*, a. — *attingimus*, d. *attigimus*, a. *attingemus*, *β*. — *scrutatim*, a.

§ 342. *non fervens*, a²d. *confervens*, a¹. Illud tuetur Theophr. *περὶ σημείων ὑδάτων* 4, 1. p. 797. — *denuntiat*, T. — *at*, a. *ad*, Td. — *hibernum*, Tad. — *grandinem*, a. *grandines*, Td. — *idem*, adr. *item*, *β*. V. Theophr. l. l. 2, 1. p. 789. — *ventos*, a²d. *ventos autem*, a¹. — *exorientem*, a²d. *oriuntur*, a¹. — *quod si et*, a. *quod et si*, d. *quod si*, Dalec. — *occidentis aut orientis*, Tad. *orientis atque occidentis*, *βγ*. — *videntur*, Tad. *rubent*, *βγ*.

nuntiat, at hibernam pallidus grandinem; si et occidit pridie serenus et oritur, tanto certior fides serenitatis. Concavos oriens pluvias praedicit, idem ventos, cum ante exorientem eum nubes rubescunt, quod si et nigrae rubentibus intervenerint, et pluvias; cum occidentis aut orientis radii videntur coire, pluvias. Si circa occidentem rubescunt nubes, 343
serenitatem futuri diei spondent; si in exortu spargentur partim ad austrum partim ad aquilonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluviam tamen ventosque significabunt; si in ortu aut in occasu contracti cernentur radii, imbrem. Si in occasu eius pluet aut radii nubem in se trahent, asperam in proxumum diem tempestatem significabunt. Cum 344
oriente radii non inlustres eminebunt, quamvis circumdatae nubes non sint, pluviam portendent. Si ante exortum nubes globabuntur, hiemem asperam denuntiabunt; si ab ortu repellentur et ad occasum abibunt, serenitatem. Si nubes solem circumcludent, quanto minus luminis relinquent, tanto turbidior tempestas erit; si vero etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. Quod si in exortu aut in occasu fiet, ita ut rube- 345
scant nubes, maxuma ostendetur tempestas; si non ambibunt sed incumbent, a quocumque vento fuerint, eum portendent, si a meridie, et imbrem. Si oriens cingetur orbe, ex qua parte is se ruperit exspectetur ventus; si totus defluxerit aequaliter, serenitatem dabit. Si in exortu longe radios per 346
nubis porriget et medius erit inanis, pluviam significabit; si ante ortum radii se ostendent, aquam et ventum; si circa occidentem candidus circulus erit, noctis levem tempestatem;

§ 343. *futuri*, a. *et futuri*, d. *futurae*, $\beta\gamma$. — *spargentur*, a. *spargantur*, T d. *sparguntur*, K. V. Theophr. *περὶ σημείων ὑδάτων* 2, 1. p. 790. — *aut in*, a. *aut*, d. — *cernentur*, a. *cernuntur*, T d. — *occasum*, d. — *pluet aut radii*, a d. *livent radii aut*, K. — *nubem in se*, a d. *in se nubem*, $\beta\gamma$.

§ 344. *circumdatae nubes*, a d. *circumdati nube*, $\beta\gamma$. V. Theophr. l. l. 1, 13. p. 785. — *portendent*, a. *portendunt*, T d. — *abibunt*, d. *habebunt*, a. — *circumcludent*, a. *circumcluserint*, T d. V. Theophr. l. l. 3, 1. p. 794. — *relinquent*, a. *relinquunt*, T d. — *ea*, D.

§ 345. *aut in occasu*, T a d. Omitt. $\beta\gamma$. — *fiat*, T d. — *ita ut*, d. *ut aut*, a. — *maxime*, a. — *ambibunt*, d. *abibunt*, a r. — *cingitur*, T d. V. Theophr. l. l. 4, 2. p. 798. — *ruperit*, D [2]. *roperit*, D [1]. *operit*, a d. *aperit*, $\beta\gamma$.

§ 346. *porrigat*, T d. — *erit inanis*, a. *inanis fuerit*, T d. — *significavit*, a. — *exortum*, T. Vid. Theophr. l. l. 1, 11. p. 785. — *ostendunt*, T a d. — *lenem*, T d r. *linet*, a.

si nebula, vehementiorem; si candente sole, ventum; si ater circulus fuerit, ex qua regione is ruperit se, ventum magnum.

79. Proxuma sint iure lunae praesagia. Quartam eam 347
maxume observat Aegyptus; si splendens exorta puro nitore fulsit, serenitatem, si rubicunda, ventos, si nigra, pluvias portendere creditur. In quinta cornua eius optunsa pluviam, erecta et infesta ventos semper significant, quarta tamen maxume. Cornu eius septentrionale acuminatum atque rigidum illum praesagit ventum, inferius austrum, utraque recta noctem ventosam. Si quartam orbis rutilus cinget, et ventos et imbris praemonebit. Apud Varronem ita est: „si quarto 348
die luna erit directa, magnam tempestatem in mari praesagiet, nisi si coronam circa se habebit et eam sinceram, quoniam illo modo non ante plenam lunam hiematurum ostendit. Si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit, si rutila, ventos, nigrescens imbris; si caligo orbis nubem incluserit, ventos, qua se ruperit; si gemini orbes cinxerint, maiorem tempestatem, et magis, si tres erunt, aut nigri interrupti atque distracti. Nascens luna si cornu superiore 349
obatrato surget, pluvias decrescens dabit, si inferiore, ante plenilunium, si in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio. Si plena circa se habebit orbem, ex qua parte is maxume splendebit, ex ea ventum ostendet; si in ortu cornua crassiora fuerint, horridam tempestatem. Si ante quartam non adparuerit vento favonio flante, hiemalis toto mense

ventum; si ater, d. *ventum fiat*, a. *ventus fiat et*, r. — *ruperit se*, d. *ruperit*, a. *eruperit*, r.

§ 347. *fulserit*, r. — *illum*; at quem ventum? Nullus ventus supra est nominatus. In voce *illum* latet nomen venti significati, qui fortasse suppleri potest ex verbis Theophrasti *περὶ σημείων ὑδάτων* 2, 2. p. 790. *ὅταν μὲν ἡ κεραία [ἡ ἄνω] τοῦ μηνὸς ἐπικύπτῃ, βόρειος ὁ μείς· ὅταν δὲ ἡ κάτωθεν, νότιος.* — *cinget et*, Td. *cingebat*, a. *cingit*, *βγ*. *quartae orbis rutilus, ciebit ventos*, r. — *praemovebit*, a.

§ 348. *recta*, K. — *praesagiet nisi si*, d. *praesagit et nisi sit*, a. — *hiemandum*, r. — *quo*, d. — *magis*, omitt. Td. — *interrupti*, Tadr. *aut interrupti*, *β*.

§ 349. *obatrato*, Tad. *obatro*, *β*.

§ 350. *VIII*, a. *VII*, Td. — *incidat*, a. *inciderit*, d. *incidit*, *βγ*.

§ 351. *hevidenter*, a[1]. *hevidentur*, a[2]. *eae videntur*, d*βγ*. V. Theophr. l. l. 2, 11. p. 793. — *quorum*, d. *quarum*, a*β*. — *praesagiere*, a. *praesagivere*, d*βγ*. — *articulo temporis quem*, Dalec. — *proposuimus* § 222. — *praestabit ac*, ita nos scripsimus. *praestabitur*, D. *praesagiabitur*, a. *praesagabitur*, d. *praesagibunt et*, *βγ*. — *sine*, Td. *sint*, a. — *regio*, a. *refrigerio*, Td. Vox *riguo* corrupta videtur, siquidem Plin. respexit verba Theophrasti *περὶ σημείων ὑδά-*

erit. Si XVI. vehementius flammea adparuerit, asperas tempestates praesagiet." Sunt et ipsius lunae VIII articuli, quotiens in angulos solis incidat, plerisque inter eos tantum observantibus praesagia eius, hoc est III., VII., XI., XV., XVIIII., XXIII., XXVII. et interlunium. 350

80. Tertio loco stellarum observationem esse oportet. Discurrere hae videntur interdum, ventique protinus secuntur, in quorum parte ita praesagiere. Caelum cum aequaliter totum erit splendidum articulis temporum quos proposuimus, autumnum serenum praestabit ac frigidum. Si ver et aestas non sine riguo aliquo transierint, autumnum serenum ac densum minusque ventosum facient; autumni serenitas ventosam hiemem facit. Cum repente stellarum fulgor obscuratur, ut id neque nubilo nec caligine fiat, graves denuntiantur tempestates. Si volitare plures stellae videbuntur, quo ferentur albescentes, ventos ex iis partibus nuntiabunt; at si cursitabunt, certos, si id in pluribus partibus fiet, inconstantis ventos effundit; si stellarum errantium aliquam orbes incluserint, imbris. Sunt in signo cancri duae stellae parvae aselli appellatae, exiguum inter illas spatium optinente nubecula quam praesepia appellant; haec cum caelo sereno adparere desierit, atrox hiems sequitur, sin alteram earum aquiloniam caligo abstulit, auster saevit, si austrinam, aquilo. Arcus cum sunt duplices, pluvias nuntiant, a pluviis serenitatem non perinde certam, circuli nubis circa sidera aliqua pluviam. 351 352 353

των 3, 7. p. 796. ἐὰν τὸ ἔαρ καὶ τὸ θέρος ψυχρὰ γίνηται, ἥ τε ὀπώρα γίνεται καὶ [τὸ] μετόπωρον ψυχρὸν καὶ οὐκ ἀνεμώδες. Corruptelae suspicionem auget mira dicendi ratio *riguo aliquo*; scriptura tamen *refrigerio* vix probanda, cum haec vox apud solos scriptores sacros sensu tropico inveniatur. — *transierunt*, Ta[1]. — *ac densum*, ad. *et densum*, βγ.

§ 352. *ut id*, ad. *utique*, K. *idque*, codd. Gel. *et id*, βγ. — *nec caligine*, Da. *neque caligine*, dβγ. — *fiat*, ita nos scripsimus. *f/////iant*, D. *fluviant*, d. *fluvians*, a. *pluvia aut*, βγ. — *volutare*, D. — *ferentur*, ad. *feruntur*, βγ. — *his*, a. — *nuntiabunt*, ad. *nuntiant*, Tr. — *at si*, ita nos scripsimus necessaria emendatione. Nova enim hinc sententia incipere debet, cum non *certi* venti opponi possint *ventis*, sed *certi* venti opponantur *inconstantibus* ventis. *aut si*, adβγ. *ac si*, Kr. — *cura stabunt*, ad. *circa stabunt*, r. *circa purae stabunt*, K. *in certam cursitabunt*, Pint. — *fiat*, Td. — *effundit*, a. *effundi signat*, Td. *etundiq;*, D. *effundent*, βγ. — *stellam*, a. — *aliquam*, d. *aliquę*, a. — *orbis incluserit*, Td. — *imbrem*, d.

§ 353. *signo cancri*, a. *cancro*, Td. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. περὶ σημείων ὑδάτων 1, 23. p. 788. — *desiit*, d. — *sin*, ita nos scripsimus. *si in*, a. *si*, dβγ. — *circulis*, a. *circulus*, Td. — *nubis*, Td. *novis*, a. *novi*, βγ. — *aliqui*, K.

81. Cum aestate vehementius tonuit quam fulsit, ventos 354
ex ea parte denuntiat, contra si minus tonuit, imbrem. Cum sereno caelo fulget, pluviae erunt et tonitrua et hiemabit, atrocissime autem, cum ex omnibus quattuor partibus caeli fulguravit; cum ab aquilone tantum, in posterum diem aquam portendet, cum a septentrione, ventum eum. Cum ab austro vel coro aut favonio nocte serena fulguravit, ventum et imbrem ex iisdem regionibus demonstrabit. Tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana.

82. Nubes cum sereno in caelum feruntur, ex quacumque 355
parte id fiet, venti exspectentur; si eodem loco globabuntur adpropinquantesque soli discutientur et hoc ab aquilone fiet, ventos, si ab austro, imbris portendent. Sole occidente si ex utraque parte eius caelum petent, tempestatem significabunt; vehementius atrae ab oriente in noctem aquam minantur, ab occidente in posterum diem. Si nubes ut vellera 356
lanae spargentur multae ab oriente, aquam in triduum praesagient. Cum in cacuminibus montium nubes consident, hiemabit; si cacumina pura fient, disserenabit. Nube gravida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando inminebit. Caelo quamvis sereno nubecula quamvis parva flatum procellosum dabit.

§ 354. *si minus*, a²d. *simus*, a¹. V. Theophr. *περὶ σημείων ὑδάτων* 1, 21. p. 788. 2, 7. p. 791. — *fulget pluviae*, a. *fulgura*, T. *fulgora*, d. *fulgetrae*, Hard. e codd. (?) γ. — *et hiemabit*; pro his vv. habent *abhiemabit* T d γ, *abhiemavit* a. — *ex*, om. d. — *fulguravit*, a. *fulgurabit*, d β γ. — *portendet*, T a d. *portendit*, β. — *fulguravit*, d. *fulgurant*, a. *fulguraverit*, β γ. — *demonstravit*, d.

§ 355. *in caelum*, T a d. *caelo*, β γ. — *ex*, T. *ea*, a. *a*, d β γ. — *venti exspectentur*, a. *expectentur*, d. *exspectentur venti*, β γ. — *appropinquantesque soli*, r. *adpropinquantisque soli*, a. *adpropinquantique soli*, D. *appropinquanteque sole*, T. *appropinquante sole*, d β γ. — *discutiantur*, r. — *et hoc*, D T a d r. *et hoc, si*, β γ. — *fiet*, D T a. *fiat*, d β γ. — *si ab utraque*, K. — *petent*, K (codd. Gel.) *petant*, T d. *patet*, a. — *nocte*, d.

§ 356. *spargantur*, T d. V. Theophr. l. l. 1, 13. p. 786. — *in triduum*, a. *in pertriduo*, T d². Om. d¹. *in posterum diem*, Pint. — *praesagiunt*, T. — *consident*, T a d r. *concident*, β. — *fiant*, T. V. Theophr. l. l. 4, 2. p. 798. — *disserenabit*, a. *dies serenabitur*, T d. — *abbam*, a. V. Theophr. l. l. 3, 8. p. 796. — *sereno*, a. *a sereno*, d. V. Theophr. l. l. 3, 6. p. 795. — *flatum*, T a d. *ventum*, β.

§ 357. *montibus*, T a d. *e montibus*, β γ. V. Theophr. l. l. 4, 2. p. 798. — *sidentes*, T d. *sedentes*, a β. — *promittent*, a. *promittunt*, d β γ. — *iam*, D a. *etiam*, d β γ. Om. r. — *fungi*, Theophr. l. l. 3, 5. p. 795.

§ 358. *eo*, a. *aeone*, D. *eone*, T d. *iis*, K. *fune*, Pint. Vulgata inepta, cum *eo* non habeat, quo referatur; ex scriptura cod. D legendum esse existimo *aerone*

83. Nebulae montibus descendentes aut caelo cadentes vel 357
in vallibus sidentes serenitatem promittent.

84. Ab his terreni ignes proxume significant; pallidi namque murmurantesque tempestatum nuntii sentiuntur, pluviae iam in lucernis fungi; si flexuose volitet flamma, ventum, 358
et lumina, cum ex sese flammas elidunt aut vix accenduntur, item cum in eo pendente scintillae coacervantur, vel cum tollentibus ollas carbo adhaerescit, aut cum contectus ignis e se favillam discutit scintillamve emittit, vel cum cinis in foco concrescit et cum carbo vehementer perlucet.

85. Est et aquarum significatio. Mare si tranquillo portu 359
cursitabit murmurabitve intra se, ventum praedicit, si idem hieme, et imbrem; litora ripaeque si resonabunt tranquillo, asperam tempestatem, item maris ipsius tranquillo sonitus spumaeve dispersae aut aquae bullantes. Pulmones marini in pelago plurium dierum hiemem portendunt. Saepe et silentio intumescit flatuque altius solito iam intra se esse ventos fatetur.

86. Et quidam et montium sonitus nemorumque mugitus 360
praedicunt, et sine aura quae sentiatur folia ludentia, lanugo populi aut spinae volitans aquisque pluma innatans, atque etiam in campis venturam tempestatem praecedens suus fragor; caeli quidem murmur non dubiam significationem habet.

i. e. *corbe*, qua voce Plinius usus est etiam 36, 96. De ipsa quidem re testimonium afferre non possum; at tale quid credi potuisse non negabit qui ceteras huius generis superstitiones consideraverit. Tracta huc videtur notissima observatio, de qua loquitur Plin. 2, 101. coll. Ideler. meteorol. p. 164. et ad Aristotel. meteor. vol. II. p. 244. — *pendente*, a d. *pendentes*, $\beta\gamma$. — *scintillae coacervantur*, a. *coacervantur scintillae*, d $\beta\gamma$. — *vel cum tollentibus*; huc respicit Serv. ad Vergil. georg. 1, 392. — *contectus*, Sabell. *contentus*, a d. — *e se*; pro his vv. habent *est* a d. — *crescit*, d.

§ 359. *tranquillo*, r. *tranquillo in*, T. *tranquillum in*, a d $\beta\gamma$. — *cursitabit*, Pint. *cursu stabit*, T a d. *a cursu stabit*, $\beta\gamma$. — *murmurabitve*, ita nos scripsimus partim secuti Pintianum, qui *murmuraveritve* coniecit. *murmuravit ut*, D. *murmuraverit ut*, T d. *murmurabit*, a[1]. *murmuravit*, a[2]. *et murmuraverit*, $\beta\gamma$. — *si idem hieme*, ita nos scripsimus. *si idem hiemem*, a. *si id hiemem*, T d. *si identidem, et hiemem*, $\beta\gamma$. — *litoris ripaeque*, r. V. Theophr. περὶ σημείων ὑδάτων 2, 4. p. 790. — *si resonabunt* — *maris*, om. r. — *tranquillos asperam*, a d. — *tranquillus sonitus*, T a d r. — *plurium*, Barbar. d. *plurimum*, a. V. Theophr. l. l. 3, 3. p. 794. — *flatuque*, a. *flatumque*, d. *fluctuque*, Pint. *inflatuque*, Hard.

§ 360. *Et quidam*, T a d. *Et quidem*, D. *Equidem*, $\beta\gamma$. — *et montium*, a. *montium*, T d. — *et sine aura*, Theophr. l. l. 2, 12. p. 793. — *plumae innatantes*, T d. — *campanis*, T d. *campanus*, a. — *venturam tempestatem*, a d. *temp. vent.*, $\beta\gamma$. — *significationem habet*, a d. *habet signif.*, $\beta\gamma$.

87. Praesagiunt et animalia, delphini tranquillo mari lasci- 361
vientes flatum, ex qua veniunt parte, item spargentes aquam turbato tranquillitatem. Lolligo volitans, conchae adhaerescentes, echini adfigentes sese aut harena saburrantes tempestatis signa sunt, ranae quoque ultra solitum vocales et fulicae matutino clangore; item mergi anatesque pinnas 362
rostro purgantes ventum ceteraeque aquaticae aves concursantes, grues in mediterranea festinantes, mergi, gaviae maria aut stagna fugientes; grues silentio per sublime volantes serenitatem; sic noctua in imbre garrula, at sereno, tempestatem, corvique singultu quodam latrantes seque concutientes, si continuabunt, ventos, si vero carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem; graculi sero a pabulis rece- 363
dentes hiemem, et albae aves cum congregabuntur et cum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt perfundentesque sese, sed maxume cornix; hirundo tam iuxta aquam volitans ut pinna saepe percutiat, quaeque in arboribus habitant, fugitantes in nidis suis; et anseres continuo clangore intempestivi, ardea in mediis harenis tristis.

88. Nec mirum aquaticas aut in totum volucres praesagia 364
aeris sentire. Pecora exsultantia et indecora lascivia ludentia easdem significationes habent, et boves caelum olfactantes seque lambentes contra pilum, turpesque porci alienos sibi manipulos feni lacerantes, segniterque et contra industriam suam apes absconditae, formicae concursantes aut ova progerentes, item vermes terreni erumpentes.

§ 361. *delphini*, d. *ac delphini*, a. V. Theophr. *π. σημ. ὑδάτ.* 1, 19. p. 787. — *veniant partem*, d. — *aquam turbato*, codd. Gel. *aquam id est turbato*, a. *aquam item turbatam*, d. — *tranquillitate*, a. — *sonitum*, a. V. Theophr. l. l. 1, 15. p. 786.

§ 362. *concurrentes*, Td. — *festinantes*, a. *fugientes*, Td. — *gaviae*, Pint. *caviae*, Ta. *cavia*, d. Omitt. *βγ*. — *grues*, Theophr. l. l. 4, 3. p. 798. — *sicut*, Td. — *at*, K. *aut*, Tad. — *serena tempestate corvi singultu*, K. V. Theophr. l. l. 1, 16. p. 786. — *ventos*, omitt. a.

§ 363. *pabulo*, Td. — *albae aves*, Theophr. l. l. 3, 10. p. 796. — *perfundentesque*, Tad. *perfundentes*, *βγ*. — *pinnis*, T. V. Theophr. l. l. 1, 15. p. 786. — *fugientes*, T. — *in nidos suos*, K. — *anseres*, Theophr. l. l. 3, 2. p. 794.

§ 364. *exultantia*, a. — *lasciva*, a. — *easdem significationes*, Ta. *eandem significationem*, *βγ*. — *contra pilum*, d (codd. Gel.) *contra pluviam*, ar (codd. Barbari). *citam pluviam*, K. V. Theophr. l. l. 1, 15. p. 786. — *alienos sibi*, ad. *alieno subsultu*, K[1], quod probat I. H. Voss. ad Arat. 1121. p. 203. *alieno sibilo*, K[2]. — *segniterve*, ad. — *apes*; v. adnotat. seq. — *formicae*, a. *vel formicae*, d. *formicae vel*, codd. Gel. *βγ*. In toto vero hoc loco, uti vulgo lege-

89. Trifolium quoque inhorrescere et folia contra tempe- 365
statem subrigere certum est.

90. Nec non et in cibis mensisque nostris vasa quibus esculentum additur sudorem repositoriis relinquentia diras tempestates praenuntiant.

batur omisso *apes*, inepti aliquid inest; etenim quomodo eaedem formicae dici possunt segniter absconditae et concursantes aut ova progerentes? Huc accedit, quod Theophrast. *περὶ σημείων ὑδάτων* 1, 22. p. 788. dicit: *μύρμηκες ἐν κοιλῷ χωρίῳ ἐὰν τὰ ὠὰ ἐκφέρωσιν ἐκ τῆς μυρμηκιᾶς ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν χωρίον, ὕδωρ σημαίνουσιν, ἐὰν δὲ καταφέρωσιν, εὐδίαν*, at nihil addit de absconditis. Hinc certissima emendatione scripsi *apes absconditae*, coll. Plin. 11, 20. *praedivinant enim* (apes) *ventos imbresque et se continent tectis*; Theophrast. *περὶ σημείων ὑδάτων* 3, 9. p. 796. *ὅταν μέλιτται μὴ ἀποπέτωνται μακράν, ἀλλ' αὐτοῦ ἐν τῇ εὐδίᾳ πέτωνται, χειμῶνα ἐσόμενον σημαίνει.* Aristotel. hist. anim. 9, 40. p. 627b 10. *προγινώσκουσι δὲ καὶ χειμῶνα καὶ ὕδωρ αἱ μέλιτται· σημεῖον δέ, οὐκ ἀποπέτονται γάρ, ἀλλ' ἐν τῇ εὐδίᾳ αὐτοῦ ἀνειλοῦνται*, ubi v. Schneider. T. III. p. 218.; nomen *apes* per sequentes litteras *abs* absorptum est. — *vermes terreni*, Theophr. l. l. 1, 19. p. 787.

§ 365. *cibis*, Td. *civis*, a. *conviviis*, $\beta\gamma$. — *sudorem in*, K. — *reposituris*, a. — *relinquentia*, Tadr. *linquentia*, $\beta\gamma$.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XIX.

SECT. 1. Siderum quoque tempestatumque ratio vel in- § 1
peritis facili atque indubitato modo demonstrata est, vereque
intellegentibus non minus conferunt rura deprehendendo caelo
quam sideralis scientia agro colendo. Proxumam multi hor- 2
torum curam fecere; nobis non protinus transire ad ista
tempestivom videtur, miramurque aliquos scientiae gratiam
eruditionisve gloriam ex his petentis tam multa praeteriisse,
nulla mentione habita tot rerum sponte curave provenientium,
praesertim cum plerisque earum pretio usuque vitae maior etiam
quam frugibus perhibeatur auctoritas. Atque ut a confessis or-
diamur utilitatibus quaeque non solum terras omnis verum
etiam maria replevere, seritur, ac dici neque inter fruges neque
inter hortensia potest, linum. Sed in qua non occurret vitae 3
parte, quodve miraculum maius herbam esse quae admoveat
Aegyptum Italiae in tantum ut Galerius a freto Siciliae Alexan-
driam septuma die pervenerit, Balbillus sexta, ambo praefecti,

Ad hunc librum toti sunt excussi acd; de codice D v. ad librum XIV., de Pseudo-Appulcio Salmasiano praef. vol. I. p. XLI., vol. V. p. XV seqq.

§ 1. *Siderum quidem*, Pint. — *demonstrata est*, Tad. *monstrata est*, c$\beta\gamma$. *monstrata*, K. — *vereque*, acd. *verum quia*, K. — *siderali*, a. *siderabilis*, c. — *scientia. Agro colendo proximam*, Pint.

§ 2. *Proxima*, acd. — *aliquos*, D^{2}d. *quos*, D^{1}ac. *quosdam*, $\beta\gamma$. — *gratiam*, acd. *gratia*, $\beta\gamma$. *graves*, K^1. *gratos*, K^2. — *eruditionisve*, Tad. *eruditionisuae*, c. *eruditionis suae*, $\beta\gamma$. — *perhibetur*, acd. — *confessi ortamur*, c.

§ 3. *occurrit*, d. — *Balbillus*, Lips. ad Tacit. annal. 12, 22., Letronn. *re-*

aestate vero proxuma Valerius Marianus ex praetoriis sena-
toribus a Puteolis nona die lenissimo flatu? herbam esse 4
quae Gadis ad Herculis columnas septumo die Ostiam ad-
ferat et citeriorem Hispaniam quarto, provinciam Narbonen-
sem tertio, Africam altero, quod etiam mollissimo flatu con-
tigit C. Flavio legato Vibi Crispi proconsulis? Audax vita,
scelerum plena, aliquid seri ut ventos procellas recipiat, et
parum esse fluctibus solis vehi, iam vero nec vela satis esse
maiora navigiis; sed quamvis amplitudini antennarum singu- 5
lae arbores sufficiant, super eas tamen addi velorum alia
vela praeterque in proris et alia in puppibus pandi ac tot
modis provocari mortem; denique tam parvo semine nasci
quod orbem terrarum ultro citro portet, tam gracili avena,
tam non alte a tellure sublata, neque id viribus suis nexum
sed fractum tunsumque et in mollitiem lanae coactum in-
iuria naturae ac summa audacia et . . . . . pervenire. Nulla 6
exsecratio sufficit contra inventorem dictum suo loco a nobis,
cui satis non fuit hominem in terra mori, nisi periret et in-
sepultus. At nos priore libro imbris et flatus cavendos fru-
gum causa victusque praemonebamus; ecce seritur hominis
manu, metitur eiusdem hominis ingenio quod ventos in mari

cueil des inscriptions Grècques et Latines de l'Egypte 1, 233. et Franz. corp. inscriptt. Graecc. 3, 311. *Babillus*, acd (Appul. p. 262.) γ. *Babilius*, β. — *sexto*, Appul. — *proxima*, d. *post XV*, a. *p' XV a*, c. — *nona*, acd. *nono*, $\beta\gamma$.

§ 4. *herbas*, acd. — *ad*, ac. *ab*, d. *ac*, Pint. — *columnis*, cd. — *septimo*, Appul. *septima*, acd. — *citerionim*, c. *ceterorum*, a. — *contigit*, Tacd. *contingit*, β. — *Flavio*, Td. *Flatito*, ac. *Flacco*, β. — *scelerum*, ac. *et scelerum*, Td. *scelerumque*, K. — *plenum*, c (codd. Salmas. exerc. p. 184. b. B., qui varia coniicit). — *procellas*, a. *procellas ut*, c. *procellasve*, Td. *procellasque*, $\delta\vartheta\rho\varphi$ (ap. Gronov. miscell. p. 850.) $\beta\gamma$. — *recipiat*, a. *capiat*, Tcd. — *et fluctibus*, c. — *navigiis*, d[2]. *navigii*, acd[1].

§ 5. *sed cum vix*, Pint. — *antemnarum*, acd. — *in proris*, acd (codd. Gel. et Salmasii). *alia in proris*, $\beta\gamma$. — *ultro citro*, Appul. p. 262. *ultro citroque*, acd$\beta\gamma$. V. ad 35, 161., ubi iam delendus est numerus huius loci. — *tam non*, cd (Appul.) *tamen non*, a. — *a*, Tacd. *at*, Appul. *ad*, Thuan. ap. Salmas., qui *ab* coniicit. — *tellure*, Tacd (Appul.) *terra*, β. — *sublata*, Appul. *tolli*, Tacd$\beta\gamma$. — *nexum*, ita nos scripsimus. *nexu*, Appul. *necti*, acd$\beta\gamma$. *netti*, Thuan. et Rigalt. ap. Salmas., qui *niti* coniicit. — *fractum*, Td (Appul.) *pretium*, ac. *passum*, β, quod praefert Gesner. chrestom. p. 601. — *naturae*, omitt. acdγ. — *et*, acd. *et quo*, β, ita ut haec verba ad sequentia referantur. *eo*, Hard. γ. At spreta hac interpolatione post copulam *et* signa lacunae posui, ut fere talia suppleri possint: *et pari damno in mare pervenire.*

§ 6. *iymentorum*, a. — *dictum* 7, 209. — *a nobis*, ad. *nobis*, c. — *priore libro* § 326 seqq. — *praemonebamus*, ac. *praemonuimus*, Td.

optet. Praeterea ut sciamus favisse paenas, nihil gignitur facilius; ut sentiamus nolente id fieri natura, urit agrum deterioremque etiam terram facit.

CAP. I. 2. Seritur sabulosis maxume unoque sulco, nec 7
magis festinat aliud; vere satum aestate vellitur et hanc quoque terrae iniuriam facit. Ignoscat tamen aliquis Aegypto serenti, ut Arabiae Indiaeque mercis inportet; itane et Galliae censentur hoc reditu? montisque mari oppositos esse non est satis et a latere oceani obstare ipsum quod vocant inane? Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges ultimique hominum 8
existumati Morini, immo vero Galliae universae vela texunt, iam quidem et transrhenani hostes, nec pulchriorem aliam vestem eorum feminae novere; qua admonitione succurrit quod M. Varro tradit, in Serranorum familia gentilicium esse feminas lintea veste non uti. In Germania autem defossi 9
atque sub terra id opus agunt; similiter etiam in Italia regione Aliana inter Padum Ticinumque amnis, ubi a Saetabi tertia in Europa lino palma; secundam enim in vicino Alianis capessunt Retovina et in Aemilia via Faventina. Candore Alianis semper crudis Faventina praeferuntur; Retovinis tenuitas summa densitasque, candor qui Faventinis, sed lanugo nulla, quod apud alios gratiam, apud alios offensio-

optet, a d[2]. *aptet*, d[1]. *oportet*, c (cod. optimus ap. Salmas. exerc. p. 185. a. A.) — *Propterea*, c. — *et ut sentiamus*, K. — *id*, omitt. cd. — *terram*, acd. *ipsum*, K.

§ 7. *Seritur* rel.; quaedam huic loco tribuit Serv. ad Vergil. Aen. 12, 169., quae non insunt. — *aliud*, ac. *aliut*, Appul. *ali*, d. — *montesque terris oppositos*, Dalec. — *a latere*, d. *alia tere*, c. *alia terrae*, a.

§ 8. *ultimi quoque*, c. — *Murini*, ac. *Marini*, d. — *vela*, acd. *telas ex eo*, K. — *Serranorum*, cd (Appul.) *Seranorum*, aγ. — *gentilium*, Appul. — *feminas hac*, Appul. — *lintea*, θTcd (Appul.) *linea*, a$\beta\gamma$.

§ 9. *defossa*, cd. — *atque*, acd. *et*, r. — *etiam*, Tacdr. *et*, β. — *in Italiae*, Ambr. II. *in Italie*, Ambr. I. *Italiae*, Appul. p. 263. — *regione*, a (Ambr. II. Appul.) *ratione*, Tcdβ. *rone*, Ambr. I. — *Aliana*, Turn. adv. 10, 20. *Alliana*, Hard. Ambr. II. γ. *aliena*, Tacd. *alienam*, Ambr. I. *ęliana*, Appul. *alia*, β. — *pratum*, Appul. — *ubi a Saetabi*; pro his vv. habet *subiaset abi* c, *subiacet abi* a, *subia sed ab his* d. — *terna*, a. — *secanda*, acd. — *Retovina*, Appul. *Cretovina*, acd. — *Fabentina*, a. — *Aventina*, a. — *retiis vinis*, Appul. *Cretovinis*, acd. — *qui*, ita nos scripsimus. *que*, D. *aeque*, acd. *aeque ut*, $\beta\gamma$. — *araneis*, cd. *coronę his*, a. *maris*, Appul. — *tinnitus qui*, Appul.

§ 10. *Sed*, Appul. *Et*, a$\beta\gamma$. *Et ad*, c (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 185. a. B.) *Et ab his*, Td. — *in Hispania*, Appul. — *splendorem*, d (Appul.) *splendore*, ac (Thuan.) — *praecipuam*, acd. *praecipua*, Thuan., Appul. — *pollitur*, Appul. — *adluit*, Appul. *adlatuit*, ac. *allatuit*, d. — *Terraconem*, Appul. —

nem habet; nervositas filo aequalior paene quam araneis tinnitusque, cum dente libeat experiri; ideo duplex quam ceteris pretium. Sed Hispania citerior habet splendorem lini 10 praecipuum torrentis, in quo politur natura, qui adluit Tarraconem. Et tenuitas mirabilis ibi primum carbasis repertis; nam dudum ex eadem Hispania Zoelicum venit in Italiam plagis utilissimum; civitas ea Callaeciae et oceano propinqua. Est sua gloria et Cumano in Campania ad piscium et alitum capturas; eadem et plagis materia. Neque enim mi- 11 nores cunctis animalibus insidias quam nobismetipsis lino tendimus; sed Cumanae plagae concidunt apros, saetas ceu per ferri aciem vincunt, vidimusque iam tantae tenuitatis ut anulum hominis cum epidromis transirent, uno portante multitudinem qua saltus cingerentur, — nec id maxume mirum, sed singula earum stamina centeno quinquageno filo constare, — sicut paulo ante Iulio Lupo qui in praefectura Aegypti obiit. Mirentur hoc ignorantes in Aegyptii quondam regis 12 quem Amasim vocant thorace in Rhodiorum insula Lindi in templo Minervae, CCCLXV filis singula fila constare, quod se nuperrime expertum prodit Mucianus ter consul, parvasque iam reliquias eius superesse hac experientium iniuria. Italia et Pelignis etiamnum linis honorem habet, sed fullo- 13 num tantum in usu; nullum est candidius lanaeve similius,

mirabilis, Appul. *mira*, acd$\beta\gamma$. *magna*, r. — *carbaseis*, Appul. — *reperta*, d. — *nam*, Ka. *non*, Tcd$\beta\gamma$. V. Hand. Tursell. 2, 302., qui aut lectionem a nobis receptam restituendam aut *iam dudum* scribendum esse censet. — *Callaeciae*, v. ad 36, 26. *Gallitiae*, θacd. *Galliciae*, DT. *Gallaeciae*, γ. — *propinqua est. Sua*, r. — *ad*, ad. *aut*, c. — *capturas*, θTcd. *capturam*, a$\beta\gamma$.

§ 11. *maiores*, r. — *quas*, c. — *sed ad Cumanas plagas concidunt apri*, K. — *saetas ceu per ferri*, ita nos scripsimus. *aetas ceu ////ferri*, D. *aetas ceve ferri*, c. *et aetas ceve ferri*, a. *et asceve ferri*, Td. *he et aspi*, N[1]. *ethe casse sue asperi*, N[2]. *et hi casses ferri*, K. *et hae cassesve ferri*, β. *et hi casses vel ferri*, Ulit. ad Grat. cyneg. 35., Hard. et γ. — *convincunt*, K. — *que*, acd. — *sed in singula*, ad. *se in singula*, c.

§ 12. *thorace*; post h. v. excidisse puto *posito*, cum Appul. locutione sane eleganti dixerit *quem Minervae posuit*, quod verbum pariter ita legitur 35, 4. — *Lindi*, ita Pint., quae coniectura egregie confirmatur per Appuleium, qui mutata constructione *Lindos* habet. *tendi*, Tacd. *ostendi*, $\beta\gamma$. — *trecentis LXV*], Appul. *CCCLX*, Voss. *mythol. Briefe* 3, 297. ex Herodoto 3, 47. ἔχει ἀρπεδόνας ἐν ἑωϋτῇ τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντα. — *se nuperrime expertum*, Appul. *per se exemplum nuper Romae*, a. *se exemplum nuper Romae*, c. *per exemplum nuper Romae*, θr. *exemplum nuper Romae*, Td. *exemplum per se expertum nuper Romae*, K. *se expertum nuper Romae*, $\beta\gamma$. — *prodit*, Appul. *prodidit*, acd$\beta\gamma$.

§ 13. *ex*, K. — *Pelignis*, θacd (Appul.) *Peliginis*, β. — *linis*, cd. *lini*, a. *lineis*, Appul.

sicut in culcitis praecipuam gloriam Cadurci optinent. Gal-
liarum hoc et tomenta pariter inventum; Italiae quidem mos
etiam nunc durat in appellatione stramenti. Aegyptio lino 14
minumum firmitatis, plurumum lucri. Quattuor ibi genera:
Taniticum, Pelusiacum, Buticum, Tentyriticum regionum
nominibus, in quibus nascuntur. Superior pars Aegypti in
Arabiam vergens gignit fruticem quem aliqui gossipion vo-
cant, plures xylon et ideo lina inde facta xylina. Parvos est
similemque barbatae nucis defert fructum cuius ex interiore
bombyce lanugo netur; nec ulla sunt cum candore molliora
pexiorave; vestes inde sacerdotibus Aegypti gratissimae.
Quartum genus et othoninum appellant; fit e palustri velut 15
harundine, dumtaxat panicula eius. Asia vero e genista facit
lina ad retia praecipue in piscando durantia, frutice made-
facto decem diebus, Aethiopes autem Indique e malis, Ara-
bes e cucurbitis in arboribus, ut diximus, genitis.

3. Apud nos maturitas eius duobus argumentis intellegitur, 16
intumescente semine aut colore flavescente. Tum evolsum et
in fasciculos manualis conligatum siccatur in sole, pendens
conversis superne radicibus uno die, mox quinque aliis, con-
trariis in se fascium cacuminibus, ut semen in medium cadat.
Inter medicamina huic vis et in quodam rustico ac praedulci
Italiae transpadanae cibo, sed iam pridem sacrorum tantum
gratia. Deinde post messem triticeam virgae ipsae mergun- 17

sicut, acd. *sed*, Appul. — *culcitis*, θac (Appul.) *culcitris*, dβ. — *Cadurcei*, Appul. — *tomenta*, Merula et Barbar. a (Appul.) *tormenta*, θcd. — *vox*, Salmas. exerc. p. 659. a. A.

§ 14. *generata neticum*, Appul. *generata enitium*, a. *generata inicum*, c. *genera inichium*, d. *genera Tanicum* vel *Taenicum*, Barbar. — *Pelusiacum*, Appul. *ad Pelusiacum*, ac. *ac Pelusiacum*, d$\beta\gamma$. — *Tentyricum*, Appul. — *regionum*, acd. *cum regionum*, $\beta\gamma$. — *xilon*, d. *filon*, ac. — *lana*, Gesner. hist. anim. 4, 733. — *indefecta*, a. — *xylena*, ac. — *similemque* — *fructum*, D^2. Omitt. D^{1}acd (codd. Salmas. exerc. p. 209. b. D.) — *lana netur*, Salmas. — *ulla*, d. *nulla*, ac (codd. Salmas.) *lina*, K. — *cum*, Dacd. *ei*, K. *eis*, $\beta\gamma$. — *molliora*, Salmas. *molliore*, acd (codd. Salmas.) *mollitiave*, $\beta\gamma$. — *pexiorave*, ita nos scripsimus, nisi quis scribendi rationem *pexsiora* praeferat. *pex sorave*, D^2. *pix sora*, D^1. *pix fora*, acd (codd. Salmas.) *et spissiora*, Salmas. *praeferenda*, $\beta\gamma$.

§ 15. *Stramenti genus*, Dalec. — *et*, Appul. Omitt. acd$\beta\gamma$. — *othoneinum*, Appul., quod correxi coll. Lucian. alex. 12. *κεφαλὴ δράκοντος ὀθονίνη*. *othominum*, d. *ut hominum*, c. *ut homines*, a. *Orchomenium*, vir doctus apud Barbar. $\beta\gamma$. — *arundinesunt*, Appul. *e palustris foliis arundinis vel dumtaxat*, Dalec. — *vero*, Appul. Omitt. acd$\beta\gamma$. — *ad retia*, Tacd. *et retia*, Appul. — *praecipue*, θTd. *praecipuae*, Appul. *praecipua*, ac$\beta\gamma$. — *duritia*, Dalec. — *mane factum*, Appul. — *decem*, cd. *decim*, Appul. *denis*, a$\beta\gamma$. — *autem*, Appul. Omitt.

tur in aquam solibus tepefactam, pondere aliquo depressae; nulli enim levitas maior. Maceratas indicio est membrana laxatior, iterumque inversae ut prius sole siccantur, mox arefactae in saxo tunduntur stuppario malleo. Quod proxumum cortici fuit stuppa appellatur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior; et ipsa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Medullae nume- 18
rosior distinctio candore, mollitia. Linumque nere et viris decorum est. Cortices quoque decussi clibanis et furnis praebent usum. Ars depectendi digerendique; iustum e quinquagenis fascium libris quinas denas carminari. Iterum deinde in filo politur, inlisum crebro in silice ex aqua, textumque rursus tunditur clavis, semper iniuria melius.

4. Inventum iam est etiam quod ignibus non absumeretur. 19
Vivom id vocant, ardentisque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas sordibus exustis splendescentis igni magis quam possent aquis. Regum inde funebres tunicae corporis favillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in desertis adustisque sole Indiae, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentis, adsuescitque vivere ardendo, rarum inventu, difficile textu propter brevitatem; rufus de cetero colos splendescit igni. Cum inventum est, aequat pretia excellentium marga- 20
ritarum; vocatur autem a Graecis asbestinon ex argumento naturae. Anaxilaus auctor est linteo eo circumdatam arbo-

acd$\beta\gamma$. — *e cucurbitis*, Appul. *cucurbitis*, acd$\beta\gamma$. — *diximus* 12, 38. — *gentis*, Appul. *genistis*, acd. *de genistis*, codd. Barbari.

§ 16. *contrariis in se*, T. *in contrariis in se*, θcd. *in contrariis in sed*, a. *in contrarium inter se versis*, $\beta\gamma$. — *fascium*, θTd. *facium*, c. *facitium*, a. — *et in quodam*, c. *etiam quod*, ad. — *cibo sed iam*, ac. *cibus etiam*, d.

§ 17. *Post deinde*, acd. — *triticeam*, d. *tritici aut*, ac. — *tepefactum*, acd. — *indicio est*, d. *indie idem*, ac. — *laxior*, Dalec. — *tunduntur*, c[1]. *tondontur*, ac[2]d. — *stuppario*, D. *stipario*, a. *stippario*, cd. *stupario*, $\beta\gamma$. — *stuppa*, Dacd. *stupa*, $\beta\gamma$. — *hamis*, Barbar. *aenis*, θac. *enis*, Td. *crenis*, Pint. Emendatio vera nondum inventa.

§ 18. *distinctio*, cd. *destinatio*, ar. — *funis*, a. — *carminari iterum. Deinde*, θ. — *ponitur*, c. — *in silice*, a. *silici*, DTcd (codd. Salmas. exerc. p. 538. a. F.) — *textumque*, ac (codd. Gel.) *testumque*, d. — *tonditur*, d.

§ 19. *tantum sorde*, Appul. p. 263. — *exutis*, c. — *splendescentes*, ad. *splendescente*, c. *splendiscunt*, Appul. — *quam aliae aqua*, Appul. — *sole*, om. Appul. p. 264. — *Indiae locis*, Appul. — *diras*, ac. *deros*, d. *diras seras*, Appul. — *ardendum*, Appul. — *tectum*, Appul. — *colos rufus nisi cum igni splendescit*, Appul.

§ 20. *precio margaritas equat*, Appul. — *ac vectinon*, Appul. *avestinum*, acd.

rem surdis ictibus et qui non exaudiantur caedi. Ergo huic 21
lino principatus toto orbe; proxumus byssino mulierum maxume deliciis circa Elim in Achaia genito; quaternis denariis scripula eius permutata quondam ut auri reperio. Linteorum lanugo e velis navium maritimarum maxume in magno usu medicinae est, et cinis spodi vim habet. Est et inter papavera genus quoddam quo candorem lintea praecipuum trahunt.

5. Temptatum est tingui linum quoque, ut vestium insa- 22
niam acciperet, in Alexandri magni primum classibus Indo amne navigantis, cum duces eius ac praefecti in certamine quodam variassent insignia navium, stupueruntque litora flatu versicolori has pellente. Velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit eodemque effugit; hoc fuit inperatoriae navis insigne.

6. Postea in theatris tantum umbram fecere, quod primus 23
omnium invenit Q. Catulus cum Capitolium dedicaret. Carbasina deinde vela primus in theatro duxisse traditur Len-

actibus, a c.

§ 21. *toto orbe*, Appul. *in toto orbe*, a c d $\beta\gamma$. — *delictis*, Appul. — *circa elimine Achaia*, d. *circae limin Achaia*, c. *circa limen Achaia*, a. *in Achaia circelim*, Appul. — *velis*, Appul. *villis*, θ a c d. — *cinis eius*, Appul. — *spodii*, Barbar. et Appul. *spondi*, d. *pondi*, a c.

§ 22. *ut* et *acciperet*, Appul. *et* et *accipere*, a c d $\beta\gamma$. — *vestium*, a. *vestitum*, Appul. *vestigium*, c d. — *infamiam*, Appul. — *Indo amne*, a c d. *Induam*, Appul. — *in certamine*, a. *certamine*, c d r. — *insignia*, d. *et insignia*, a c. — *stipueruntque*, c. — *versicolori has pellente*, ita nos scripsimus vestigia optimorum codd. sequentes. *versicolorias*, θ. *versicoloria*, a c d $\beta\gamma$. *spellente*, c. *spendente*, a. *pellente*, θ T d. *implente*, codd. Barbari, $\beta\gamma$. *impellente*, Sabell. — *attium*, Appul. — *Antonium*, a c d (Appul.) — *Cleupatra*, Appul. — *eundemque*, d. — *effugit*, a d. *fugit*, D c (Appul.).

§ 23. *tantum*; corruptam esse hanc vocem perspexit Becker. *Handbuch der römisch. Alterth.* II. 2, 413. Sed quam ipse protulit coniecturam *tincta* coll. Lucret. 4, 73., probari ea non potest, cum Valerius Maximus hoc Catuli inventum narrans II. 4, 6. *velorum* modo *umbracula* commemoraverit, de tinctura nihil addens. Praeterea totus hic locus clarissime docet Plinium modo de velis magna aedificiorum spatia tegentibus loqui, tincturam eum non attingere. Sententiarum enim ordo hic est, ut, cum § 22. de tinctis velis locutus esset, Cleopatrae velo purpureo obiter commemorato, iam ad novam luxuriam, cui vela apud Romanos causam dedere, transgrediatur. Exponit deinceps, in quantum haec luxuria a Lentulo, Caesare, Marcello aucta fuerit, et tum demum in transcursu vela versicoloria in amphitheatris et cavis aedium expansa commemorat. Quodsi Plin. h. l. *tincta* scripsisset, duas res singulatim proferendas una voce comprehendisset, quod primum ei narrandum fuit lintea theatris velandis inservire, et quod ipse infra addit de velis versicoloribus Neronis, male confudisset. Illa igitur Beckeri coniectura ut falsa reiecta, videndum nobis est, quid in voce *tantum* aperte corrupta lateat, quod inventu facile erit alia antea corruptela notata. Ea vero inest in adverbio *postea*, quod, quocumque referatur, inepte positum

tulus Spinther Apollinaribus ludis. Mox Caesar dictator totum forum Romanum intexit viamque sacram ab domo sua et clivom usque in Capitolium, quod munere ipso gladiatorio mirabilius visum tradunt. Deinde et sine ludis Marcellus 24
Octavia Augusti sorore genitus in aedilitate sua, avonculo XI consule, a. d. . . kalend. Augusti velis forum inumbravit, ut salubrius litigantes consisterent, quantum mutatis moribus Catonis censorii qui sternendum quoque forum muricibus censuerat. Vela nuper et colore caeli, stellata, per rudentis 25
stetere etiam in amphitheatris principis Neronis; rubent in cavis aedium et muscum ab sole defendunt. Cetero mansit candore pertinax gratia; honor etiam ei Troiano bello; cur enim non et proeliis intersit ut naufragiis? Thoracibus lineis paucos tamen pugnasse testis est Homerus. Hinc fuisse et navium armamenta apud eundem interpretantur eruditiores, quoniam cum sparta dixit significaverit sata.

est. Si enim ad Cleopatrae velum purpureum illud referas, temporum rationi refragatur, cum Catulus aliquanto ante Cleopatram vixerit; sin ad Alexandri classes, non minus inepte ponitur, cum illic de tinctis linis, hic modo de velis super theatra expansis sermo sit. Praeterea id maxime offendit, quod ab exterarum nationum velis tinctis statim ad theatra transit, de cuius populi theatris loquatur, tacens. Par erat eum dicere hanc novationem Romae factam esse, unde Plinium scripsisse arbitror: *Po. R. ea in theatris spectanti umbram fecere.* Voces *Po. R.* (i. e. populo Romano) *ea* (lina) facillime in *Postea* corrumpi potuisse non negabit qui meminerit, quot et quantas corruptelas ubique haec compendia *Po. R.* effecerint; altera emendatio *spectanti* cuique se commendabit, qui vocis praegressae *theatris* ultimam litteram et sequentis vocis *umbram* duas primas litteras consideraverit. *Spectare* vero absolute ita dici, ut sit idem quod *ludos spectare*, *ludis interesse*, abunde iam docent verba notissima Ovidii art. amat. 1, 99. *Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsae*, coll. Plaut. Poen. prol. 32. *Matronae tacitae spectent, tacitae rideant.* — *theatrum*, K. *amphitheatrum*, Dalec. — *a collinaribus*, ac. *ia collinaribus*, d. — *et clivum*, θTacd. *ad clivum*, codd. Barbari et Gelenii, β. — *in Capitolium*, θTacd. *Capitolinum*, codd. Barbari et Gelenii, β. — *munere*, Barbar. *muneri*, acd. — *ipsi*, d.

§ 24. *Augusti sorore*, acd. *sorore Augusti*, βγ. — *avunculi*, ac. — *a. d.*, acd. *ad*, r. *a*, T. Om. β. Harduinum, qui scripturam nunc vulgatam e codd. recepit, permirum est non intellexisse numerum diei casu intercidisse, unde ego lacunae signa posui. — *idus*, r. — *mutati*, a.

§ 25. *et colore*, θTcd. *colore*, aβγ. — *stellata*, acd. *distenta*, r. — *stetere*, ita nos scripsimus. *terrae*, D¹acr. *feret*, D². *iere*, Tdγ. *terra*, β. *tracta*, Dalec. — *amphitheatris*, Tacdr. *amphitheatro*, γ. — *rubent*, Tacdr. *rubente*, β ad *terra* referens. — *muscum*, om. Dalec. — *ab sole*, ita nos scripsimus. *ad sole*, c. *ad solem*, a. *ac solem*, d. *a sole*, βγ. — *Ceterum*, ar. — *candore*, θac. *candori*, dβγ. De ablativo v. ad 34, 82. — *etiam ei*, ita nos scripsimus. *etiam et*, acdβγ. Honor ipse significatur adiectivo Homerico λινοθώρηκες. — *Thoraceis*, acd. — *Homerus* Iliad. β, 529. 830. — *sparta* Homer. Iliad. β, 135.

II. 7. Sparti quidem usus multa post saecula coeptus est, 26
nec ante Poenorum arma quae primum Hispaniae intulerunt. Herba et haec sponte nascens et quae non queat seri iuncusque proprie aridi soli, uni terrae dato vitio; namque id malum telluris est nec aliud ibi seri aut nasci potest. In Africa exiguum et inutile gignitur; Carthaginiensis Hispaniae citerioris portio, nec haec tota sed quatenus parit, montis quoque sparto operit. Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes 27
facesque, hinc calciamina et pastorum vestis; animalibus noxium praeterquam cacuminum teneritate. Ad reliquos usus laboriose evellitur, ocreatis cruribus, manu textisque manicis convolutum osseis ilignei sve conamentis, nunc iam in hiemem iuxta, facillime tamen ab idibus Maiis in Iunias; hoc maturitatis tempus.

8. Volsum fascibus in acervo animatum biduo, tertio re- 28
solutum spargitur in sole siccaturque et rursus in fascibus redit sub tecta; postea maceratur aqua marina optume, sed et dulci, si marina desit, siccatumque sole iterum rigatur. Si repente urgueat desiderium, perfusum calida in solio ac siccatum stans conpendium operae fatetur. Hoc autem tun- 29

§ 26. *Herba est haec*, Dalec. At referuntur haec ad asbestinum lĩnum § 19. — *sponte*, a. *et sponte*, cd. *nim sponte*, Appul. p. 264. — *hoc vitio*, Dalec. — *Carthaginensis*, a.

§ 27. *praeterquam*; post h. v. excidit praepositio *in*; ablativo instrumenti nullus hic locus. — *evellitur*, a. *vellitur*, θTcd. — *ocreatis*, d. *hocreatus*, c. *ocrea*, a. — *manu textisque*, θTacd. *manibusque tectis*, β. Uti haec scriptura aperte est interpolata, ita scriptura codicum vulgo nunc regnans sensu caret; vox *manu* delenda, quae orta videtur culpa librarii, qui vocem *manicis* non suo loco scripserat. Ita cum bis legeretur, factum inde est *manu*, ut certe aliqua vox adesset, licet sensu carens. Scribenda igitur et interpungenda sunt haec verba ita: *laboriose evellitur*, *ocreatis cruribus textisque manicis convolutum osseis il. conamentis.* Labor in evellendo sparto eo cernitur, quod evellitur ocreatis cruribus et convolutum manicis textis conamentis osseis ilignei sve. Duo ablativi instrumenti illustrantur iis, quae attuli ad 35, 168. — *ilignei sve*, a. *ilignisve*, c. *ilignisque*, θ. *lignisve*, d. *ligneisve*, β. — *sic etiam*, Pint. — *in hiemem*, Tacd. *iam hieme*, K. *in hieme*, Pint. — *iuxta*, Tθacd. *vix*, Pint. Kβ.

§ 28. *fascibus*, omitt. c (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 188. b. B.) — *animatum*, acd. *ummatum*, r[12] (codd. Turn. adv. 10, 20.) *adunatum*, K. *cumulatum*, Turneb. *manuatum*, Salmas. *Vulsum et exanimatum fascibus in acervo biduo*, Dalec. — *sed et*, ac. *sed*, d. — *urgueat*, D[2]. *urgeat*, d. *urguat*, a. *arguat*, c. *urguet*, D[1]. — *pervefusum*, acd. — *solio*, Sabell. *folio*, acd.

§ 29. *praecipue aquis*, r. — *Sed*, ita nos scripsimus. *Et*, acd. *At*, codd. Gel. βγ. — *demessum*, codd. Barbari. — *sitim pensans*, codd. Gel. *sitim pensas*, c. *sit impensa*, d. *sit in pensas*, a. — *quidem*, acd. *in*, Appul. p. 264. — *interpolis*, acd (Appul.) *interpollis*, β. — *rursusque*, ac (Appul.) *rursumque*, d. — *quamlibeat*, ac. *quamlibet*, d (Appul.) Vid. 36, 160.

ditur ut fiat utile, praecipue in aquis marique invictum. In sicco praeferunt e cannabi funis. Sed spartum alitur etiam demersum, veluti natalium sitim pensans; est quidem eius natura interpolis, rursusque quam libeat vetustum novo miscetur. Verumtamen conplectatur animo qui volet miraculum 30 aestumare, quanto sit in usu omnibus terris, navium armamentis, machinis aedificationum aliisque desideriis vitae. Ad hos omnis usus quae sufficiant minus triginta milia passuum in latitudinem a litore Carthaginis novae minusque c in longitudinem esse reperientur; longius vehi inpendia prohibent.

9. Iunco Graecos ad funis usos nomini credamus quo 31 herbam eam appellant, postea palmarum foliis philuraque manifestum est; inde translatum a Poenis sparti usum perquam simile veri est.

10. Theophrastus auctor est esse bulbi genus circa ripas 32 amnium nascens, cuius inter summum corticem eamque partem qua vescuntur esse laneam naturam, ex qua inpilia vestesque quaedam conficiantur, sed neque regionem in qua id fiat nec quicquam diligentius praeterquam eriophoron id appellari in exemplaribus quae equidem invenerim tradit, neque omnino ullam mentionem habet sparti, cuncta magna cura persecutus cccxc annis ante nos, ut iam et alio loco

§ 30. *complectatur*, θKTacd. *complectetur*, β. — *navium armamentis*, acd. *navibus*, Appul. — *aedificationibus multisque aliis*, Appul. — *Ad quos omnes*, Appul. — *a litore*, d (Appul.) *altiore*, ac. — *minusque*, Tacd. *inspaniam usque*, Appul. — *C*, a (Appul.) Omitt. Tcdβ. — *in*, om. d. — *reperiuntur*, T. — *vehi*, acd. *ire*, T.

§ 31. *nomine*, Appul. p. 265. — *et non postea*, Appul. — *foliis theophilus adque*, Appul. ridicule haec coniungens cum *Theophrastus* § 32. — *inde*, acdr. *et inde*, βγ. — *translatum est*, c. — *parti*, c. *partis*, a. — *usum est*, c. — *est veri*, r.

§ 32. *Theuphrastus*, Appul. — *esse* — *vescuntur*, om. a. — *ex quo*, Appul. — *inpilia*, θacr (Appul. et codd. Turn. adv. 11, 14.) *mapilia*, d. *mapalia*, T (alii codd. Turnebi) β. πόδεια, Theophr. hist. plant. VII. 13, 8. De voce *inpilia* disputarunt Cuiac. obss. 2, 5. et Doederlin. *lat. Synonym.* 6, 166. — *conficiantur*, d (Appul.) *conficiant*, θacγ. — *id fiat*, acd. *fiat*, βγ. — *nec*, acd. *neque*, βγ. — *equidem*, θacd. *quidem*, βγ. — *habet sparti*, d. *habet is parti*, D². *habet par*, D¹. *habet spar*, a. *habetis p*, c. *habet*, Hard. et γ vitio operarum. — *magna cura*, acd. *cura magna*, βγ. — *CCCXC*, Hard. *CCCCXC*, acdβ. *CCCL*, Appul. *CCCCXL*, Salmas. exerc. p. 668. b. B. Cum Plin. 14, 45. aliisque locis dicat se opus suum a. u. 830. absolvisse et rursus 13, 101. (ad quem locum in transcursu notandum in commentario nostro post lemma *scribit quae circa* calami errore sigla ad excidisse, ita ut plene legendum sit adβγ) et 15, 1. Theophrasti aetatem ad annum u. c. 440. referat, Harduini emendatio verissima habenda; unus numerus centenarius in codicibus casu additus est. — *ut alio iam loco*, r. De re v. adnot. prox.

diximus, quo adparet post id temporis in usum venisse spartum.

11. Et quoniam a miraculis rerum coepimus, sequemur 33
eorum ordinem, in quibus vel maxumum est, aliquid nasci ac vivere sine ulla radice. Tubera vocantur, undique terra circumdata, nullis fibris nexa aut saltem capillamentis, nec utique extuberante loco in quo gignuntur aut rimas agente, neque ipsa terrae cohaerent; cortice etiam includuntur, ut plane nec terram esse possimus dicere nec aliud quam terrae callum. Siccis haec fere et sabulosis locis frutectosisque na- 34
scuntur; excedunt saepe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Duo eorum genera, harenosa dentibus inimica et altera sincera. Distinguntur et colore, rufo nigroque et intus candido; laudatissima Africae. Crescant anne vitium id terrae, — neque enim aliud intellegi potest, — ea protinus globetur magnitudine qua futurum est, et vivant an non, haud facile arbitror intellegi posse; putrescendi enim ratio conmunis est iis cum ligno. Lartio Licinio praetorio viro 35
iura reddenti in Hispania Carthagini paucis his annis scimus accidisse mordenti tuber ut deprehensus intus denarius primos dentis inflecteret, quo manifestum erit terrae naturam in se globari. Quod certum est, ex his erunt quae nascantur et seri non possint.

apparet, Appul. *appellaret*, acd. — *it temporis*, Appul. *id temporis spatium*, acd$\beta\gamma$. — *in usum venisse*, a. *in usu venisse*, d (Appul.) *in usu vehisse*, c.

§ 33. *ac vivere*, d (Appul.) *aut vivere*, ac$\beta\gamma$. — *vocantur*, Appul. *haec vocantur*, acd$\beta\gamma$. — *nullis*, Appul. *nullisque*, acd$\beta\gamma$. — *nexa*, Appul. *nixa*, acd$\beta\gamma$. — *rimas agente*, retinui ex $\beta\gamma$. *rima ingente*, a (unde fortasse *rimam agente* legas). *rimas entgente*, c. *rimas sentiente*, Td. — *possis*, Appul. — *nec aliud*, a. *neque aliud*, cd. — *quam terrae*, cd (Appul.) *quam terra*, a. *terrae quam*, r. — *incallum*, Appul.

§ 34. *inimica et*, a. *inimica sunt*, K. *inimicam*, c. *inimica in*, d. — *altero*, d. — *anne vitium*, Tc (codd. Gel.) *amne vitium*, d. *annuentium*, a. — *aliud intelligi*, T (codd. Gel.) *mali ut intelligi*, d. *maliut intellege*, c. *mali et intellegere*, a. — *globentur*, T. — *futura*, d. — *et*, Tac (codd. Gel.) *ut*, d. — *vivant*, ac. *vivat*, Td. *vivantne*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *annon haud*, codd. Gel. *anne non*, T. *ac ne non*, cd. *ac non*, a. — *iis*, d[2]. Omitt. acd[1].

§ 35. *Larcio licino*, Appul. — *viro iura*, acd. *viadura*, Appul. — *reddenti*, acd. *pergenti*, Appul. — *in Hispania*, acd. *in Hispaniae*, K. *in spaniā*, Appul. — *Karthagini*, Appul. *Carthagine*, acd$\beta\gamma$. — *deprehensus intus denarius*, d. *deprehensus intus denarios*, Appul. *deprehensus intus denaris*, c. *deprehensos intus denariis*, a. *deprehensis intus denariis*, r. — *inflecteret*, ac (Appul.) *reflecteret*, Td. — *globerari*, Appul. — *Quod certum est*, adr. *Quod certum*, c. *Certe*, Appul. — *his erunt*, T (Appul.) *his serunt*, ad. *iis serunt*, c. *iis erunt*, γ. *iis*,

III. 12. Simile est et quod in Cyrenaica provincia vocant 36
misy, praecipuum suavitate odoris ac saporis sed carnosius, et quod in Thracia iton et quod in Graecia geranion.

13. De tuberibus haec traduntur peculiariter: cum fuerint 37
imbres autumnales ac tonitrua crebra, tunc nasci et maxume e tonitribus, nec ultra annum durare, tenerrima autem verno esse. Quibusdam locis accepta riguis feruntur, sicut Mytilenis negant nasci nisi exundatione fluminum invecto semine ab Tiaris; est autem is locus, in quo pluruma nascuntur. Asiae nobilissima circa Lampsacum et Alopeconnesum, Graeciae vero circa Elim.

14. Sunt et in fungorum genere Graecis dicti pezicae qui 38
sine radice aut pediculo nascuntur.

15. Ab his proxumum dicetur auctoritate clarissimum laserpicium quod Graeci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum, cuius sucum laser vocant, magnificum in usu medicamentisque et ad pondus argentei denari repensum. Multis iam annis in ea terra non invenitur, quoniam publi- 39
cani qui pascua conducunt maius ita lucrum sentientes depopulantur pecorum pabulo. Unus omnino caulis nostra memoria repertus Neroni principi missus est. Si quando incidit pecus in spem nascentis, hoc deprehenditur signo, ove cum

rβ. — *nascantur*, acd (Appul.) *nascuntur*, r. — *possint*, acd. *possunt*, r (Appul.).

§ 36. *mysi*, Appul. *nisy*, Barbar. e codd. Sumpta haec sunt omnia ex Theophrasto ap. Athen. 2. p. 62. A—C. — *odore, sapore*, r. — *trecia*, c. *threcea*, d. — *iton et quod in Graecia*, Appul. Omitt. acd (codd. Salmas. exerc. p. 498. b. B.) β. — *geranion*, codd. Barbari, Appul. *ceranion*, d. *ceranio*, a. *caeraramo*, c. *cerananio* vel *ceraranio*, codd. Salmas. *coraranio*, θ. *ceraunium*, β.

§ 37. *ac*, acd. *aut*, Appul. — *maximum*, acd. — *a tonitribus*, Dalec. — *accepta riguis*, codd. Gel. *acceptam turriguis*, ac. *accepta turriguis*, d. *in locis accepta tantum riguis*, Pint. — *invectos*, cd. — *ab Tiaris*, Barbar. ac. *aptitari*, d. — *his*, acd. — *ac vero*, d. — *Elim*, Theophr. ap. Athen. 2. p. 62. C. *olim*, cd. *olimpum*, a.

§ 38. *pezitae*, Turn. adv. 10, 20. — *aut*, acd. *et*, r. — *laserpicium*, Appul. *laserpitium*, acd$\beta\gamma$. In universum v. Theophr. hist. plant. VI. 3. et Dioscor. 3, 84. — *silphyum*, Appul. *siriphi*, ad. *syriphi*, c. — *provincia*, om. Appul. — *sucum*, ac (Appul.) *sucus*, Td. — *laser vocant*, ac. *laser vocatur*, d (Appul.) *vocatur laser*, T. *vocant laser*, $\beta\gamma$. — *usum*, acd. — *medicamentisque*, ac. *medicamentis quod*, d. — *et*, om. Salmas. exerc. p. 261. b. D. — *argentei*, acd (Appul.) *argenti*, $\beta\gamma$. — *repensum*, Appul. *pensum*, acd$\beta\gamma$.

§ 39. *ex ea terra non invehitur*, Tit. locc. controv. 8, 24. et assertionn. p. 175. refutatus ab Yvone Villiomaro p. 157 seq. — *ita*, om. Appul. p. 266. — *memoria repertus*, acd. *memoriam repertus*, Appul. *repertus memoria*, $\beta\gamma$. — *hoc*, ad. *ante*, c. — *reprehenditur*, Appul.

comederit dormiente protinus, capra sternuente crebrius.
Diuque iam non aliud ad nos invehitur laser quam quod 40
in Perside aut Media et Armenia nascitur large sed multo
infra Cyrenaicum, id quoque adulteratum cummi aut saco-
penio aut faba fracta, quo minus omittendum videtur C. Va-
lerio M. Herennio coss. Cyrenis advecta Romam publice
laserpici pondo XXX, Caesarem vero dictatorem initio belli
civilis inter aurum argentumque protulisse ex aerario laser-
pici pondo ∞D. Id apud auctores Graeciae evidentissimos 41
invenimus natum imbre piceo repente madefacta tellure erga
Hesperidum hortos Syrtimque maiorem septem annis ante
oppidum Cyrenarum quod conditum est urbis nostrae anno
CXLIII., vim autem illam per quattuor milia stadium Afri-
cae valuisse; in ea laserpicium gigni solitum, rem feram 42
ac contumacem et si coleretur in deserta fugientem, radice
multa crassaque, caule ferulaceo ac simili crassitudine. Huius
folia maspetum vocabant, apio maxume similia; semen erat
foliaceum, folium ipsum verno deciduum. Vesci pecora solita 43
primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in mo-
dum iucunda. Post folia amissa caule ipso et homines vesce-
bantur decocto assoque et elixo, eorum quoque corpora XL

comedit, Appul. — *sternuente*, Tcd. *sternuit*, Appul. *sternutante*, ar (codd. Barbari) γ. — *crebrius*, Appul. Omitt. acd$\beta\gamma$.

§ 40. *iam*, om. c. — *inveitur*, Appul. — *large*, c (codd. Gel., Appul.) *larges*, d. *laser*, a. — *sed*, codd. Gel., Appul. *et*, ad. *ret*, c. — *id quoque*, acd. (codd. Gel., Appul.) *idque*, r. — *cummi*, Appul. *commi*, d. *gummi*, ac$\beta\gamma$. — *aut*, acd. Omitt. Hard. et γ vitio operarum. — *sacopenio*, acd. *sagapeno*, β. — *laserpicii*, Appul. *laserpitii*, ac$\beta\gamma$. *laserpice*, d. *laseris*, Dalec. — *vero*, acd. *autem*, Appul. — *laserpici*, Appul. *laserpitii*, acd$\beta\gamma$. *laseris*, Dalec. — ∞*D*, Td (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 249. b. C., Appul.). *CXID*, D. *CXI*, ac$\beta\gamma$.

§ 41. *vetustissimos*, Td. — *notum*, a. — *erga*, θac. *circa*, d$\beta\gamma$. — *Cyrenaicum*, d. — *CXLIIII.*, d. — *milia stadium*, ac. *stadia*, d. — *in Africa*, r.

§ 42. *et si*, ac. *ac si*, d. — *ac*, Td. *aut*, θacrγ. *haud*, Pintian. β. At v. Theophr. hist. plant. VI. 3, 2. *τὸν δὲ χαυλὸν ἡλίκον νάρθηξ, σχεδὸν δὲ καὶ τῷ πάχει παραπλήσιον.* — *verno*, ita nos scripsimus. *vero*, θacγ. *vere*, Tdβ. De v. *verno* v. ad 9, 47. Plinium verba Theophrasti: *ἅμα μὲν οὖν τῷ ἦρι τὸ μάσπετον τοῦτο ἀφίησι*, male esse interpretatum post Salmas. prolegom. ad Plin. p. 104. docuerunt Schneider. ad Theophr. l. l. p. 475. et Böttiger. *kleine Schriften* 3. p. 440.

§ 43. *emissa caulis ipse, quo et homines*, Dalec. — *assoque et elixo*, ita nos scripsimus. *assoque elixo*, θacd. *asso elixoque*, $\beta\gamma$. — *LX*, c. — *vitia his omnibus*, a. *purgant eum his omnibus*, c. *vitiis omnibus*, d. *a vitiis omnibus*, $\beta\gamma$. *purgante. Cum his vitiis omnibus succus*, Salmas. exerc. p. 251. a. A. — *capie-*

primis diebus purgante; vitia his omnibus. Sucus duobus modis capiebatur, e radice atque caule. Et haec duo erant nomina, rhizias atque caulias vilior illo ac putrescens; radici cortex niger ad mercis adulteria. Sucum ipsum in vasa con- 44
iectum admixto furfure subinde concutiendo ad maturitatem perducebant, ni ita fecissent, putrescentem. Argumentum erat maturitatis colos siccitasque sudore finito. Alii tradunt laserpici radicem fuisse maiorem cubitali tuberque in ea supra terram; hoc inciso profluere solitum sucum ceu lactis, 45
supernato caule quem magydarim vocarunt; folia aurei coloris pro semine fuisse, cadentia a canis ortu, austro flante; ex his laserpicium nasci solitum, annuo spatio et radice et caule consummantibus sese. Hi et circumfodi solitum prodidere nec purgari pecora sed aegra sanari aut protinus mori, quod in paucis accidere. Persico silphio prior opinio congruit.

16. Alterum genus eius est quod μαγύδαρις vocatur, tene- 46
rius et minus vehemens, sine suco, quod circa Syriam nascitur, non proveniens in Cyrenaica regione; gignitur et in Parnaso monte copiosum quod laserpicium vocant, per quae omnia adulteratur rei saluberrimae utilissimaeque auctoritas. Probatio sinceri prima in colore modice rufo et, cum fran-

bant, c. — *Aeque duo erant*, Pint. — *arinzias*, d. *apizias*, Appul. *rim zias*, ac. — *illo*, θTacd (Rigalt. et Thuan. ap. Salmas.) *ille*, Appul. β. — *radici*, ac (Appul.) *radice*, d. — *ad mercis adulteria*, acd. *hac merces adulteria*, Appul. *et ad mercis adulteria*, β. Ceterum haec verba ad sequentia referunt βγ, nos retulimus ad superiora, ita ut nova enuntiatio incipiat a v. *Sucum*, secuti Theophrastum hist. plant. VI. 3, 2., a quo haec omnia sumpsit Plin., nihil de adulteranda merce h. l. dicente.

§ 44. *in vasa*, ad. *in vas*, Appul. Om. c. εἰς ἀγγεῖα, Theophr. — *coiectum*, Appul. — *maturitatis*, d. *maturitate*, a. *maturitatem*, c. — *colos*, θc. *color*, adβγ. — *tuberque*, a. *rutrique*, c. *tubertique*, d (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 253. a. C., qui *tuber edique* coniicit). — *supra*, θTacd. *super*, β.

§ 45. *supernato*, ac. *suprenato*, d. *superenato*, βγ. *supernasci caulem*, K. — *magydarim*, d. *magidarim*, a. *magidarem*, c. — *vocant*, T. — *consummantibus*, Theophr. hist. plant. VI. 3, 4. τῷ αὐτῷ δὲ ἔτει τήν τε ῥίζαν γίνεσθαι καὶ τὸν καυλόν. *consumentibus*, θacd. — *Hi*, ac. *His*, d. *Hoc*, βγ. — *accidere*, ac. *accidisse*, Td. *accidit*, K. — *posterior*, Dalec.

§ 46. *genus eius*, θacd. *eius genus*, Appul. *genus*, β. — μαγύδαρις, ita nos scripsimus coll. Theophr. l. l. VI. 3, 7. *ΜΑΔΥΡΑΔΙΝ*, Appul. *mygdaris*, acdβγ. — *vocarunt*, Appul. — *tenerius*, acd. *et maius*, Appul. — *Parnaso*, d. *Parnasso*, acβγ. *farnasio*, Appul. — *copiosum*, Tdr (Appul.) *copioso*, ac. *copiosius*, βγ. — *quod laserpicium vocant*, Appul. *quibusdam laserpitium vocantibus*, acdβγ. — *per quod omnino*, K. — *saluberrimae utilissimaeque*, acd. *utilissimae*, Appul. — *Probatio*, d. *Sed probatio*, Appul. *ratio*, a. *precio*, c. — *cum frangatur*, θ (Appul.) *confrangatur*, c. *cum frangitur*, adβγ.

gatur, intus candido, mox translucente gutta quaeque saliva celerrime liquescat. Usus in multis medicaminibus.

17. Sunt etiamnum duo genera non nisi sordido nota 47
volgo, cum quaestu multum polleant, in primis rubia tinguendis lanis et coriis necessaria; laudatissima Italica et maxume suburbana, et omnes paene provinciae scatent ea. Sponte provenit seriturque similitudine erviliae, verum spinosus ei caulis; geniculatus hic est quinis circa articulos in orbe foliis; semen eius rubrum est. Quos in medicina usus habeat, dicemus suo loco.

18. At quae vocatur radicula lavandis demum lanis su- 48
cum habet, mirum quantum conferens candori mollitiaeque. Nascitur sativa ubique sed sponte praecipua in Asia Syriaque, saxosis et asperis locis, trans Euphraten tamen laudatissima, caule ferulaceo, tenui et ipso, cibis indigenarum expetito et unguentis, quidquid sit cum quo decoquatur, folio oleae. Struthion Graeci vocant; floret aestate, grata adspectu, verum sine odore, spinosa et caule lanuginis. Semen ei nullum, radix magna quae conciditur ad quem dictum est usum.

IV. 19. Ab his superest reverti ad hortorum curam et 49

intus candito, Appul. *candido intus*, acd$\beta\gamma$. — *tralucente*, Appul. — *quaeque saliva*, Appul. *aqueque salivaque*, c. *aquequae salivaque*, D. *aque salivaque*, d. *aqua salivaque*, a$\beta\gamma$. — *celerrime*, Appul. Omitt. acd$\beta\gamma$. — *liquescat*, Tcd (Appul.) *liquescit*, a$\beta\gamma$.

§ 47. *etiamnunc duo radicum genera*, r. — *sordia*, d. — *multum*, ac. *nulla*, r. *ullo*, d. — *etsi omnes paene provinciae scateant*, K. — *spinosis*, d. — *et caule*, θacd. — *hic*, ad. *id*, c. *spinosus ac geniculatus huic caulis est*, r. — *rubrum*, Barbar. *rubia*, θTacd. Cum Dioscor. 3, 150. dicat: *καρπὸν στρογγύλον, τὰ πρῶτα χλωρόν, εἶτα ἐρυθρόν, εἶτα πεπαινόμενον μέλανα*, magnam in Plinii verbis corruptelam regnare apparet, et Plinium fere scripsisse coniicias: *semen eius viride, tum rubrum, postremo nigrum est. Rubia quos in medicina* rell. — *Quos*, d. *Quod*, a. *Quas*, c. — *dicemus suo*, acd. *suo dicemus*, $\beta\gamma$. Vid. 24, 94.

§ 48. *At*, ac. *Ea*, Td. V. Dioscor. 2, 192. — *mirum quantum*, acd (codd. Gel.) *mirum, multum*, K. — *sed*, ac. *et*, d. — *unguentis*, a. *unguenti*, Tcd (in hoc *ti* in rasura). *tingenti*, Barbar. β. — *Struthion*, Barbar. *Strutin*, acd. *Sturtin*, codd. Barbari. — *lanuginis*, acd. *lanuginoso*, $\beta\gamma$. — *conditur*, Hard. et γ vitio operarum.

§ 49. *Alcini*, Td. — *silve illos*, Appul. p. 266. — *sive Assyria ereagin syriis fecit*, Appul. Cum in vulgata scriptura iam multum offendat *Cyrus* dictus *rex Assyriae*, quem Plin. 36, 9. in Persis regnavisse dicit, praeterea ipse Cyrus ut conditor illorum hortorum Wesselingio ad Diodor. Sic. 2, 10. p. 124. iure sit perquam suspectus, quos potius alii cuidam regi Syriae scriptores tribuunt (*οὐ Σεμιράμιδος, ἀλλά τινος ὕστερον Σύρου βασιλέως κατασκευάσαντος χάριν γυναικὸς παλλακῆς*, Diod. Sic. l. l. *Syriae regem Babylone regnantem hoc*

suapte natura memorandam, et quoniam antiquitas nihil prius mirata est quam Hesperidum hortos ac regum Adonis et Alcinoi, itemque pensilis, sive illos Semiramis sive Assyriae rex Cyrus fecit, de quorum opere alio volumine dicemus. Romani quidem reges ipsi coluere; quippe etiam Superbus 50 nuntium illum saevom atque sanguinarium filio remisit ex horto. In XII tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus, in horti vero heredium, quam ob rem comitata est et religio quaedam, hortoque et foro tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus in remedio satyrica signa, quamquam hortos tutelae Veneris adsignante Plauto. Iam quidem hortorum nomine in 51 ipsa urbe delicias, agros villasque possident. Primus hoc instituit Athenis Epicurus oti magister; usque ad eum moris non fuerat in oppidis habitari rura. Romae quidem per se hortus ager pauperis erat; ex horto plebei macellum, quanto innocentiore victu! Mergi enim, credo, in profunda satius 52 est et ostrearum genera naufragio exquiri, avis ultra Phasidem amnem peti et fabuloso quidem terrore tutas, immo sic pretiosiores, alias in Numidiam atque Aethiopiae sepulchra,

opus esse molitum memoriae proditum est, amore coniugis victum, Curt. V. 1, 35., ubi v. Freinshem.), vulgatam illam scripturam iam prorsus convincit Appuleius, quem tamen et ipsum h. l. corruptum esse docet copula *sive* verbis *Assyriae regina* male praemissa, quae unice cum nomine *Semiramis* coniungi possunt. His omnibus inter se compositis verisimile est Plinium scripsisse: *sive illos Semiramis Assyriae regina sive alius rex Syrus fecit*; de adiectivi *alius*, quod non temere verbis Plinianis adieci, notissimo usu etiam Plinio non incognito (v. ind. verbb.) v. ad Ciris v. 442. — *dicemus*; at oblitus est dicere Plin., qui 36, 94. modo Aegyptiarum Thebarum hortos pensiles commemoravit.

§ 50. *Superbus*, Tacd (Appul.) *Superbus Tarquinius*, $\beta\gamma$. — *ex horto*, ac (Appul.) *in horto*, d. — *semper in significatione ea*, acd. *set pro ea*, Appul. p. 275. — *in horti vero*, ac. *in hortivo*, d. *et pro horto*, Appul. — *heredium*, acd (codd. Barbari et Appul.) *praedium*, K. — *quam ob rem*, θacd. *Quam rem*, $\beta\gamma$. — *et*, om. d. — *hortoque*, θTacd (Appul.) *hortosque*, β. — *foro*, Salmas. exerc. p. 219. a. G. Confirmant Tacd (Appul.) *foco*, $\theta\gamma$. *fores*, β. — *effascinationes*, ac (Appul.) *fascinationes*, Td. — *saturica*, cod. vetustissimus ap. Bud. de asse p. 290. — *Plauto* loco deperdito. Ceterum v. Schneider. ad Varr. de re rust. I. 1, 6.

§ 51. *quidam*, Dalec. — *otii*, cd (codd. Gel.) *hortorum*, a. — *habitare*, d. *haberi*, K.

§ 52. *est*, ac. *esse*, d. — *Phasidem*, a. *Phasin*, T. *Phasi*, cd. — *amnem et eas fab. terr. tutas, imo et sic*, K. *et ne fabuloso quidem*, Pint. — *Numidiam atque*, codd. Gel. *Numidia que*, ac. *Numidia aqua ea*, d[1]. *Numidia aquae*, d[2]. *Numidiae atque*, Bud. de asse p. 289. e codd.

aut pugnare cum feris mandique capientem quod mandat alius. At, Hercules, quam vilia haec, quam parata voluptati satietatique, nisi eadem quae ubique indignatio occurreret! Ferendum sane fuerit exquisita nasci poma, alia sapore, alia 53
magnitudine, alia monstro, pauperibus interdicta, inveterari vina saccisque castrari nec cuiquam adeo longam esse vitam ut non ante se genita potet, e frugibus quoque quendam halitum sibi excogitasse luxuriam ac medullam tantum earum superque pistrinarum operibus et caelaturis vivere, alio pane procerum, alio volgi, tot generibus usque ad infimam plebem descendente annona. Etiamne in herbis discrimen inventum est 54
opesque differentiam fecere in cibo etiam uno asse venali? In his quoque aliqua sibi nasci tribus negant, caule in tan-

pugnare cum feris, codd. Gel. *purgari cum foris*, a. *pugnare cum foris*, c. *depugnare cum feris*, Td. — *mandique capientem quod mandat*, cd (codd. Gel.) *mandique cupientem quod mandit*, a. *mandere cupientem quod mandit*, r. — *Hercules*, acd. *Hercule*, $\beta\gamma$. — *vigilia*, c. — *voluntati*, ac. — *societatique*. c.

§ 53. *potet e*, ac. *potente*, d. — *quendam halitum*, d. *quendam alitum*, ac. *quodam alitum*, θ. *quoddam alimentum*, $\beta\gamma$. — *ac medullam*, ac. *medulla*, d. — *et caelaturis*, cd. *excelaturis*, a. *insuperque pistrinarum opera et caelaturas; vivere alios pane procerum, alios vulgi*, K. — *intimam*, θ. — *descendentem*, acd. — *annona*, Bud. de asse p. 288. *anima*, acd.

§ 54. *inventum est*; post haec verba collocat verba *etiamne* — *nascitur* ex § 55. Pint. — *opesque*, d. *opusque*, acr (codd. Budaei). — *fecere*, cd (cod. vetustissimus Budaei). *facere*, ar. — *in uno*, c. — *aliqua quoque*, cd. — *saginato*, Bud. d. *signato*, θacr. — *corrudas*, Bud. c. *horrudas*, a. *horridas*, d (codd. Budaei). — *passim quisque demeteret*, acd. *quisque demeteret passim*, $\beta\gamma$. — *ternis*, a. *ternos*. cd$\beta\gamma$. — *nummis* vel *sestertiis*, Bud.

§ 55. *carduis vesci*, ac. *carduis vesci; carduis vesci*, Td, quod probat Pint.: „ad maiorem divitibus conflandam invidiam". — *plebei*, Tac. *plebi*, dγ. — *Aquae*, ac. *Iam*, d. — *vi*, ac. *in*, θTdr. — *pecunia*, r. — *discreta*, a. *decretum*, θTcd. — *Hic*, Td. — *illic*, Td. — *potant*, d. *potent*, c. *ponent*, a. — *ligur*, ar. *ligura*, c. *ligora*, d. — *alia quas*, acd. — *utique*, θTacd. *itaque*, β. — *Et in amne*, d. — *diviti*, ita nos scripsimus. *diritia*, θTacd. *divitiis*, $\beta\gamma$. — *pascitur*, θTacdr. *nascitur*, $\beta\gamma$.

§ 56. *mox*, Tacd. *mors*, β. *mos*, Pint. Recepta omnium codicum scriptura Hard. mirum quantum se torquet, ut verbi *aequabit* subiectum aliquod, quod non adest, per interpretationem suam exsculpat. Legendum est *aequabit eos pecunia, quos pec. separ.*, et totus locus, cuius varias difficultates unus Hard. sensit, sed ineptissime et durissime expedire est conatus, sic interpretandus: Plin., cum indignetur etiam ex herbis solos divites lucrum capere, ex more suo hanc occasionem arripit dolorem suum de tristi conditione, qua pauperes utebantur, prodendi, dum dicit neminem pauperum desiderare debere novam in montem sacrum secessionem, ex qua remedium illius mali speretur. Etiamsi plebes irata secesserit, mox tamen eam denuo aequatum iri i. e. in eundem quem prius tenuerit statum reductum iri. quod certe eventurum esse per rem omnibus notam demonstrat. Plebes enim Romana diu magno macelli vectigali pecunia hoc onus a se excussura saepe altis clamoribus omnes principes i. e. tales viros, qui aliquo tempore multum in re publica valebant, uti Pompeium, Caesarem, Augustum, obtestata fuerat, ut hoc portorium sibi remitterent i. e. sua vi

tum saginato ut pauperis mensa non capiat. Silvestris fecerat natura corrudas ut passim quisque demeteret; ecce altiles spectantur asparagi et Ravenna ternis libris rependit. Heu prodigia ventris! Mirum esset non licere pecori carduis vesci, 55 non licet plebei. Aquae quoque separantur et ipsa naturae elementa vi pecuniae discreta sunt. Hi nivis, illi glaciem potant paenasque montium in voluptatem gulae vertunt. Servatur algor aestibus excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat. Decocunt alii aquas, mox et illas hiemant. Nihil utique homini sic quomodo rerum naturae placet; etiamne herba aliqua diviti tantum pascitur? Nemo sacros Aventinos- 56 que montis et iratae plebis secessus circumspexerit; mox

et auctoritate efficerent, ut hoc portorium remitteretur, quas preces in theatro prolatas fuisse recte colligere possumus ex aliis exemplis, quale ipse Plin. 34, 62. commemoravit: *tanta populi Romani contumacia fuit, ut theatri clamoribus reponi apoxyomenon flagitaverit.* Tandem remissum est vectigal invisum, sed, ut aliter fieri non potuit, pro vectigali remisso novum plebi impositum, quo iactura per remissionem facta rependeretur, et mox compertum ex novo vectigali aerarium multo maius et tutius commodum capere quam ex remisso. Illud vero novum vectigal nullum aliud est quam *vicesima hereditatum* ab Augusto a. u. 759. instituta (*τὴν δ' εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων καὶ τῶν δωρεῶν, ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν ἢ καὶ πενήτων καταλείπουσι, κατεστήσατο*, Dio Cass. 55, 25., ubi v. Fabric. p. 798. coll. Cuiac. obss. 5, 16. 11, 24., Burmann. de vectigall. pop. Rom. 11. et Schwarz. ad Plin. panegyr. p. 544.). At, inquis, nullum de hoc vectigali verbum apud Plinium. Audio, si vulgatam scripturam verborum, in quibus illud latet, mihi obiicis; at valde corruptam illam esse nemo semel admonitus facile negabit. Verba scilicet *cum credatur pensio ea pauperum*, quomodocumque ea sumis, nullum prorsus sensum praebent neque grammatice cum superioribus congruunt. Cum enim praecesserint verba *non aliter quaestuosius censum haberi aut tutius*, merito exspectatur altera pars comparationis, et proinde ante omnia legendum *quam cum*, ubi particula *quam* uti sexcenties per simillimam vocem insequentem est absorpta. Restat verbum *credatur*, quod a librariis male consutum et interpolatum est ex *hereditate datur*. Haec mutatio multo minus est violens, quam primo obtutu videtur; etenim littera aspera omissa (uti in inscriptione Orellii no. 188. legitur *eredes posuerunt*) syllabae *ditate* per sequentem vocem *datur* rursus sunt absorptae, quod in codicibus cum aliorum scriptorum tum Plinii saepissime factum esse constat. Ita igitur his verbis emendatis egregia iam lux loco adhuc conclamato et qui nulla ratione intelligi posset affulget, cum Plin. dicat: plebes nullam spem in nova aliqua secessione ponat; etiamsi enim per eam aliquod commodum acceperit, mox tamen novo eoque duriore onere premetur, quod plebes iam semel experta est, cum vectigali macelli liberata novum vectigal vicesimae hereditatum pendere cogeretur. Plebi semper pecunia pendenda est; pauper ubique iacet. Pecunia igitur, quae plebem separavit, eam mox aequabit, et plebes rem iam semel expertam denuo experietur. *Hereditate* vero *ea pensio* i. e. id tributum sive vectigal macelli (16, 32.) datur, quod eodem modo dicitur uti *hereditate obvenit* 17, 4. Restant ultima paragraphi verba, ubi pronomen *is* non habet, quo referatur. Legendum est *his* sc. pauperibus, et verba iam sic interpretanda: vicesimam vero hereditatis, molestissimum omnium vectigal (*ἐπεὶ τῇ εἰκοστῇ πάντες, ὡς εἰπεῖν, ἐβαρύνοντο καὶ ἐδόκει τι νεώτερον ἔσεσθαι*, Dio Cass. 56, 28.), pau-

enim certe aequabit quos pecunia separaverit. Itaque, Hercules, nullum macelli vectigal maius fuit Romae clamore plebis incusantis apud omnis principes, donec remissum est portorium mercis huius conpertumque non aliter quaestuosius censum haberi aut tutius ac minore fortunae iure, cum credatur pensio ea pauperum; is in solo sponsor est et sub dio reditus superficiesque caelo quocumque gaudens. Hortorum 57
Cato praedicat caulis; hinc primum agricolae aestumabant prisci et sic statim faciebant iudicium nequam esse in domo matrem familias, — etenim haec cura feminae dicebatur, — ubi indiligens esset hortus; quippe e carnario aut macello vivendum ei. Nec caulis ut nunc maxume probabant, damnantes pulmentaria quae egerent alio pulmentario; id erat oleo parcere; nam carnari desideria etiam in exprobratione erant. Horti maxume placebant, quia non egerent igni par- 58
cerentque ligno, expedita res et parata semper, unde et acetaria appellantur, facilia concoqui nec oneratura sensum cibo et quae minume accenderent desiderium panis. Pars eorum ad condimenta pertinens fatetur domi versuram fieri solitam

peres certe pensuros eiusque pensionem non recusaturos esse sponsor est in solo, et praeterea reditus est sub dio superficiesque quocumque caelo gaudens. Imperator suum vectigal sive vicesimam hereditatum vel a pauperrimo cive certissime exigere potest, quia, si pauper eam pendere nollet, solo i. e. agro manum iniicere potest; item potest summam vectigalis pendendam, quia reditus sub dio est, facillime computare; huc accedit, quod vicesima hereditatum fortunae minus obnoxia est (v. verba Plinii modo praegressa), quam portorium macelli plebi remissum. Cum enim portoriorum magnitudo aut exilitas a *superficie* maris ventis plus minusve turbata pendeat, *superficies* agri quocumque caelo gaudens illi periculo non est obnoxia, ubi probe tenendum est vocem *superficies* h. l. sensu technico intelligi de aedificiis in agro aliquo conditis eiusque partem facientibus (*Cum aedes ex duabus rebus constent, ex solo et superficie*, Iabol. digest. XLI. 3, 23.), et vides iam, quo iure Plin. novum vectigal quaestuosius et tutius fortunaeque minus obnoxium quam pristinum dixerit. Ut vero locum multis in partibus iam mutatum paulo facilius, quam per hanc adnotationem fieri potest, cognoscas, hic eum emendatum adscribam: *Nemo sacros Aventinosque montes — circumspexerit; mox enim certe aequabit eos pecunia, quos pecunia separaverit. Itaque, Hercules, nullum macelli vectigal maius fuit Romae — — ac minore fortunae iure, quam cum hereditate datur pensio ea pauperum; his in solo sponsor est* rell. Unum restat, ut addam ablativum *clamore* sumendum esse pro *secundum clamorem* coll. *interpretatione* 2, 19., *opinione* 4, 96., *aestimatione* 7, 7., *peritia* 18, 32., *philosophia* 36, 71. — *Hercules*, acd. *Hercule*, $\beta\gamma$. — *maius*, d. *malus*, c. *malum*, a. — *incausantis*, c. — *messis*, c. — *fortunae*, d. *fortitudine*, ac. — *die*, acd.

§ 57. *Cato* de re rust. 156. — *aestimabant*, θacdr. *aestimabantur*, $\beta\gamma$. — *esse in*, d (codd. Bud. de asse p. 289.) *essint*, c. *essent*, a. Ceterum hunc locum

atque non Indicum piper quaesitum quaeque trans maria petimus. Iam in fenestris suis plebs urbana in imagine hor- 59
torum cotidiana oculis rura praebebant antequam praefigi prospectus omnis coegit multitudinis innumerae saeva latrocinatio. Quamobrem sit aliquis et his honos, neve auctoritatem rebus vilitas adimat, cum praesertim etiam cognomina procerum inde nata videamus Lactucinosque in Valeria familia non puduisse appellari; et contingat aliqua gratia operae curaeque nostrae, Vergilio quoque confesso quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere.

20. Hortos villae iungendos non est dubium riguosque 60
maxume habendos, si contingat, praefluo amne, si minus, e puteo rota organisve pneumaticis vel tollenonum haustu rigatos. Solum proscindendum a favonio in autumnum praeparantibus post XIV dies iterandumque ante brumam. Octo iugerum operis palari iustum est, fimum tris pedes alte cum terra misceri, areis distingui easque resupinis pulvinorum toris, ambiri singulas tramitum sulcis, qua detur accessus homini scatebrisque decursus.

(verba non significat) de vitio suspectum habet Schneid. ad Varr. de re rust. II. 4, 3. — *indiligens*, d. *indulgens*, θac. — *vivendum ei. Nec*, ita nos scripsimus. *vivendum et nec*, acd. *vivendum esse; et nec*, r. *vivendum esse. Nec*, β. *vivendum esse. Sed nec*, Hard. e codd. (?) γ. *Ei* sc. familiae. — *caules*, r. *cautes*, acd. — *carnari*, ita nos scripsimus. *ganari*, c. *gari*, adβγ.

§ 58. *ne cum e natura*, a. *ne cone natura*, c. *ne quo ne natura*, d. — *sensu*, acd. — *desiderium*, cd (codd. Gel.) *aut desiderium*, a. *desiderium veneris*, Pint. — *versuram fieri solitam*, v. Gronov. centes. p. 537. — *non*, ad. *enim*, c. — *transmarina*, Td.

§ 59. *Iam*, ac (codd. Gel.) *Iam quoque*, Tdγ. — *urbana plebs*, d. — *antiquam*, c. *antiqua*, a. *antiqui. Iam*, d. — *profectus*, d. — *innumerae*, θTacd. *innumeratae*, β. — *honor*, d. — *vilitas*, θacdr. *utilitas*, β. — *eximat*, θ. — *videmus*, acd. — *lętucinos*, Appul. p. 275. — *familia*, cd (Appul.) *provincia*, a. *prosapia*, Dalec. — *operi*, r. — *Vergilio* georg. 4, 6. — *humorem*, c. — *prohibere*, c.

§ 60. *villa*, a. — *praefluo amne*, T. *praefluo amne ne*, d. *praefluviane*, a. *praefluvane*, c (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 415. b. D.) *perfluo amne*, K. *profluo amne*, β. — *puteo rota*, Turn. adv. 10, 20. et Salmas. *putecruta*, d. *putecrita*, ac (Thuan.) *puteo pertica*, Bud. de asse p. 289., β. — *pneumaticis*, Kac. *neumaticis*, dβ. — *tollenonum*, Victor. ad Columell. 10, 26. et Bud. *tollonum*, K. *tollen novum*, d. *tollendonum*, a. *tollentem nonum*, c (Thuan.) *tollon novum*, unus cod. Budaei. *tollendo non*, alter eiusdem. — *haustu*, Victor. et Bud. *hastu*, cd (Thuan.) *hastum*, a. — *rigatos*, Salmas. d. *rigatus*, c (Thuan.) *rigato*, a. *rigando*, Bud. *rigandos*, Victor. βγ. Delet h. v. Gronov. ad Liv. XXIV. 34, 10. — *praeparantibus*, acd. *properantibus et*, r. *praeparandum est*, βγ. *praepalandum est*, Pint.

21. In hortis nascentium alia bulbo conmendantur, alia ca- 61
pite, alia caule, alia folio, alia utroque, alia semine, alia cortice, alia cute, alia cartilagine, alia carne, alia tunicis carnosis.

22. Aliorum fructus in terra est, aliorum et extra, aliorum non nisi extra. Quaedam iacent crescuntque, ut cucurbitae et cucumis; eadem pendent, quamquam graviora multo etiam iis quae in arboribus gignuntur; sed cucumis cartilagine et carne constat, cucurbita cortice et cartilagine; cortex huic uni maturitate transit in lignum. Terra conduntur raphani 62
napique et rapa, atque alio modo inulae, siser, pastinacae. Quaedam vocabimus ferulacea, ut anethum, malvas; namque tradunt auctores in Arabia malvas septumo mense arborescere baculorum quoque usum praebentis. Exemplo est ar- 63
bor malva in Mauretania Lixi oppidi aestuario, ubi Hesperidum horti fuisse produntur cc pass. ab oceano, iuxta delubrum Herculis antiquius Gaditano, ut ferunt; ipsa altitudinis pedum xx, crassitudinis quam circumplecti nemo possit. In simili genere habebitur et cannabis. Nec non et carnosa aliqua appellabimus, ut spongeas in umore pratorum

§ 61. *alia cortice* — *alia carne*; haec vv. paululum inverso ordine ita exhibent a c d: *alia cartilagine. Alia carnea utroque. Alia cortice aut cute et cartilagine.* Retinui vero vulgatam, quia, uti voces *carnea utroque* docent, quarum posterior ex superioribus male repetita est, haec transpositio librariis deberi videtur. — *aliorum et extra*, a c. *aliorum extra*, d. Om. r. — *cucurvita*, Appul. p. 275. — *his*, a d. — *sed cucumis cartilagine* — *cortice et cartilagine*, Appul. *sed cucumis cartilagine*, a c d $\beta\gamma$. *Placet cucumis cartilagine*, K. Verba, uti vulgo legebantur, cum vitiosa esse agnosceret Schneid. ad Theophr. de caus. plant. I. 10, 4. p. 41., arrepta interpolata scriptura K in sequentibus corrigit *Cortex cucurbitae maturitate* rell., quae iam omnia non necessaria.

§ 62. *napicique*, c d. — *atque alio modo*, omnes codd. et Appulei. Sed Brot. Petavii coniecturam *caepe, allia* praefert. — *vocabimus*, omitt. Appul. — *malvae*, Appul. — *baculorum quoque*, ita nos scripsimus. *baculorumque*, T θ a c d. *vaculorumque*, Appul. *baculorum*, β. — *praebentes*, K (Appul.) *praebere*, a c d $\beta\gamma$.

§ 63. *exemplo*, a c d. *extemplo*, Barbar. et γ hanc vocem cum β ad superiora referentes. Nos novam hinc periodum incipimus. — *est arbor*, Appul. *sed arbore*, a c d. *Sed et arbor est*, Barbar. $\beta\gamma$. *Exemplo sit arbor e malva*, Salmas. exerc. p. 206. b. F. — *malve*, Appul. — *Mauretania*, Appul. *Mauritania*, a c d. — *Lixi oppido aestuario*, a c d. *apud Lixum oppidum*, Appul. — *fuisse*, om. Appul. — *CC*, a d. *CC̄*, Appul. *Cg̃is*, d. — *circumplecti nemo*, a d. *circumplectionē*, c. *circum plectione mo*, Appul. — *habenda est*, Appul. — *alia*, Dalec. — *appellavimus*, c. — *nascentes*, c. — *enim*, a c d. *aut*, Appul. — *naturam*, d (Appul.) — *diximus* 16, 31. — *paulo ante* § 33 seqq.

§ 64. *Cartilaginum generis*, θ T a c d. *De cartilaginum genere*, Appul. *Cartilaginei generis*, $\beta\gamma$. — *contigit ei*, a c d. *contingit*, Appul. — *ex eorum*, d. — *olitoriis*, ita nos scripsimus. *olitoris*, c. *ōlitoribus*, a d $\beta\gamma$. *promovebat rotis in solem*

enascentis; fungorum enim callum in ligni arborumque natura diximus, et alio genere tuberum paulo ante.

V. 23. Cartilaginum generis extraque terram est cucumis 64
mira voluptate Tiberio principi expetitus; nullo quippe non die contigit ei, pensilis eorum hortos promoventibus in solem rotis olitoriis rursusque hibernis diebus intra specularium munimenta revocantibus. Quin et lacte mulso semine eorum biduo macerato apud antiquos Graeciae auctores scriptum est seri oportere, ut dulciores fiant. Crescunt qua coguntur forma, 65
in Italia virides et quam minumi, in provinciis quam maxumi et cerini aut nigri. Placent copiosissimi Africae, grandissimi Moesiae; cum magnitudine excessere pepones vocantur. Vivont hausti in stomacho in posterum diem nec perfici queunt in cibis, non insalubres tamen plurumum. Natura oleum odere mire nec minus aquas diligunt desecti quoque. Ad eas modice distantis adrepunt, — contra oleum 66
refugiunt, — ac, si quid obstet vel si pendeant, curvantur intorquenturque; id vel una nocte deprehendas, si vas cum aqua subiciatur quattuor digitorum intervallo, descendentibus ante posterum diem at, si oleum eodem modo sit, in

olitor rursusque — revocabat, Appul. — *Quin et*, c (Appul.) *Qui nec*, a. *Quin*, dγ. — *lacte aut aqua mulsa*, Pint. *lacte aut mulsa*, Schneid. ad Pallad. p. 386. — *Graeciae auctores* Theophr. hist. plant. VII. 1, 6. et de caus. plant. III. 9, 4.

§ 65. *cerini*, θTacd. *cirimi*, r[1 2]. *citrini*, β, quod probat Schneider. ad Columell. 10, 389. 398. — *Moesiae*, d (codd. Barbari). *mo aestae*, c. *modeste*, a. *in Asia*, Salmas. exerc. p. 779. a. C. — *cum*, a. *ubi cum*, cd. — *magnitudine*, ac. *magnitudinem*, d (Appul.) *longitudine*, Dalec. — *insalubres tamen plurimum. Natura oleum*, acd (codd. Gel.) *insalubres. Tamen plurimum natant. Oleum*, K. *Naturae*, T. — *odore miro*, d[1]. — *defecti*, Sabell. r. Primus ego vv. *desecti quoque* ad superiora retuli, cum vulgo ($\beta\gamma$) nova hinc periodus inciperet; nam vix tibi persuadeas Plinium credidisse cucumeres desectos arrepere et curvari posse.

§ 66. *contra oleum refugiunt*, acd. *oleum refugiunt*, Appul. p. 276. Omitt. rγ. Restituenda vero sunt illa verba ita, ut parenthetice sumantur. Uti enim Plin. antea in universum dixerat cucumeres oleum odisse, aquas diligere, desectos quoque, ita iam exponit, quo modo hoc in cucumeribus etiamnum viventibus appareat, vase aquae vel olei iuxta stante. Parentheticam vero conformationem illorum verborum a Iano, qui in nuntiis litterar. Monac. 1836. no. 165. 166. p. 277. 281. eorum patrocinium suscepit, non perspectam esse hoc arguit, quod, nisi ita sumuntur, et otiose adduntur post verba *natura oleum odere* et ipsam enuntiationis constructionem perturbant. Ad oleum infra redit Plin. verbis *at, si oleum eodem modo sit* additis. — *ac*, Appul. *aut*, acd$\beta\gamma$. — *vel si pendeant*, d. *vel si pendeat*, c. *vel si penedeant*, a. *versi pendent*, r. *versi pandantur*, Dalec. γ. — *curbantur intorquenturque*, Appul. *curvanturque*, θacdrγ. *curvantur*, β. — *id vel*, acdr. *vel*, θ. *si vel*, Appul. *idque vel*, β. — *bona*, Appul. — *deprehendas*, Appul. *deprehendetur*, r. *deprehenditur*, acd$\beta\gamma$. — *quattuor*, Appul. *a quatuor*, acd$\beta\gamma$. — *modo subiectum sit*, Dalec.

hamos curvatis; iidem in fistulam flore demisso mira longitudine crescunt. Ecce cum maxume nova forma eorum in 67
Campania provenit mali cotonei effigie. Forte primo natum ita audio unum, mox semine ex illo genus factum; melopeponas vocant. Non pendent hi sed humi rotundantur. Mirum in his praeter figuram coloremque et odorem, quod maturitatem adepti quamquam non pendentes statim a pediculo recedunt. Columella suum tradit conmentum, ut toto anno 68
contingant, fruticem rubi quam vastissimum in apricum locum transferre et recidere, duum digitorum relicta stirpe, circa vernum aequinoctium; ita in medulla rubi semine cucumeris insito, terra minuta fimoque circumaggeratas resistere frigori radices. Cucumerum Graeci tria genera fecere, Laconicum, Scytalicum, Boeoticum; ex his tantum Laconicum aqua gaudere. Sunt qui herba quae vocatur culix nomine trita semen eorum maceratum seri iubeant ut sine semine nascantur.

24. Similis et cucurbitis natura, dumtaxat in nascendo; 69
aeque hiemem odere, amant rigua ac fimum. Seruntur ambo semine in terra sesquipedali fossura inter aequinoctium vernum et solstitium, Parilibus tamen aptissime. Aliqui malunt ex kalendis Mart. cucurbitas et nonis cucumis et per quinquatrus serere, simili modo reptantibus flagellis scandentis per parietum aspera in tectum usque natura sublimitatis avida. Vires sine adminiculo standi non sunt, velocitas pernix, levi umbra camaras ac pergulas operiens. Inde haec 70
prima duo genera, camararium et plebeium quo humi repit.

fistulā, Appul. *fistula*, acd$\beta\gamma$. — *demisso*, Appul. *dimisso*, acd. — *magnitudine*, T.

§ 67. *Et ecce*, c. — *cum maxume*; pro his vv. Appul. habet *in quidquam*, qui ipse scripserat *inquit quam* sc. Plinius coll. p. 265, 12. — *provenerit*, Dalec. — *melopopinam*, Appul. — *pendent hi*, acd. *pendentis*, Appul. — *et*, d. — *rotondantur*, d. *rutundantur*, Appul. *rutumdantur*, c. *rutum tantum*, a. Huic verbo adiicit vv. *colore aureo* Appul.

§ 68. *Columella* XI. 3, 52., ubi v. Schneider. p. 597. *Col. tradit Mendesium commentum*, Pint. — *contingat*, d. — *Scytaliam*, Turn. adv. 10, 20. ex Theophr. hist. plant. VII. 4, 6. — *quae* post v. *nomine* collocant acd. — *trita*, ac. *tritam*, d. *adtrita*, Appul. — *maceratum seri*, acd. *macerari*, Appul.

§ 69. *atque*, c. — *et nonis*, ac. *ex nonis*, d. — *cucumis*, acd. *cucumeres*, $\beta\gamma$. — *per parietum*, ita nos scripsimus. *per artecum*, θac. *per artetum*, d. *parietum*, Barbar. $\beta\gamma$. — *leni*, K. — *pergulas operiens*, a. *pergula operiens*, d. *pergula aperiens*, c.

§ 70. *Inde*, om. d. — *rima duo*, acd. *duo prima*, $\beta\gamma$. — *quo*, acd. *quod*, $\beta\gamma$. — *repit*, pro h. v. habent *credi* acd. — *fastigatur*, θTacd. *fastigiatur*,

In priore mire tenui pediculo libratur pondus inmobile aurae. Cucurbita quoque omni modo fastigatur, vaginis maxume vitilibus, coniecta in eas postquam defloruit, crescitque qua cogitur forma, plerumque et draconis intorti figura; libertate vero pensili concessa iam visa est novem pedum longitudinis. Particulatim cucumis floret sibi ipse superflorescens, et sicciores locos patitur, candida lanugine obductus magisque dum crescit. Cucurbitarum numerosior usus; et primus 71
caulis in cibo, atque ex eo in totum natura diversa; nuper in balnearum usum venere urceorum vice, iampridem vero etiam cadorum ad vina condenda. Cortex viridi tener; deraditur nihilominus in cibis. Cibus saluber ac levis pluribus modis, ex his tamen qui perfici humano ventre non queant sed intumescant. Semina quae proxuma collo fuerunt pro- 72
ceras pariunt, item ab imis, sed non conparandas supra dictis, at quae in medio rotundas, quae in lateribus crassas brevioresque; siccantur in umbra et, cum libeat serere, in aqua macerantur. Cibis, quo longiores tenuioresque, et gra- 73
tiores, et ob id salubriores quae pendendo crevere; minumumque seminis tales habent, duritia eius in cibis gratiam terminante. Eas quae semini serventur ante hiemem praecidi non est mos; postea fumo siccantur condendis hortensiorum seminibus et rusticae supellectili. Inventa est ratio 74
qua cibis quoque servarentur, eodemque modo cucumis, usque ad alios paene proventus, et id quidem in muria fit; sed et scrobe opaco in loco harena substrato fenoque sicco opertis ac deinde terra, viridis servari tradunt. Sunt et sil-

β. figuratur, K. — *utilibus*, acd. *fictilibus*, Hard. — *crescitque*, *θ*acd. *crescit*, *β*. — *VIII pedes*, *θ*. — *dum*, Tacd. *cum*, *βγ*.

§ 71. *primis*, d. — *in totum*, *θ*Tacdr. *totum*, *β*. *At corticis in totum*, Dalec, — *balnearum*, acd (Appul. p. 276.) *balinearum*, *βγ*. — *Cibus saluber ac levis*, T. *Cibus saluber ac lenis*, cd*β*. *saluber haclenis*, Appul. *Cibos salubres ac lenes*, a*γ*. *Cibo salubres ac leves*, K[1]. *Cibos salubres ac leves*, K[2]. — *ex his tamen*, Td. *sed sexis*, Appul. *existimant*, acr*γ*. *existimantur*, K[12]. *existimatur*, *β*. — *non queant*, acd. *neq; ant*, Appul. — *sed*, c. *sed non*, ad (Appul.) *βγ*.

§ 72. *fuerunt*, *θ*ad (Appul.) *fuer̄*, c. *fuerint*, *βγ*. — *sed non* — *dictis*, acd. *sed aliquo minus*, Appul. — *at quae*, ita nos scripsimus. *adq;*, Appul. *quae*, acd*βγ*. — *rotundas*, Appul. *rotondas*, d. *rumpundas*, a. *rum tundas*, c.

§ 73. *et gratiores*, *θ*Tac. *et crassiores*, d. *eo gratiores*, *βγ*. — *praedici*, d. — *hortensium*, Pint. — *et rusticae*, *θ*. *rusticae*, acd*βγ*. *et rustica supellectile*, Dalec.

§ 74. *cucumis*, *θ*Tacd. *cucuminis*, *β*. — *muria* omisso *in*, acd. — *sacrobeofaco*, d. — *opertis*, acd. Id recepi, quia *opertos βγ* nullo modo verum esse

vestres in utroque genere et omnibus fere hortensiis; sed et his medica tantum natura est, quam ob rem differentur in sua volumina.

25. Reliqua cartilaginum naturae terra occultantur omnia, 75
in quibus de rapis abunde dixisse poteramus videri, nisi medici masculini sexus facerent in his rotunda, latiora vero et concava feminini, praestantiora suavitate et ad condiendum faciliora; saepius sata transeunt in marem. Iidem naporum quinque genera fecere, Corinthium, Cleonaeum, Liothasium, Boeoticum et quod per se viride dixerunt. Ex his 76
in amplitudinem adulescit Corinthium nuda fere radice; solum enim hoc genus superne tendit, non ut cetera in terram. Liothasium quidam Thracium appellant, frigorum patientissimum. Ab eo Boeoticum dulce est, rotunditate etiam brevi notabile neque ut Cleonaeum praelongum. In totum 77
quidem, quorum tenuia folia, ipsi quoque dulciores, quorum scabra et angulosa et horrida, amariores. Est praeterea genus silvestre cuius folia sunt erucae similia. Palma Romae Amiterninis datur, dein Nursinis, tertia nostratibus. Cetera de satu eorum in rapis dicta sunt.

26. Cortice et cartilagine constant raphani, multisque 78
eorum cortex crassior etiam quam quibusdam arborum. Amaritudo pluruma illis est et pro crassitudine corticis; cetera quoque aliquando lignosa. Et vis mira colligendi spiritum laxandique ructum; ob id cibus inliberalis, utique si proxume olus mandatur; si vero cum olivis druppis, rarior ructus fit minusque faetidus. Aegypto mire celebratur olei 79

potest, cum non de cucumeribus (etenim modo in transcursu paulo supra *cucumis* commemoratur), sed de cucurbitis sermo sit; de ablativis absolutis, quorum loco accusativum *opertas* exspectes, v. ad 13, 140. — *servari virides*, d. — *differuntur*, c. — *sua volumina* 20, 3.

§ 75. *abundos*, c. — *dixisse* 18, 126 seqq. — *nisi Graeci*, Pint. V. Theophr. l. l. VII. 4, 2. — *rotundiora*, Appul. p. 276. — *et concava*, θacd (Appul.) *concava*, β. — *condiendum*, Appul. *condendum*, θTacd. — *saepius*, T (Appul.) *quae saepius*, acdβγ. *spissius*, Pint. — *IIII genera*, Pint. — *Liothasium*, Barbar. acd. *leuthasium*, Appul. *leiothanum*, θ. *liothalassium*, Pint. — *et quod* — *dixerunt*, om. Pint. aut *et quod persimile erucae dixerunt* legendum coniicit. *quod et per se*, Dalec.

§ 76. *his*, acd. *iis*, βγ. — *amplitudine*, d. — *in terram. Liothasium*, a. *in tram liothanum*, d. *inī aliatanū*, c. — *thracitum*, d. *tracitum*, c. *threitum*, a. *Threicium*, Dalec. — *Ab eo Boeoticum*; pro his vv. habent *aboeothium* ac, *At boeotium* d.

propter fertilitatem, quod e semine eius faciunt; hoc maxume cupiunt serere, si liceat, quoniam et quaestus plus quam e frumento et minus tributi est nullumque copiosius oleum. Genera raphani Graeci fecere tria foliorum differentia, crispi 80 atque levis et tertium silvestre, atque huic levia quidem sed breviora ac rotunda copiosaque ac fruticosa, sapor autem asper et medicamenti instar ad eliciendas alvos. Et in prioribus tamen differentia a semine, quoniam aliqua peius, aliqua admodum exiguum ferunt; haec vitia non cadunt nisi in crispa folia. Nostri alia fecere genera: Algidense a loco, 81 longum atque translucidum, alterum rapi figura, quod vocant Syriacum, suavissimum fere ac tenerrimum hiemisque patiens; praecipuum tamen est quod e Syria non pridem advectum adparet, quoniam apud auctores non reperitur; id autem tota hieme durat. Etiamnum unum silvestre Graeci 82 agrion vocant, Pontici armon, alii leucen, nostri armoraciam, fronde copiosius quam corpore. In omnibus autem probandis maxume spectantur caules; inmitium enim rotundiores crassioresque ac longis canalibus, folia ipsa tristiora et angulis horrida. Seri volt raphanus terra soluta, umida, fimum 83 odit, palea contentus; frigore adeo gaudet ut in Germania infantium puerorum magnitudinem aequet. Seritur post idus Febr. ut vernus sit, iterumque circa Volcanalia, quae satio melior; multi et Martio et Aprili serunt et Septembri. Incipiente incremento confert alterna folia circumobruere, ipsos vero adcumulare; nam qui extra terram emersit durus fit atque fungosus. Aristomachus detrahi folia per hiemem iubet 84

§ 77. *tenuia*, Tacd. *tenuiora*, β. *laevia*, Pint. — *datur*, om. c. — *dein Nursinis*, d. *dein arsis*, a. *Marsis*, r. *inde Nursinis*, $\beta\gamma$. Om. c. — *dicta sunt* 18, 129.

§ 78. *arboribus*, Appul. — *illis*, Ka. *illic*, θd. *hic*, c. *illi*, β. — *est*, omitt. cd. — *lignosa*, ac. *et lignosa*, Td. — *si vero ipse cum*, θTd. Appul. p. 277, 1. totum locum in brevius contraxit. — *druppis*, Appul. *druptis*, ac. *drustis*, d. *drupis*, Barbar. $\beta\gamma$.

§ 79. *olei propter*, Tacd. *propter olei*, $\beta\gamma$. — *fertilitatem*, T. *feritatem*, acd. — *e*, ac. *de*, d. — *e*, θacd. *a*, $\beta\gamma$. — *nullumque*, ac. *nullumque ibi*, Td.

§ 80. *Genera*, Theophr. hist. plant. VII. 4, 4. — *ac fruticosa*, θacd. *atque fruticosa*, $\beta\gamma$. — *ciendas*, Pint. — *a semine*, Hard. e codd. *semine*, θacd. *seminis*, β. Huic voci addunt *est* $\beta\gamma$, quod omittunt acd. — *nisi*, om. Pint.

§ 81. *Algidene*, c. — *et quod vocant*, Dalec. — *quod e*, omitt. acd.

§ 82. *agrion*, Dioscor. 2, 138. *cherain*, ac. *cheram*, θr (codd. Turn. adv. 24, 7.) *ceram*, Td. — *armoraciam*, a (codd. Gel.) *harmanaciam*, c. *harmonaciam*, d.

§ 83. *Vulcania*, d.

et ne lacunae stagnent adcumulari; ita in aestatem grandescere. Quidam prodidere, si palo adacto caverna palea insternatur sex digitorum altitudine, deinde in semen fimumque et terra congeratur, ad magnitudinem scrobis crescere; praecipue tamen salsis aluntur; itaque etiam talibus aquis inrigantur et in Aegypto nitro sparguntur, ubi sunt suavitate praecipui. In totum quoque salsugine amaritudo eorum 85
eximitur fiuntque coctis similes; namque et cocti dulcescunt et in naporum vicem transeunt. Crudos medici suadent ad colligenda acria viscerum cum sale ieiunos esse atque ita vomitionibus praeparant meatum. Tradunt et praecordiis 86
necessarium hunc sucum, quando φθειρίασιν cordi intus inhaerentem non alio potuisse depelli conpertum sit in Aegypto, regibus corpora mortuorum ad scrutandos morbos insecantibus. Atque, ut est Graeca vanitas, fertur in templo Apollinis Delphis adeo ceteris cibis praelatus raphanus ut ex auro dedicaretur, beta ex argento, rapum ex plumbo. Scires non ibi genitum Manium Curium inperatorem quem, 87
Samnitium legatis aurum repudiaturo adferentibus, rapa torrentem in foco inventum annales nostri prodidere. Scripsit et Moschion Graecus unum de raphano volumen. Utilissimi in cibis hiberno tempore existumantur iidemque dentibus semper inimici, quoniam atterant; ebora certe poliunt. Odium his cum viti maxumum refugitque iuxta satos.

27. Lignosiora sunt reliqua in cartilaginum genere a no- 88
bis posita, mirumque omnibus vehementiam saporis esse. Ex his pastinacae unum genus agreste sponte provenit; sta-

§ 84. *accumulari*, θacdr. *accumulare*, β. — *aestate*, d. — *deinde semen*, r. *deindeque semen fimo et*, Dalec. — *coningeratur*, c ex dittographia coniuncta. — *irrigantur*, a. *rigantur*, Appul. *frigantur*, cd.

§ 85. *In totumque*, Appul. — *viscerum*, θcdr (Appul.) *viscerum dandos*, aβγ. — *ieiunos*, Appul. *ieiunis*, acdβγ. — *edere*, r. Forma *esse* Plin. etiam alibi usus est; v. 20, 36. 121. 22, 91. 139. 27, 87. 30, 103.

§ 86. *Φteipiacin*, Appul. *pthiriasim*, d. *ithiriasin*, a. /// *ithiriasim*, D. *hithiriasim*, c. *phthisin*, βγ. Lectionem a nobis receptam confirmat Plin. Valerianus de re medica 4, 1., qui hunc locum exscripsit. — *expelli*, Appul. — *insectantibus*, Appul. *dissecantibus*, K. — *dedicaretur*, ita nos scripsimus ex Appuleio, qui *dedicatus* habet. *dicaretur*, d (codd. Gel.) βγ. *duceretur*, θac. — *ex plumbo*, Appul. *e plumbo*, acdβγ.

§ 87. *Manium Curium*, Torrent. ad Horat. carm. I. 12, 41. *M. Curium*, Appul. *M. Curium*, ac. *M̄. Corium*, d. *M. Corium*, D[1]. *augurium*, D[2]. — *hospitium*, θD[1]c. *hospitum*, Td. *hospitio*, a. *ab hostium*, D[2]. — *rapa*, Appul. *rapum*, acdβγ. — *iidemque*, acd. *sed*, Appul. — *eis*, Appul. *is*, d. — *cum viti*, ita

phylinos Graece dicitur; alterum seritur radice vel semine vere primo vel autumno, ut Hygino placet, Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo quam altissime refosso. An- 89
nicula utilis esse incipit, bima utilior, gratior autumno patinisque maxume; et sic quoque virus intractabile illi est. Hibiscum a pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis sed medicinae utile. Est et quartum genus in eadem similitudine pastinacae quam nostri Gallicam vocant, Graeci vero daucon, cuius genera etiam quattuor fecere, inter medica dicendum.

28. Siser et ipsum Tiberius princeps nobilitavit flagitans 90
omnibus annis ex Germania. Gelduba appellatur castellum Rheno inpositum, ubi generositas praecipua, ex quo adparet frigidis locis convenire. Inest longitudine nervos qui decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta quae mulso in cibis temperata etiam in gratiam vertitur. Nervos idem et pastinacae maiori, dumtaxat anniculae. Siseris satus mensibus Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri, Octobri.

29. Brevior his est et torosior amariorque inula per se 91
stomacho inimicissima, eadem dulcibus mixtis saluberrima. Pluribus modis austeritate victa gratiam invenit; namque et in pollinem tunditur arida liquidoque dulci temperatur, et decocta posca aut adservata vel macerata pluribus modis et tunc mixta defruto aut subacta melle uvisve passis aut pinguibus caryotis; alio rursus modo cotoneis malis vel sorbis

nos scripsimus ex Appuleio, qui *tumultum* habet, ubi littera extrema et para praecedentis ex proxima voce *maximum* est orta. *cum vite*, acd$\beta\gamma$. — *satos*, ac. *ratos*, d. *satas*, Appul.

§ 88. *etiam omnibus vehementibus*, c. — *sapori*, acd. — *esse*, acd. *inesse*, $\beta\gamma$. — *his*, acd. *iis*, $\beta\gamma$. — *agrestis*, ac. — *staphylinos Graece dicitur*, omitt. Tacd. — *alterum Graece seritur*, ac. *alterum Graeciae seritur*, Td. Adverbium *Graece* postea interpolatum in *Graeciae* remansit ex verbis superioribus. — *vere primo*, acd. *primo vere*, $\beta\gamma$.

§ 89. *patinis quam maxime*, r. — *vis*, r. — *intractabile illi*, acd. *illi intractabile*, $\beta\gamma$. *illi intractabilis*, r. — *stat*, Appul. — *gallecam*, Appul. — *daucon*, Barbar. *claucon*, a. *daucum*, c. *claucum*, d. *idaucum*, Appul. *dauci genera etiam*, r.

§ 90. *ex Germania*, Appul. *e Germania*, $\theta\gamma$. *a Germania*, acdβ. — *quae*, ad. *q; in*, c. — *Siseris*, acd. *Siser his*, r. *Ciceris*, codd. Gel. — *seritur*, r. — *Aprili*, *Martio*, acd.

§ 91. *est et*, acdr. *est sed*, $\beta\gamma$. — *in nulla*, θ. — *vel macerata* — *mixta*, om. r. — *careotis*, ad. *cereotis*, θ. *cerectis*, c. *caricis*, K.

aut prunis, aliquando pipere aut thymo variata defectus praecipue stomachi excitat, inlustrata maxume Iuliae Augustae cotidiano cibo. Supervacuum eius semen, quoniam 92
oculis ex radice excisis ut harundo seritur, et haec autem et siser et pastinaca utroque tempore, vere et autumno, magnis seminum intervallis, inula ne minus quam ternorum pedum, quoniam spatiose fruticat; siser autem transferre melius.

30. Proxuma hinc est bulborum natura, quos Cato in pri- 93
mis serendos praecepit celebrans Megaricos; verum nobilissima est scilla, quamquam medicamini nata exacuendoque aceto, nec ulli amplitudo maior sicut nec vis asperior. Duo genera medicae, masculum albis foliis, femina nigris; et tertium genus cibis gratum Epimenidu vocatur, angustius folio ac minus aspero. Seminis plurumum omnibus, celerius 94
tamen proveniunt satae bulbis circa latera natis, et ut crescant, folia quae sunt his ampla deflexa circa obruuntur; ita sucum omnem in se trahunt capita. Sponte nascuntur copiosissime in Baliaribus Ebusoque insulis ac per Hispanias. Unum de iis volumen condidit Pythagoras philosophus colligens medicas viris quas proxumo reddemus libro. Re- 95
liqua genera bulborum differunt colore, magnitudine, suavitate, quippe cum quidam crudi mandantur, ut in Cherroneso

§ 92. *autem*, θTacd. *autem seritur*, β. — *et autumno*, ad. *autumno*, c. — *inula ne*, Tacd (codd. Turn. adv. 11, 14.) *inulave*, θr. *nullave*, β. — *quam ternorum*, ac. *quaternorum*, d. — *siser autem*, c. *si seras*, a. *siser*, d.

§ 93. *hinc*, a. *hic*, cd. *his*, βγ. — *Cato* de re rust. 8, 2. — *exacuendoque aceto*, θTacd. *acetoque exacuendo*, βγ. *exacuendo aceto*, Appul. — *sicuti*, cd. — *nec vis*, d. *nec vi*, c. *in haec vi*, a. — *medicae*, θr. *medice*, c. *medicinae*, d. *medica*, βγ. — *masculum*, acd. *masculus*, β. *mascule*, Appul. — *femina*, ac. *feminae*, d (Appul.) — *genus*, Appul. *genus est*, acdβγ. — *Epimenidu*, θcd. *Epimendu*, a (lib. optimus ap. Salmas. de hyle p. 8. a. E.) *eppymoenito*, Appul. *epimenidium*, βγ. V. Schneider. ad Theophr. hist. plant. VII. 12, 1. et L. Dindorf, in Stephani thes. s. v. Ἐπιμενίδης. — *angustiis folio est et minus asperum*, Appul.

§ 94. *quae sunt in eis ampla*, codd. Gel. — *copiosissimae*, r. — *his*, Appul. — *Pythagoras philosophus condidit*, d. Quo iure Plin. scripserit *philosophus*, v. Muret. var. lect. 9, 20. — *proxumo* 20, 102 seqq.

§ 95. *genera bulborum*, acd. *bulborum genera*, βγ. V. Theophr. l. l. VII. 13, 8. — *crudi quidam*, d. — *bulbinem*, codd. Barbari. — *opitiona*, *cyica*, *leucoion*, ita nos scripsimus ex Theophr. l. l. VII, 13, 9. Ταῦτα δὲ καθάπερ τὸ λευκόϊον καὶ βολβίνη καὶ ὀπιτίων καὶ κύϊξ καὶ τρόπον τινὰ τὸ σισυριγχίον. *pytyon acocoygian*, a. *pytion cocoygiā*, c. *pythion ac ocoygiam*, d. *pythion*, *acrocorion*, βγ.

Taurica; post hos in Africa nati maxume laudantur, mox Apuli. Genera Graeci haec fecere: bulbinen, setanion, opitiona, cyica, leucoion, aegilipa, sisyrinchion; in hoc mirum imas eius radices crescere hieme, verno autem, cum adparuerit viola, minui ac contrahi, tunc deinde bulbum pinguescere. Est inter genera et quod in Aegypto aron vocant, 96
scillae proxumum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturae, quae estur et cruda. Effodiuntur bulbi ante ver aut deteriores illico fiunt, — signum maturitatis folia inarescentia ab imo, — vetustiores inprobantur, item longi ac parvi; contra 97
rubicundis rotundioribusque laus et grandissimis. Amaritudo plerisque in vertice est, media eorum dulcia. Bulbos non nasci nisi e semine priores tradiderunt, sed in Praenestinis campis sponte nascuntur ac sine modo etiam in Remorum arvis.

VI. 31. Hortensiis omnibus fere singulae radices, ut ra- 98
phano, betae, apio, malvae, amplissima autem lapatho, ut quae descendat ad tria cubita; silvestri minor et umida, effossa quoque diu vivit; quibusdam tamen capillatae, ut apio, malvae, quibusdam surculosae, ut ocimo, aliis carnosae, ut betae aut magis etiamnum croco; aliquis ex cortice et carne constant, ut raphano, rapis, quorundam geniculatae sunt, ut

— *aegilipa*, ita nos scripsimus ex vestigiis codicum. *aegy////lippa*, a. *aegyli pas*, c. *egili pas*, d. *aegilopa*, $\beta\gamma$. Nec vulgata nec a nobis restituta forma aliunde nota. — *sisorychion*, acd. V. Schneider. ind. Theophr. T. V. p. 502. s. v. σισυρυγχίον. — *minui ac*, ita nos scripsimus. *min ut hac*, c. *minus ut hac*, a. *minuta*, d. *minui et*, $\beta\gamma$. De *ac* litterae *c* praemissa v. ad 32, 24. — *tunc*, acd. *tum*, $\beta\gamma$.

§ 96. *inter haec genera*, K. — *estur*, θ. *esetur*, D[1]. *editur*, D[2]. *edetur*, a. *satur*, c. *seritur*, d. *edatur*, $\beta\gamma$. — *Fodiuntur*, Appul. p. 278. — *fiunt*, d (codd. Gel., Appul.) *fidunt*, c. *findunt*, a. *fiunt si finduntur*, r. *fiunt et finduntur*, Dalec. — *maturitatis*, a. *maturitatis est*, θcd (Appul.) — *inarescentia*, a (Appul.) *marcescentia*, K. *inarescentis*, d. *inarescentes*, c.

§ 97. *vetustioresque*, T. — *inprobantur*, Appul. *improbant*, acd$\beta\gamma$. — *longe ac parvi*, Appul. *longos ac parvos*, D. *longos et parvos*, ac. *longos e parvis*, d. *parvos et longos*, $\beta\gamma$. — *Bulbos non nasci nisi*, acd. *Non nasci eos nisi*, Appul. — *e semine*, θad. *et semine*, Appul. *ex semine*, β. *e se minime*, c. — *tradunt*, Appul. — *sed in*, T (Appul.) *sed in in*, d. *sed et in*, θacγ. *sed et*, β. — *nascuntur*, om. c. — *agris*, Appul.

§ 98. *Hortensibus*, Tr. Haec sumpta sunt ex Theophr. hist. plant. I. 6, 6. — *fore*, d. — *singulas*, d. — *lapatho*, Theophr. l. l. VII. 2, 7. — *minor et humida*, Tacd. *minor humida*, K. *minores tumidae*, β. — *aut magis*, a. *ut magis*, d. *magis*, c. — *etiamnunc*, a. — *aliquis*, cd. *aliquibus*, a$\beta\gamma$. — *carne et cortice*, d.

graminis. Quae rectam non habent radicem statim plurumis 99
nituntur capillamentis, ut atriplex et blitum; scilla autem et
bulbi et cepae et alium non nisi in rectum radicantur. Sponte
nascentium quaedam numerosiora sunt radice quam folio, ut
spalax, perdicium, crocum. Florent confertim serpyllum, ha- 100
brotonum, napi, raphani, menta, ruta; et cetera quidem cum
coepere, deflorescunt, ocimum autem particulatim et ab imo
incipit, qua de causa diutissime floret; hoc et in heliotropio
herba evenit. Flos aliis candidus, aliis luteus, aliis purpu-
reus. Folia cadunt a cacuminibus origano, inulae et ali-
quando rutae iniuria laesae, maxume concava sunt cepae,
gethyo.

32. Alium cepasque inter deos in iureiurando habet Ae- 101
gyptus. Cepae genera apud Graecos Sarda, Samothracia,
Alsidena, setania, schista, Ascalonia ab oppido Iudaeae no-
minata. Omnibus etiam odor lacrimosus et praecipue Cypriis,
minume Cnidiis; omnibus corpus totum pinguitudinis earum
cartilagine. E cunctis setania minuma, excepta Tusculana, 102
sed dulcis; schista autem et Ascalonia condiuntur; schistam
hieme cum coma sua relincunt, vere folia detrahunt, et alia
subnascuntur iisdem divisuris, unde et nomen; hoc exemplo
reliquis quoque generibus detrahi iubent, ut in capita cre-
scant potius quam in semen. Ascaloniarum propria natura; 103
etenim velut steriles sunt ab radice et ob id semine seri
illas, non deponi iussere Graeci, praeterea serius circa ver,
cum germinent, transferri; ita crassescere et tum properare

§ 99. *pluribus*, θr. — *nituntur capillamentis*, θacr. *capillamentis nituntur*, T d. *nascuntur capillamentis*, βγ. V. Schneider. ad Theophr. hist. plant. VII. 2, 7. — *bittum*, c. *bitum*, ad. — *cepae*, ita nos scripsimus. *caepe*, acdβγ. At ut taceam formam *cepe* apud Plinium perquam dubiam esse, certe talibus locis, ubi cepam aliis coniungit, plerumque numero plurali utitur; v. 2, 16. 19, 101. — *et arum in acutum non radicantur*, Dalec. — *reducuntur*, cd. — *sunt*, om. c. — *spalax*, ita nos scripsimus. *calax*, ac. *galax*, d. *aspalax*, βγ. *σπάλαξ* omnes codd. Theophrasti l. l. I. 6, 11., ubi edd. antt. habuerunt *ἀσπάλαξ*, Schneider. *ἀσφόδελος* scripsit, quem v. ad h. l. et in indice Theophr. s. v. *σπάλαξ* p. 506. — *perdicium*, Theophr. *perdiotum*, acd.

§ 100. *confertim*, Bod. ad Theophr. hist. plant. VII. 3, 1. p. 751. *cum fraxino*, acdβ. — *abrotonum*, ac. *abrotanum*, dβ. — *statim efflorescunt*, Dalec. — *Flos aliis* rel., Theophr. l. l. VII. 3, 1. — *Folia cadunt* rel., habet haec paulum mutata Appul. p. 284, 4. — *gethyo*, a. *getyo*, d. *grecie*, c.

§ 101. *Sarda*, θacd. *Sardia*, βγ. — *Alsidena*, corruptum habet Schneider. ad Theophr. l. l. VII. 4, 7. — *scista*, cd. *scirta*, a. — *totum paene tunicarum cartilagine*, Pint., quod non improbare videtur Schneider. l. l. *Omnibus radicum*

praeteriti temporis pensitatione; festinandum autem in his est, quoniam maturae celeriter putrescunt. Si deponantur, 104
caulem mittunt et semen ipsaeque evanescunt. Est et colorum differentia; in Isso enim et Sardibus candidissimae proveniunt. Sunt in honore et Creticae, de quibus dubitant an eaedem sint quae Ascaloniae, quoniam satis capita crassescunt, depositis caulis et semen; distant sapore tantum dulci. Apud nos duo prima genera: unum condimentariae quam 105
illi gethyon, nostri pallacanam vocant, seritur mensibus Martio, Aprili, Maio; alterum capitatae quae ab aequinoctio autumni vel a favonio. Genera eius austeritatis ordine Africana, Gallica, Tusculana, Ascalonia, Amiternina; optuma 106
autem quae rotundissima; item rufa acrior quam candida, sicca quam viridis, et cruda quam cocta, sicca quam condita. Seritur Amiternina frigidis et umidis locis et sola ali modo capite, reliquae semine. Proxuma quae aestate nullum semen emittunt, sed caput tantum quod inarescit; sequenti autem anno permutata ratione semen gignitur, caput ipsum conrumpitur. Ergo omnibus annis separatim semen cepae causa seritur, separatim cepae seminis; servantur autem optume in paleis. Gethyum paene sine capite est, cervicis 107
tantum longae et ideo totum in fronde, saepiusque resecatur ut porrum; ideo et illud serunt, non deponunt. Cetero cepas ter fosso seri iubent exstirpatis radicibus herbarum, in iugera denas libras; intermisceri satureiam, quoniam melius proveniat, runcari praeterea et sariri, si non saepius, quater.

corpus tectum pingui cart., Dalec. *tunicarum* iam Sabell. coniecerat, et sane Persius 4, 30. cepe *tunicatum* dicit.

§ 102. *E*, Tacd. *Et*, *β*. — *condiuntur*, c. *conduntur*, ad. — *semen*, D. *semet*, Tacd. *semina*, *βγ*.

§ 103. *sterilescunt*, Td. — *germinent*, *θ*Tc. *germinant*, ad*βγ*. — *tum*, ita nos scripsimus. *cum*, acd. *tunc*, *βγ*. — *matura*, ad. — *putrescant*, c.

§ 104. *caulem*, *θ*Tacdr. *et caulem*, *β*. — *mittunt*, *θ*Tacd. *emittunt*, *β*. — *sementant*, K. — *eviescunt*, Heins. adv. p. 460. — *in Isso*, Hard. T. *amisso*, *θ*acd. *Samo*, *β*. *apud Issum*, Pint. V. Theophr. l. l. VII. 4, 9. — *an eadem sint*, d. *in eadem. sint*, c. *in eadem sunt*, a. — *Ascalonitae*, a. — *satae radices agunt*, *θ*. — *caulis et semen*, *θ*d. *caules et semen*, c. *caules et semina*, a*βγ*.

§ 105. *getyn*, cd. *getin*, a. — *Gallicana*, c. — *Ascalonia*, *θ*Tacd. Om. *β*.

§ 106. *ali*, cd. *alio*, a. *allii*, *βγ*. — *emittit*, Dalec. — *increscit*, Dalec. — *autem*, om. d.

§ 107. *Gentium*, cd. *Genium*, a. V. Theophr. l. l. VII. 4, 10. — *resecantur*, ac. — *fosso*, acd. *fosso solo*, *βγ*. Ita dicitur *subacto* § 149. — *sariri*, d. *sacri*, ac.

Ascaloniam mense Februario serunt nostri; semen ceparum nigrescere incipiens antequam marcescant metunt.

33. Et de porro in hac cognatione dici conveniat, praesertim cum sectivo auctoritatem nuper fecerit princeps Nero 108
vocis gratia ex oleo statis mensum omnium diebus nihilque aliud ac ne pane quidem vescendo. Seritur semine ab aequinoctio autumno, si sectivom facere libuit, densius. In eadem area secatur donec deficiat, stercoraturque semper. Si nutri- 109
tur in capita, antequam secetur, cum increvit, in aliam aream transfertur summis foliis leviter recisis ante medullam et capitibus retractis tunicisve extremis. Antiqui silice vel testa subiecta capita dilatabant; hoc item in bulbis; nunc sarculo leviter convelluntur radices ut delumbatae alant neque distrahant. Insigne quod, cum fimo laetoque solo gaudeat, rigua odit et tamen proprietate quadam soli constant. Laudatissimus in Aegypto, mox Ostiae atque Ariciae. Se- 110
ctivi duo genera: herbaceum folio, incisuris eius evidentibus, quo utuntur medicamentarii; alterum genus flavidioris foli rotundiorisque, levioribus incisuris. Fama est Melam equestris ordinis, reum ex procuratione a Tiberio principe accersitum, in summa desperatione suco porri ad trium denariorum argenteorum pondus hausto confestim exspirasse sine cruciatu; ampliorem modum negant noxium esse.

34. Alium ad multa ruris praecipue medicamenta prodesse 111
creditur. Tenuissimis et quae spernantur in universum ve-

incipiens, d. *incipiens autem*, c. *autem incipiens*, a. — *marcescant*, θTacd. *marcescat*, βγ.

§ 108. *hanc cognationem*, a. *hanno cognationē*, c. — *auctoritatem nuper*, Tacd. *nuper auctoritatem*, βγ. — *fecerit*, Td. *fecit*, Appul. p. 278. *tegerit*, ac. *dederit*, βγ. — *estatis*, ad. — *mensum*, acd (Appul.) *mensium*, βγ. — *omnibus*, cd. — *pane*, cum praecesserit *nihil aliud*, sane offendit; etiam alibi Plin. verbum *vescor* cum accusativo iunxit; v. 8, 203. 113. 134. 11, 281. — *stercoratur. Qui*, acd.

§ 109. *Si nutritur*, Tacd. *nutritur*, β. — *aream*, cd. *alam*, a. — *detractis tunicis extremis*, Dalec. — *testa*, Salmas. exerc. p. 704. a. A. *tecta*, acd (codex Salmas.) *tegula*, βγ. V. Columell. XI. 3, 31. et Geopon. XII. 29, 2. — *distrahantur*, K. — *haec tamen*, K.

§ 110. *Laudatissimum*, K. — *Ostiae*, θTacd. *Orthiae*, β. — *herbaceum*, cd. (codd. Gel.) *hic ervaceum*, a. — *flavidioris*, Dalec. *suavidioris*, ar (codd. Salmas. exerc. p. 704. a. B.) *savidioris*, θ. *favidioris*, Tcd (alii libri Salmas.) *suavioris*, β. *validioris*, Pint. *pallidioris*, Salmas. γ. — *levioribus incisuris*, θT. *lenioribus incisuris*, acd. *incisuris levioribus*, βγ. — *arcersitum*, Appul. p. 278.

latur membranis, mox pluribus coagmentatur nucleis, et his separatim vestitis. Asperi saporis, quo plures nuclei fuere, hoc est asperius. Taedium huic quoque halitu ut cepis, nullum tamen coctis. Generum differentia in tempore, — praecox maturescit sexaginta diebus, — tum in magnitudine. Ulpicum quoque in hoc genere Graeci appellavere alium 112
Cyprium, alii ἀντισκόροδον, praecipue Africae celebratum inter pulmentaria ruris, grandius alio; tritum in oleo et aceto mirum quantum increscit spuma. Quidam ulpicum et alium in plano seri vetant castellatimque grumulis inponi, distantibus inter se pedes ternos. Inter grana digiti III interesse debent, simul atque tria folia eruperint, sariri; grandescunt quo saepius sariuntur. Maturescentium caules depressi in 113
terram obruuntur; ita cavetur ne in frondem luxurient. In frigidis utilius vere seri quam autumno. Cetero ut odore careant, omnia haec iubentur seri cum luna sub terra sit, colligi cum in coitu. Sine his Menander e Graecis auctor est alium edentibus, si radicem betae in pruna tostam superederint, odorem exstingui. Sunt qui et alium et ulpicum 114
inter conpitalia ac Saturnalia seri aptissime putent. Alium et semine provenit sed tarde; primo enim anno porri crassitudinem capite efficit, sequenti dividitur, tertio consummatur, pulchriusque tale existumant quidam. In semen exire non debet, sed intorqueri caulis satus gratia, ut caput vali-

§ 111. *rusticis*, Dalec. — *spernantur*, D². *sperantur*, D acd. *separantur*, βγ. — *in* ante *universum* omitt. acdr. At v. 3, 8. 6, 50. — *halitus*, K. — *ut*, a. Omitt. cd. — *XL*, Td. At v. Theophr. hist. plant. VII. 4, 11. — *tamen in*, θacd.

§ 112. *Vulpium*, D, qui infra *ulpicum* habet. — *antiscordon*, acd. *anti. CKOΔPON*, Appul. *aphroscorodon*, Pint. et Schneid. ad Theophr. l. l. VII. 4, 11. — *celebratur*, Appul. — *trito*, Kd. — *in oleo et aceto*, om. Pint. — *increscit*, Appul. *increscat*, acdβγ. Eximitur iam hic locus iis, quos collegit Krüger. *über Attraction* p. 471. — *imponi iubent*, K. — *IIII*, r. Omitt. acdβγ; at v. Schneid. ad Columell. XI. 3, 20. — *eruperint*, cd. *eruperunt*, aγ.

§ 113. *caules depressos* et *obruunt*, Td. — *utilius*, omitt. ac. — *Cetero*, θTacd. *Ceterum*, β. — *cum in coitu. Sine his*, acd. *coctus in eis*, Appul. — *radictum*, c. — *tostum*, c.

§ 114. *et ulpicum*, acd. *ulpicum*, γ. — *Opalia*, Sabell. — *ex semine*, Salmas. exercit. p. 823. a. C. e veteri codice. At v. Theophr. l. l. VII. 4, 11., unde haec ad verbum translata. — *crassitudinem capite efficit*, θacd. *crassitudine caput efficitur*, β. — *existimatur a quibusdam*, r. — *non*, om. c. — *caulis satus*, θTacd. *caulus sativus*, Rigalt. et Thuan. ap. Salmasium, qui *caules satius ea gratia ut* legit. *caulis sationis*, β. — *ut*, θTacd. *uti*, βγ.

dius fiat. Quod si diutius alium cepamque inveterare libeat, 115
aqua salsa tepida capita unguenda sunt; ita diuturniora fient
melioraque usui et in satu sterilia. Alii contenti sunt primo
super prunas suspendisse abundeque ita profici arbitrantur
ne germinent, quod facere alium cepamque extra terram
quoque certum est et cauliculo acto evanescere; aliqui et
alium palea servari optume putant. Alium est et in arvis 116
sponte nascens; alum vocant, quod adversus inprobitatem
alitum depascentium semina coctum, ne renasci possit, abi-
citur; statimque quae devoravere aves stupentes manu ca-
piuntur et, si paulum commorere, sopitae. Est et silvestre et
quod ursinum vocant, odore mili, capite praetenui, foliis
grandibus.

VII. 35. In horto satorum celerrime nascuntur ocimum, 117
blitum, napus, eruca; tertio enim die erumpunt, anetum
quarto, lactuca quinto, raphanus sexto, cucumis, cucurbita
septumo, prior cucumis, nasturtium, sinapi quinto, betae
aestate sexto, hieme decumo, atriplex octavo, cepae XIX. aut
vigesimo, gethyum decumo aut duodecimo, contumacius co-
riandrum, cunila quidem et origanum post XXX. diem, omnium

§ 115. *inveterare*, θTacd. *inveterari*, β. — *capita*, Tacd. Omitt. Hard. et γ vitio operarum. — *unguenda*, θTacd. *intingenda*, β. — *et*, acd. *sed*, βγ. — *primo*, acd. *fumo*, K. — *eviescere*, Heins. adv. p. 460. — *servari optime*, cd. *servare optime*, θa. *optime servari*, βγ.

§ 116. *alum*, acd. *alum hoc*, βγ. — *depascentium alitum*, d. — *statimque quaeque*, d. — *stupente*, ac. — *commorere*, θc. *commovere*, Tadrγ. *commoravere*, β. *commorentur*, Hard. V. Iani obss. in Plin. natur. hist. p. 20. — *sopitae*, θac. *resopitae*, Tdr. — *et quod*, θDc. *quod*, adβγ. — *odore milii*, Td. *odore miti*, r. *odor est mili*, ac. *odore molli*, βγ. *odore simili*, Dalec.

§ 117. *napos*, a²c. *capos*, a¹. *blitum*, *eruca*, *radix*, Pint., qui *napus* delet. Ceterum haec sumpta sunt ex Theophr. hist. plant. VII. 1, 3. — *rumpitur*, c. — *anetum*, acd (Appul. p. 278.) *anethum*, βγ. — *laptuca*, Appul. *lactucaque*, θd. *lactacaque*, ac. *lactuca quae*, D. — *cucurbitas*, Appul. p. 279., unde *cucurbita* scripsimus. *cucurbitae*, d. *his cucurbitae*, ac. *et cucurbitae*, βγ. — *nasturtium*, acd. *nascitur*, Appul. — *sinapi*, ac. *sinapis*, d. *quam sinapi*, Appul. *ac sinapi*, βγ. — *betę*, Appul. *beta*, acdβγ. — *cępę*, Appul. *caepe*, acdβγ. — *getim*, a. *getym*, cd. Verba *vigesimo*, *gethyum decimo aut* om. Appul. — *quadragesimum enim diem*, Appul. — *cum*, om. Appul. — *quinquagesimo*, omitt. ac (Appul.) In d rasura. — *maiore*, ac. *maiori*, d. *maiores*, Appul.

§ 118. *recentia*, Appul. *recentiora*, aβγ. *recentius*, cd. — *gignunt*, acd (Appul.) *gignuntur*, βγ. — *cucumi*, θacd (Appul.) *cucumere*, β. — *veteri*, d. — *tota*, θacdr (Appul.) *totum*, codd. Gel. βγ. — *gignitur*, Td. *gignunt*, c. *gignit*, a (codd. Gel., Appul.) βγ. — *sequenti*, d. — *et tertio*, Appul. *in tertio*, d. *tertio*, acβγ. — *suo*, omitt. r. *semel*, Dalec. — *enim semel*, acd. *omnis*, Appul.

autem difficillime apium; quadragesimo enim die cum celerrime, quinquagesimo maiore ex parte emergit. Aliquid 118
et seminum aetas confert, quoniam recentia maturius gignunt in porro, gethyo, cucumi, cucurbita, ex vetere autem celerius proveniunt apium, beta, cardamum, cunila, origanum, coriandrum. Mirum in betae semine; non enim tota eodem anno gignitur, sed aliquid sequente, aliquid et tertio; itaque ex copia seminis modice nascitur. Quaedam anno tantum suo pariunt, quaedam saepius, sicut apium, porrum, gethyum; haec enim semel sata pluribus annis restibili fertilitate proveniunt.

36. Semina plurumis rotunda, aliquis oblonga, paucis fo- 119
liacea et lata, ut atriplici, quibusdam angusta et canaliculata, ut cumino. Differunt et colore nigro candidoque, item duritia surculacea; in folliculo sunt raphano, sinapi, rapo. Nudum semen api, coriandri, aneti, feniculi, cumini, cortice obductum bliti, betae, atriplicis, ocimi, at lactucis in lanugine. Nihil ocimo fecundius; cum maledictis et probris serere prae- 120
cipiunt, ut laetius proveniat; sato pavitur terra, precantibus ne exeat. Quae in cortice sunt difficillime inarescunt maxumeque ocimum, et ideo siccantur omnia ac sunt fecunda.

§ 119. *aliquis*, ac. *aliquibus*, d$\beta\gamma$. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. VII. 3, 2. coll. IV. 12, 2. — *caniculata*, c. — *cumino. Differunt*, d. *comodii ferunt*, a. *cum odii ferunt*, c. — *candidiorae*, ac. *candidiore*, d. — *duritia surculacea. In*, acd. *duritie surculacea. In*, r. *duritie. Surculacea in*, β. *duritie, mollitie. In*, Dalec. — *raphanis*, ac. — *api*; pro h. v. habet *et fi* c, *et fit* a, om. d. — *obductum*, Tacd. *obducta*, $\beta\gamma$. — *ac*, ac.

§ 120. *Nihil cumino fecundius*, Pint., quam coniecturam Dalec. per errorem Chiffletiano θ vindicat. At v. Theophr. l. l. VII. 3, 3. — *et probris*, d (Appul.) *ac probris*, ac$\beta\gamma$. — *serere praecipium*, Appul. *serendum praecipiunt*, acd$\beta\gamma$. — *ut*, Appul. Omitt. acdr. — *proveniet*, r. Ceterum verba *ut laetius proveniat* cum β ad superiora retuli, cum γ ad sequentia referat. *φασὶ γὰρ δεῖν καταρᾶσθαί τε καὶ βλασφημεῖν σπείροντας, εἰ μέλλει (τὸ κύμινον) καλὸν ἔσεσθαι καὶ πολύ*, Theophr. hist. plant. VII. 3, 3. Plinio autem superstitiosum hunc ritum ad ocimum referenti, cum Theophrastus l. l. et IX. 8, 8. id de uno cumino narraverit, verba Persii 4, 22. *discincto cantaverit ocima vernae* calculum adiiciunt. — *precantibus*, Appul. *ad cacuminum qui serunt precantur*, ad. *ad cauminum qui serunt precantur*, c. *Et cuminum qui serunt precantur*, $\beta\gamma$. Liberat h. l. Appul. Plinium magna foedaque interpolatione, quae facta est per eos, qui meminerant ritum illum superstitiosum a Plinio ocimo tributum a Theophrasto cumino tribui. Hanc notitiam a librario aliquo margini appictam postea in ipsam orationem receperunt, in qua emendanda frustra desudarunt Pint. et Cornar. ad Dioscor. 2, 127. — *Quae*, cd. *quō*, a. *qm̄*, D. — *marcescunt*, a. — *ideo*, D[2]. *id forsicia*, D[1]. *id for siciam*, a. *id fossitiam*, d. *ad forsitiā*, c. *gith*, $\beta\gamma$. Syllabae *for* et *fos* corruptae sunt ex *eo*; at *sicia*, *siciam* et

Utique meliora nascuntur acervatim sato semine quam sparso; ita certe porrum et apium serunt in laciniis conligatum, apium etiam paxillo caverna facta ac fimo ingesto. Nascun- 121
tur autem omnia aut semine aut avolsione, quaedam semine et surculo, ut ruta, origanum, ocimum, — praecidunt enim et hoc cum pervenit ad palmum altitudinis, — quaedam et semine et radice, ut cepa, alium, bulbi et si quorum radices anniferorum relinquuntur. Eorum vero quae a radice nascuntur radix diuturna et fruticosa est, ut bulbi, gethyi, scillae; fruticant alia et non capitata, ut apium et beta. Caule reciso 122
fere quidem omnia regerminant exceptis quae non scabrum caulem habent, et in usum vero ocimum, raphanus, lactuca; hanc etiam suaviorem putant a regerminatione. Raphanus utique iucundior detractis foliis antequam decaulescat; hoc et in rapis; nam et eadem dereptis foliis cooperta terra crescunt durantque in aestatem.

37. Singula genera sunt ocimo, lapatho, blito, nasturtio, 123
erucae, atriplici, coriandro, aneto; haec enim ubique eadem sunt neque aliud alio melius usquam. Rutam furtivam tantum provenire fertilius putant sicut apis furtivas pessime.

cetera lectionum portenta corrupta sunt vestigia sequentis vocis male iteratae. Plantam gith h. l. non commemorat Theophr. hist. plant. VII. 3, 3. *μάλιστα τὸ ὤκιμον — —· διὸ καὶ προαφαιροῦντες αὐτὰ ξηραίνουσι. Siccata omnia sunt*, Dalec. — *et apium serunt*, Bod. ad Theophr. l. l. VII. 3, 4. *οὕτω γὰρ τὸ τοῦ πράσου καὶ τὸ τοῦ σελίνου τιθέασι*, coll. Niclas. ad Geopon. XII. 29, 5. et Schneider. ad Theophr. l. l. p. 556. *et allium serunt*, acd$\beta\gamma$. — *apium*, Theophr. l. l. VII. 3, 5.

§ 121. *Nascuntur autem omnia* seqq., ex Theophr. hist. plant. VII. 2, 1. — *quaedam et semine et*, Td. — *praecidunt etiam*, Dalec. — *prevenit*, a. — *palmae altitudinem*, K. — *et semine et radice*, acd. *et radice et semine*, $\beta\gamma$. — *radices*, Pint. *radicem*, acd$\beta\gamma$. — *anniferorum*, Barbar. *minimiferorum*, a^{2}cd (codd. Barbari). *minimeferorum*, a^1. *minime caules*, Pint. — *relinquuntur*, Pint. *relinquunt ut*, acd. *relinquunt*, $\beta\gamma$. *φύεται δὲ καί, εἴ τινων αἱ ῥίζαι διαμένουσιν ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἐπετειοκαύλων ὄντων*, Theophr. l. l. VII. 2, 1. — *fruticant*, d. *fructificant*, θac. — *et alia non*, Dalec. — *capitata*, Pint. *capita*, acd. *capite*, $\beta\gamma$. *παραβλαστάνει δ' ἔνια καὶ τῶν μὴ κεφαλορρίζων, χρονιωτέρων δέ, οἷον σέλινον καὶ τεύτλιον*, Theophr. l. l. VII. 2, 2.

§ 122. *crebrum caulem*, Pint. V. Schneid. ad Theophr. hist. plant. VII. 2, 4. p. 548. — *dereptis*, θacr. *direptis*, dβ. — *aestatem*, Kd. *aestate*, ac$\beta\gamma$. *διαμένουσι γῆς ἐπιβληθείσης ἄχρι θέρους καὶ αὔξησιν λαμβάνουσι*, Theophr. l. l. VII. 2, 5.

§ 123. *usque*, ac. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. l. l. VII. 4, 1. — *fertilius*, acd. *fertivam*, Appul. p. 279. — *autem*, ad (Appul., quamquam hic verbis paulum transpositis). Omitt. c$\beta\gamma$. Apud Appuleium cum verba ita legantur: *mente autem et mentastrum et nepte et intubum et puleium etiam non sata nascuntur*, vix dubium est, quin legendum sit *mente, mentastrum*. Nam licet apud ne-

Nascuntur autem etiam non sata, mentastrum, nepete, intubum, puleium. Contra plura genera sunt eorum quae diximus dicemusque et in primis apio. VIII. Id enim quod sponte 124
in umidis nascitur helioselinum vocatur, uno folio nec hirsutum, rursus in siccis hipposelinum, pluribus foliis, simile helioselino; tertium est oreoselinum cicutae foliis, radice tenui, semine aneti, minutiore tantum. Et sativi autem differentiae in folio denso, crispo aut rariore et leviore, item caule tenuiore aut crassiore; et caulis aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius.

38. Lactucae Graeci tria fecere genera: unum lati caulis, 125
adeo ut ostiola olitoria ex his factitari prodiderint; folium his paulo maius herbaceo et angustissimum, ut alibi consumpto incremento; alterum rotundi caulis, tertium sessile quod Laconicum vocant. Alii colore et tempore satus genera discrevere; esse enim nigras quarum semen mense Ianuario seratur, albas quarum Martio, rubentis quarum Aprili, et
omnium earum plantas post binos menses differri. Diligen- 126
tiores plura genera faciunt, purpureas, crispas, Cappadocias, Graecas, longioris has foli caulisque lati, praeterea longi et angusti, intubi similis; pessimum autem genus cum expro-

minem veterum nisi Plinium l. l. de germinatione cum ceterarum illarum plantarum tum mentae spontanea quidquam dicatur, Appuleii tamen illud additamentum primum ea de causa vix in dubitationem vocari potest, quia verba ita collocavit, ut de errore calami cogitari nequeat, tum quod apud Plinium permulta leguntur, quae alibi non invenias, denique quod etiam alio loco natura mentae cum ceteris plantis commemoratis componitur (19, 160.), ubi maxime haec verba: *congruit* (menta) *puleio, cuius natura in carnariis reflorescens saepius dicta est*, Appuleii lectionem confirmant. — *nepete*, acd. *nepte*, Appul. *nepeta*, $\beta\gamma$. — *Contra plura genera*, haec sumpta sunt ex Theophr. hist. plant. VII. 4, 6. — *de apio*, r.

§ 124. *Id enim*, Theophrast. l. l. VII. 6, 3. — *raro folio nec hirsuto*, Pint. — *pluribus*, om. Pint. — *semine cymini*, Dalec. — *Et sativi autem*, d (codd. Gel.) *Et sativa autem*, ac. *Est autem sativi*, r. — *differentiae*, cd (codd. Gel.) *differentia*, ar. — *leviore*, acd. *latiore*, Brot. ex Theophr. hist. plant. VII. 4, 6. *τὰ δὲ* (*ἔχει φύλλον*) *μανώτερον καὶ πλατύτερον, καυλὸν δὲ μείζω.*

§ 125. *Lactucae Graeci*, Theophr. l. l. VII. 4, 3. — *ostiola*, cd (libri optimi ap. Salmas. exerc. p. 896. a. F.) *hostiola*, codd. Barbari, β. *urtiola*, a. *urceon*, r. *τῶν δὲ πλατειῶν οὕτω τινὲς πλατύκαυλοι γίγνονται, ὥστ' ἐνίους φασὶ καὶ θύραις χρῆσθαι κηπωρικαῖς*, Theophr. l. l. VII. 4, 5. — *eis*, c. — *ut alibi*, d. *et alibi*, ac. — *nutrimento*, K. — *Laconicum*, ac. *Laconium*, d. *Laconicon*, $\beta\gamma$. — *colore*, codd. Gel. *coloris*, acd. — *tempore*, codd. Gel. *tempori*, ac. *temporis*, d. — *at*, r. — *differri*, acd. *deferri*, Hard. tacite, γ.

§ 126. *Cappadocias*, Td. *Cappadotias*, a. *Cappadocicas*, θc. *Cappadocas*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *longioris has latique caulis*, *praeterea folii longi*, K. *Longiores his folia caulesque lati*, r. — *intubis*, acd. — *similis*, d. *similes*, acr.

bratione amaritudinis appellavere picrida. Est etiamnum alia distinctio albae quae μηκωνὶς vocatur a copia lactis soporifera, quamquam omnes somnum parere credantur; apud antiquos Italiae hoc solum genus carum fuit et ideo lactucae iis lactis nomine dictae. Purpuream maxumae radicis 127
Caecilianam vocant, rotundam vero ac minuma radice, latis foliis ἀστυτίδα quidamque εὐνουχεῖον, quoniam haec maxume refrigerandae veneri est. Est quidem natura omnibus refrigeratrix et ideo aestate gratia; stomacho fastidium auferunt cibique adpetentiam faciunt. Divos certe Augustus lactuca 128
conservatus in aegritudine fertur prudentia Musae medici, cum prioris C. Aemili religio nimia eam negaret, in tantum recepta conmendatione ut servari etiam in alienos menses eas oxymeli tum repertum sit; sanguinem quoque augere creduntur. Est etiamnum quae vocatur caprina lactuca, de qua dicemus inter medicas; et ecce cum maxume coepit inrepere

picridia, acd. *pigricia*, Appul. — *albae*, Salmas. exerc. p. 896. b. F. ex Appul., qui *lactuca alba ΜΕΩΝΙC vocatur* habet. *atrae*, acd$\beta\gamma$. — *meconis*, cd. *miconis*, a. Graecam scripturam ex Appuleio restitui. — *soporifera*, Appul. *soporiferi*, ac$\beta\gamma$. *soporifere*, d. — *somnum*, Appul. *somnium*, acd. — *credantur*, r (Appul.) *creduntur*, acd$\beta\gamma$. — *lactucae iis lactis nomine dictae*, ita nos scripsimus. *lactucis nomen adiectae*, a. *lactucis nomen aiecte*, c. *nomen lactucis aiectae*, d. *nomen lactucis adiectae*, T. *a lacte lactucae dictae*, Appul. *lactucae nomen adeptae*, $\beta\gamma$. *Iis* i. e. antiquis Italiae; nomen *lactis* abolitum per vicinitatem vocis *lactucis*; locutio *lactis nomine* idem significat, quod *propter lac.* Alia coniecerunt Pint. et Salmas.

§ 127. *maximae radicis*, ad. *maximae radicibus*, c. *maxime radicibus*, θ. *maxime radices*, Appul. — *Caelianam*, Appul. — *astytida*, Salmas. exerc. p. 897. a. G. et Bochart. hieroz. 1. p. 603. *ΑΑΚΤΥΛΙΕ*, Appul., unde ego Graecas litteras reposui. *astilida*, cd. *artilida*, a. *astylida*, β. At de astylide h. l. sermonem esse non posse docent Athen. 2. p. 69. C. et ex eo Eustath. ad Hom. Il. p. 1283, 28. cum Geopon. 12, 13. — *eunucheon*, cd. *cumucheon*, a. *ΕΦΥΝΟΥΧΕΙΟΝ*, Appul., unde et h. l. Graecas litteras reposui. *eunuchion*, codd. Barbari, $\beta\gamma$. *eunuchon*, alii codd. Barbari. — *quidam*, Appul. — *refrigerandae veneri est*, Appul. p. 280. *refragetur veneri*, ad$\beta\gamma$. *refrageretur veneri*, c. — *gratia*, c (Appul.) *grecia*, a. *grata*, d. *gratae*, $\beta\gamma$.

§ 128. *certe*, Appul. *certus*, acd. — *Augustus*, omitt. acd (Appul.) — *providentia*, r. — *Musae*, om. Appul. — *cum*, ac. *indicium*, Td. — *prioris C. Aemili religio nimia eam negaret*; etiam hic locus maxime Appulei ope restitutus est, apud quem legitur *prioris Cameli religio nimia ei abnegaret.* Et hinc lucrati sumus veram scripturam *religio nimia*, quae Harduinum perduxit ad emendationem *eam negaret*, quae in omnibus Plinii codd. quamvis corrupta latet (v. infra); quod apud Appuleium legitur *ei abnegaret*, ipsi deberi apparet. Quod porro posuimus *C. Aemili*, scribendum hoc vidit C. Fr. Hermann. de Hieronymo ad Eusebium p. 19., cum ante eum Schneider. ad Columell. 10, 180., nos ipsi in editione minore et Estré prosopograph. Horat. p. 211. *Aemilii* coniecissemus, omnes eodem emendationis fonte usi scholiasta Cruquiano ad Horat. epp. I. 15, 3. „*Antonius Musa aegritudine Augusti artem suam illustravit; nam cum*

sativis admodum probata quae Cilicia vocatur, folio Cappadociae, ni crispum latiusque esset.

39. Neque ex eodem genere possunt dici neque ex alio 129
intubi, hiemis ii patientiores virusque praeferentes, sed caule non minus grati; seruntur verno plantae eorum, ultimo vere transferuntur. Est et erraticum intubum quod in Aegypto cichorium vocant, de quo plura alias. Inventum omnis thyrsos vel folia lactucarum prorogare urceis conditos et recentis in patinis coquere. Seruntur lactucae anno toto laetis et 130
riguis stercoratisque, binis mensibus inter semen plantamque et maturitatem. Legitimum tamen a bruma semen iacere, plantam favonio transferre aut semen favonio, plantam aequinoctio verno. Albae maxume hiemem tolerant. Umore omnia hortensia gaudent, et stercore praecipue lactucae et magis intubi. Seri etiam radices inlitas fimo interest et re- 131
pleri ablaqueata humo. Quidam et aliter amplitudinem augent, recisis cum ad semipedem excreverunt fimoque suillo

dolore arthritico laboraret et ad summam maciem perductus esset, curante Aemilio medico, qui eum adeo calidis curabat, ut tectum cubiculi eius velleribus muniret, hic postea, in contrarium versis omnibus, non solum perfusionibus frigidis, sed etiam gargarismis Cicerninae aquae, quae est Atellae in domo Caesaris, et potionibus usus est, ita ut intra breve tempus eum curaret, ob quam causam ab Augusto usque ad sestertium quadringenties ex senatusconsulto accepit.'' prioris Camelii religio minime omne caret, ac. *prioris Cameli religio minime omne caret,* T. *priores Cameli religio minime omne caret,* d. *priores Cameli religionum me omne caret,* Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 897. b. E. *priores Cameli religio nimiae omne caret,* Thuan. apud eundem. *cameli. Religio nimiae omni caret,* θ. *priores cameli religione minime omine caret,* codd. Barbari. *priores cameli religionum die omni manducarent,* codd. Turn. adv. 10, 20. *priores caverent, religione nunc omni caret,* β. *prioris Camelii religio nimia eam negaret,* γ. — *alios,* Appul. — *oxymeli tum,* Salmas., qui tamen praeterea *eas ex oxymeli* scribendum putat. *oxymelitum,* θacd (Thuan. ap. Salmas.) *oxymelite,* $\beta\gamma$. At ablativus *oxymeli* reperitur etiam apud Caton. de re rust. 157, 8. *ex oxymeli,* et hanc formam h. l. Plinio sine ulla dubitatione restituendam esse clarissime docet Appul., apud quem transpositis verbis *ortum* (i. e. *ac tum*) *repertum est etiam in alios menses eas oxymelli reservari* legitur. — *dicemus,* d. *dicimus,* ac. Vid. 20, 58. — *et ecce,* θTKacd. *Ecce,* β. — *Cappadociae,* θacr. *Cappadocice,* Td. *Cappadocae,* β. — *ni,* acd. *nisi,* $\beta\gamma$. — *lautius,* d.

§ 129. *Neque ex eodem,* acdr. *Neque ex eo,* Appul. *Nec ex eodem,* β. — *possunt,* Appul. *possint,* θad. *possit,* c. — *hiemis,* θacd. *hiemi,* β. — *ii patientiores,* ita nos scripsimus. *ipatientiores,* T. *inpatientiores,* adβ. *impatientior,* Appul. *patientiores,* Pint. cγ. V. Columell. XI. 3, 27. — *virusque,* ad. *que,* c. — *intibum,* Appul. — *Aegyptio,* c. — *alias* 20, 73. 21, 88. — *et recentes,* θacd. *ac recentes,* $\beta\gamma$.

§ 130. *irriguis,* d. — *semen iacere,* ad. *sementare,* c. — *Albae maxume,* Theophr. hist. plant. VII. 4, 3.

§ 131. *radice illita,* r. — *ablaqueatas,* K. *et regeri ablaqueatis humum,* Dalec. — *excreverunt,* a. *excreverint,* cd$\beta\gamma$.

recenti inlitis; candorem vero putant contingere iis dumtaxat quae sint seminis albi, si harena de litore a primo incremento congeratur in medias atque increscentia folia contra ipsas religentur.

40. Beta hortensiorum levissima est. Eius quoque a co- 132
lore duo genera Graeci faciunt, nigrum et candidius quod praeferunt, parcissimi seminis, appellantque Siculum, candoris sane discrimine praeferentes et lactucam. Nostri betae genera vernum et autumnale faciunt a temporibus satus, quamquam et Iunio seritur. Transferuntur autem in planta 133
hae quoque et oblini fimo radices suas locumque similiter madidum amant. Usus his et cum lentibus ac faba idemque qui oleris, et praecipuus, ut lenitas excitetur acrimonia sinapis. Medici nocentiorem quam olus esse iudicavere, quamobrem adpositas non memini; degustare etiam religio est, ut validis potius in cibo sint. Gemina iis natura et oleris et 134
capite ipso exsilientis bulbi, species summa in latitudine; ea contingit ut in lactucis, cum coeperint colorem trahere inposito levi pondere. Neque alii hortensiorum latitudo maior; in binos pedes aliquando se pandunt, multum et soli natura conferente; hae quidem in Circeiensi agro amplissimae proveniunt. Sunt qui betas punica malo florente optume seri 135
existument, transferri autem cum quinque foliorum esse coeperint. Mira differentia, si vera est, candidis alvom elici, nigris inhiberi, et cum brassica conrumpatur in dolio vini sapor, odorem betae foliis demersis restitui.

candorem — *dumtaxat*, om. c. — *his*, a d. — *congregatur*, c. — *ipso*, a c. *ipsum*, d.

§ 132. *candidum*, Appul. *nigram et candidam quam*, r. Sumpta haec sunt ex Theophr. hist. plant. VII. 4, 2. — *lactucam*, T a c d r. *lactucae*, β. *ut lactucae*, Pint. — *faciunt* post *autumnale* habent a c, post *genera* d $\beta\gamma$. — *satus*, θ K a c. *satuque*, T d. *sativis*, β. — *seratur*, d.

§ 133. *Transfertur*, a c d. — *harum plantae quoque*, Dalec. — *his*, a c d. *iis*, $\beta\gamma$. — *lentibus*, ita nos scripsimus. *lentis*, a c d. *lente*, $\beta\gamma$. — *sed praecipuus*, Dalec. — *nocentiorem*, a (codd. Gel.) *innocentiorem*, θ c d r. — *non memini*, a c. *non nemini*, d (codd. Barbari). *nomini non*, r.

§ 134. *Gemina iis*, a c. *Geniinalis*, d. — *et oleris*, a c. *est oleris*, d. — *caputе*, c. — *exsiliente*, Daleç. V. Schneider. ad Theophr. l. l. I. 10, 4. p. 64. — *latitudinem*, Appul. — *caulem trahere*, K. — *pandunt*, a c (Appul.) *expandunt*, T d. — *conferente*, d. *conferrent est*, a c. *confert. eis*, r. — *hae quidem*, a c. *siquidem*, T d. *et quidem*, r.

§ 135 *punico*, c d. — *alvom elici*, Dalec. *alvo melici*, θ c d. *salvo melici*, a. *alvum elici*, T. *aiunt alvo medici*, Appul. *solvi alvos modice*, $\beta\gamma$. — *brassica*, a c d. *brasicarum*, Appul. — *vini sapor*, c d (Appul.) *cum sapore*, a. — *odorem*, a. *eodem*, c d (Appul.) *odore*, $\beta\gamma$. — *foliis*, a (Appul.) *folio*, c d.

41. Olus caulisque, quibus nunc principatus hortorum, 136
apud Graecos in honore fuisse non reperio, sed Cato brassicae miras canit laudes quas in medendi loco reddemus. Genera eius facit tria: unam extentis foliis, caule magno, alteram crispo folio, quam apiacam vocant, tertiam minutis caulibus, lenem, teneram, minumeque probat. Brassica toto 137
anno seritur, quoniam et toto secatur, utilissime tamen ab aequinoctio autumni, transferturque cum quinque foliorum est; cyma a prima sectione praestat proxumo vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriorque cauliculus, Apici luxuriae et per eum Druso Caesari fastiditus non sine castigatione Tiberi patris. Post cymam ex eadem brassica con- 138
tingunt aestivi autumnalesque cauliculi, mox hiberni, iterumque cymae, nullo aeque genere multifero donec fertilitate sua consumatur. Altera satio ab aequinoctio verno est, cuius planta extremo vere plantatur, ne prius cyma quam caule pariat; tertia circa solstitium, ex qua, si umidior locus est, aestate, si siccior, autumno plantatur. Umor fimumque si defuere, maior saporis gratia est, si abundavere, laetior fertilitas; fimum asininum maxume convenit. Est haec quoque 139
res inter opera ganeae, quapropter non pigebit verbosius persequi. Praecipuus fit caulis sapore ac magnitudine, primum omnium si in repastinato seras, dein si terram fugientis cauliculos sequare terra tollentisque se proceritate luxuriosa exaggerando aliam adcumules ita ne plus quam

§ 136. *Cato* de re rust. 157. — *laudes canit*, d. — *reddemus* 20, 78 seqq. — *tria: unam*, omitt. acd. — *apiacam*, cod. Victorii ad Cat. *appiacam*, θcd. *apianam*, aβγ. *apiacon*, Cato. — *vocant*, θacd. *vocat*, βγ. *vocatur*, Cato. — *minimeque*, θTacd. *quam minime*, K. *minime*, β.

§ 137. *tamen*, acd. *autem*, T. — *transferturque*, θTacd. *transfertur*, β. — *cum*, acd. *tum*, T. — *VI foliorum*, Columell. XI. 3, 23. — *cyma*, acd (Appul.) *cymas*, β. — *sectione*, Appul. *secatione*, T. //// *secationem*, d. *sectatione*, c. *statione*, a. *satione*, K, quod praefert Schneider. ad Columell. 10, 129. — *per eum*, acd (Appul.) *perinde*, K. — *blanditus*, K.

§ 138. *fertilitate sua*, acd (Appul.) *sua fertilitate*, βγ. — *consummatur*, c (Appul.) — *Altera satio — quam caule pariat*, D ad marginem, omitt. acdβγ. Recipienda vero sunt illa verba ut vere Pliniana, quia ita demum *tertia* (sc. satio) explicatur, ubi Hard. male de cyma cogitat. — *si* ante *siccior* omitt. acd. — *plantator*, c. — *fimumque*, acd. *fimusque*, βγ.

§ 139. *sequare*, a. *quare*, c. *sequaris*, Td. *seces*, βγ. — *terra tollentesque se proceritate luxuriosa*, c. *e terra tollentesque se proceritate luxuriosa*, d. Cum cod. c consentit cod. a, nisi quod *dolentesque* habet. *a terraque attollentes se proceritate luxuriosa*, Hard. γ. *a terraque proceritate luxuriosa attollentes se*, β. — *attumules*, d.

cacumen emineat; Tritianum hoc genus vocatur bis conputabili inpendio taedioque. Cetera genera conplura sunt: 140
Cumanum sessili folio, capite patulum, Aricinum altitudine non excelsius, folio numerosius quo tenuius; hoc utilissimum existumatur, quia sub omnibus paene foliis fruticat cauliculis peculiaribus. Pompeianum procerius, caule ab radice tenui, 141
intra folia crassescit; rariora haec angustioraque, sed teneritas in dote, si frigora non tolerat, quibus etiam aluntur Bruttiani praegrandes foliis, caule tenues, sapore acuti. Sabellico usque in admirationem crispa sunt folia quorum crassitudo caulem ipsum extenuet, sed dulcissimi perhibentur ex omnibus. Nuper subiere Lacuturres ex convalle Aricina, ubi quondam fuit lacus turrisque quae remanet, capite praegrandes, folio innumeri, alii in orbem correcti, alii in latitudinem torosi; nec plus ullis capitis post Tritianum cui 142
pedale aliquando conspicitur et cyma nullis serior. Cuicumque autem generi pruinae plurumum suavitatis conferunt et, nisi obliquo volnere defendatur medulla, plurumum nocent. Semini destinati non secantur. Est etiam sua gratia numquam plantae habitum excellentibus, — halmyridia vocant, quoniam nisi in maritimis non proveniunt, — navigatione quoque 143

§ 140. *sessile*, cd. — *non excelsius*, ad. *excelsus*, c. — *quo*, a. *quō*, c. *qm̃*, d. *quoniam*, T. *quam*, $\beta\gamma$. — *inutilissimum*, Td. — *sub*, acd. *super*, K.

§ 141. *intra*, ac. *infra*, Td. *inter*, K. — *sed teneritas*, d (codd. Gel.) *se deteritas*, ac. *sed*, Dalec. Inepta sane particula *si*, at non minus offendit *teneritas*, quae *rarioribus* et *angustioribus* foliis non opponi potest, verum potius ut cognata dos describenda erat. His ex causis et ex vestigiis optimorum codd. legendum videtur: *sed aeternitas in dote*, *etsi* rel. *Aeternitas* eodem sensu dicitur 13, 53. 17, 129. — *frigora*, d[2] (codd. Gel.) *figura*, d[1]. *figuram*, ac. — *aluntur etiam*, d. — *Bruttiani*, a. *Britiani*, c. *Britanni*, Td. — *extenuet*, acd. *extenuat*, $\beta\gamma$. — *Lacuturreses*, c. — *Arina*, d. — *quae*, om. d. — *correcti*, Tacd. *porrecti*, $\beta\gamma$. — *latitudine*, d.

§ 142. *Trizianum*, cd. *Triozianum*, a. — *et cyma*, ac. *cyma*, d. — *seritur*, c. — *autem*, om. c. — *et nisi*, a. *nec nisi*, cd. — *nocet*, acd. — *etiam*, a. *iam*, cd. — *numquam*, ad (codd. Gel.) *num*, c. *nonnumquam*, K. — *excellentibus*; cum haec vox nulla ratione explicari possit, invitis omnibus codd. *excedentibus* legendum est, quod verbum Plin. quoque saepe cum accusativo iungit; v. 2, 6. 7, 128. 8, 166. — *almiridia*, c. *admiridia*, a.

§ 143. *Navigatione*; ab h. v. nova periodi pars incipienda est ex vera totius huius loci conformatione, cum hucusque ($\beta\gamma$) verba *navigatione* — *adservatis* superioribus annecterentur et nova periodus a *Statim* inciperet. — *longa*, Appul. — *viridis adservari si* Td. *viridis adservariis*, c. *viridis adservari*, a. *virides cauliculos adservasse*, Appul., qui, ut constructionem accusativi cum infinitivo, quae vere etiamnum a *sua gratia est* pendet, in qua locutione notio dicendi latet, lectoribus explicaret, substantivo *navigatione* verbum *aiunt* de suo prae-

longinqua viridis adservari, si statim desecti ita ne humum attingant in cados olei quam proxume siccatos obturatosque condantur omni spiritu excluso. Sunt qui plantam in transferendo alga subdita pediculo nitrive triti quod tribus digitis capiatur celeriorem ad maturitatem fieri putent; sunt qui semen trifoli nitrumque simul tritum adspergant foliis. Nitrum in coquendo etiam viriditatem custodit, aut Apiciana coctura, oleo ac sale, priusquam coquantur maceratis. Est 144
inter herbas genus inserendi praecisis germinibus et caulis in medullam semine ex aliis addito; hoc et in cucumere silvestri. Nec non olus quoque silvestre est divi Iuli triumpho carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum; alternis quippe versibus exprobravere lapsana se vixisse apud Durrachium, praemiorum parsimoniam cavillantes; est autem id cyma silvestris.

42. Omnium in hortis rerum lautissima cura asparagis. 145
De origine eorum in silvestribus curis abunde dictum et quomodo eos iuberet Cato in harundinetis seri. Est et aliud genus incultius asparago, mitius corruda, passim etiam in montibus nascens, refertis superioris Germaniae campis, non inficeto Tiberi Caesaris dicto herbam ibi quandam nasci

misit. *viridibus asservatis*, $\beta\gamma$. — *desecti*, Td (Appul.) *defecti*, c. *directi*, a. — *cado soli*, Appul. — *obduratosque*, c¹. *opitulatosque*, Td. — *condantur*, Td (Appul.) *oenduntur*, ac$\beta\gamma$. — *nitrive triti*, T. *nitrī///ve///triti*, d. *nitru vetriti*, ac. *nitrove trito*, $\beta\gamma$. — *semen trifolii*, ac. *semestri folii*, d. — *nitrumque*, ac. *nitrum*, d. — *custodit viriditatem*, d. — *ut in Apiciana*, Dalec. Mihi legendum videtur *ante* (i. e. *antea*), ut Plin. dicat nitrum caulibus in coquendo viriditatem custodire, si antea, priusquam coquantur, Apiciana coctura i. e. oleo ac sale sint macerati.

§ 144. *inserendi*, c. *inserendis*, ad. — *et caulis in medullam*, ita nos scripsimus. *et caulis et in medullam*, ad. *et caulis et medullam*, c. *caulis et in medullam*, $\beta\gamma$. — *abdito*, r. — *olus quoque silvestre est*, acd. *est silvester olus lapsana*, Appul. p. 280. — *tivi iuli triumpho*, Appul. *trium foliorum*, *divi Iulii*, acd$\beta\gamma$. *triumphorum*, Torrent. ad Suet. Caes. 68. *triumphis* vel potius *triumphalibus*, Dalec. Per illam egregiam ab Appuleio servatam scripturam mira illa divi Iulii carmina evanescunt, cum genetivus *divi Iulii* non amplius pendeat a *carminibus*, sed haec ipsa vox sit coniungenda cum *militaribus*; copula *que* vero ex notissimo illo usu explicanda est, quo ea saepissime duas voces eiusdem sensus ita coniungit, ut posterior explicationi inserviat prioris; v. nos ad 36, 15. et ad Cirim v. 263. De ablativo *triumpho* v. ad 32, 113. — *praecipueque locisque*, d. — *est autem* — *silvestris*, acd. *ea est cyma silvestris*, Appul. p. 281.

§ 145. *in hortis rerum*, T. *hortis rerum*, acd. *hortensiorum*, $\beta\gamma$. — *laudatissima*, T. — *in* ante *silvestribus* omitt. acd. — *abunde*, acd. *arboribus*, K. — *dictum* 16, 173. — *eas*, acd. — *arundineis*, acd. — *in montibus*, acd. *montibus*, $\beta\gamma$. — *inficeto*, θTacd. *inscito*, K. *infaceto*, β.

simillimam asparago. Nam quod in Neside Campaniae insula 146
sponte nascitur longe optumum existumatur. Hortensium
seritur spongeis; est enim plurumae radicis altissimeque
germinat; viret thyrso primum emicante, qui caulem educens
tempore ipso fastigatus in toros striatur; potest et semine
seri. Nihil diligentius conprehendit Cato novissimumque libri 147
est, ut adpareat repentem ac noviciam viro curam fuisse.
Locum subigi iubet umidum aut crassum, semipedali undique
intervallo seri, ne calcetur, praeterea ad liniam grana bina
aut terna paxillo demitti, — videlicet semine tum tantum sere-
bantur, — id fieri secundum aequinoctium vernum; stercore 148
satiari, crebro purgari, caveri ne cum herbis evellatur aspa-
ragus; primo anno stramento ab hieme protegi, vere aperiri,
sariri, runcari, tertio incendi verno. Quo maturius incensus
est, hoc melius provenit; itaque harundinetis maxume con-
venit quae festinant incendi. Sariri iubet idem non antequam
asparagus natus fuerit, ne in sariendo radices vexentur; ex 149
eo velli asparagum ab radice, — nam si defringatur, stirpescere
et intermori, — velli donec in semen eat, id autem mature-
scere ad ver incendique, ac rursus, cum adparuerit aspara-
gus, sariri ac stercorari; ac post annos VIII aut VIIII, cum
iam vetus sit, digeri subacto stercoratoque, tum spongeis seri
singulorum pedum intervallo; quin et ovillo fimo nominatim 150
uti, quoniam aliud herbas creet. Nec quicquam postea tem-
ptatum utilius adparuit, nisi quod circa idus Februar. defosso
semine acervatim parvolis scrobibus serunt, plurumum ma-
ceratum fimo; dein nexis inter se radicibus spongeas factas

§ 146. *eside*, d: — *sparte*, c. — *iudicatur*, T. — *Hortensiorum*, c. — *caudem*, acd. — *ipso*, om. T. — *fastigatus*, acd. *fastigiatus*, codd. Gel. *β*. — *in*, codd. Gel. *est in*, acd.

§ 147. *Cato* de re rust. 161. — *repentem ac noviciam*, Td. *repente magno viciam*, ac. *repentinam ac novitiam*, *βγ*. — *viro curam*, omitt. Tacd. — *aut crassum*, acd. *et crassum*, *βγ*. V. Cat. de re rust. 161, 1. — *nec calcent*, d. — *aut terna*, ad. *autem rega*, c. — *demitti*, Tad. *dimitti*, c*β*.

§ 148. *herba*, d. — *asparagis*, d. — *ab hieme*, ac. *hieme*, Td. — *provenire*, c. — *idem*, ac. *id est*, d.

§ 149. *defringatur*, acd. *defrangatur*, *θ*T. *defrangitur*, r. — *ac post*, acd. *Post*, T. — *VIII aut*; haec inseruimus ex Cat. 161, 3. Omitt. acd*βγ*. — *subacto*, acd. *subacto solo*, *βγ*. V. ad § 107. — *tunc*, d.

§ 150. *ovino*, T. — *herbas creet*, Tacd. *herbasceret*, *β*. — *acervatis*, acd. — *et pedalibus*, acd.

§ 151. *Indicavimus* 16, 173. 19, 54. — *et*, omitt. acd. — *hanc*, K. — *enim*, omitt. K (codd. Gel.) — *orminum*, acd. *MINΘN*, Appul. p. 281. *hor-*

post aequinoctium autumni disponunt pedalibus intervallis, fertilitate in denos annos durante; nullum gratius his solum quam Ravennatium hortorum. Indicavimus et corrudam; 151 hunc enim intellego silvestrem asparagum quem Graeci ὄρμινον aut μυάκανθον vocant aliisve nominibus; invenio nasci et arietis cornibus tunsis atque defossis.

43. Poterant videri dicta omnia quae in pretio sunt, ni 152 restaret res maxumi quaestus non sine pudore dicenda; certum est quippe carduos apud Carthaginem magnam Cordubamque praecipue sestertium sena milia e parvis reddere areis, quoniam portenta quoque terrarum in ganeam vertimus, etiam ea quae refugiunt consciae quadripedes. Carduos 153 ergo duobus modis serunt, autumno planta et semine ante nonas Martias, plantaeque ex eo disponuntur ante idus Novembr. aut in locis frigidis circa favonium; stercorantur etiam, si dis placet, laetiusque proveniunt; condiuntur quoque aceto melle diluto, addita laseris radice et cumini, ne quis dies sine carduo sit.

44. Cetera in transcursu dici possunt. Ocimum Parilibus 154 optume seri ferunt, quidam et autumno, iubentque, cum hieme seratur, aceto semen perfundi. Eruca quoque et nasturtium vel aestate vel hieme facillime nascuntur. Eruca praecipue frigorum contemptrix diversae est quam lactuca naturae concitatrixque veneris; idcirco iungitur illi fere in 155 cibis, ut nimio frigori par fervor inmixtus temperamentum aequet. Nasturtium nomen accepit a narium tormento, et inde

menum, γ. Ego litteras Graecas ut in sequenti nomine restitui, *ὄρμενον*, Pollux 6, 9., Phrynichus p. 111. ed. Lob. — *aut myacantum*, acd. *auta. ΔΥΑΚΝΘΟΝ*, Appul. — *aliisque*, d. — *tonsis*, Appul.

§ 152. *ni*, acd. *nisi*, βγ. — *decidenda*, a. — *sestertium*, acd. *sestertia*, Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 161. b. F., β. Illud praefert Gronov. de sestert. p. 22. — *e parvis reddere areis*, Salmas. *e parvis reddere eis*, Tcd (Thuan.) *et parvis reddere eis*, a. *a parvis reddere eis*, θ. *ex arvis*, K. *ut par eius, reddere*, β. — *etiam*, d. *Que etiam*, ac. — *consciae quadrupedes*, c. *concte quadrupedes*, d. *quadrupedes*, a. *quadrupedes consciae*, βγ.

§ 153. *serunt*, omitt. acd. — *deponuntur*, c. — *in locis frigidis*, a. *ut locis frigidis*, c. *ut frigidis locis*, d. — *condiuntur quoque*, ita nos scripsimus. *condiuntur*, Appul. *conduntur quoque*, acd. *condiunturque*, βγ. — *cumina. et quis*, Appul.

§ 154. *possit dici*, c. — *Paribus*, acd. — *cum in hieme*, acd. — *semen*, d. *semque*, ac. — *perfunditur*, a. — *et*, omitt. acd. — *nasturtium*, a. *masturtium*, cd. — *contextrix*, c. — *concitatrixque*, acd. *concitatrix*, βγ. *concitrisque*, Appul.

§ 155. *ut nimio*, ad (Appul.) *nimio*, c. — *narium*, c. *nasium*, a. *nardo*, d. *turmento narium*, Appul.

vigoris significatio proverbio usurpavit id vocabulum veluti torporem excitantis; in Arabia mirae amplitudinis dicitur gigni.

45. Ruta quoque seritur favonio et ab aequinoctio au- 156
tumni; odit hiemem et umorem ac fimum, apricis gaudet et siccis terraque quam maxume lateraria; cinere volt nutriri; hic et semini miscetur ut careat urucis. Auctoritas ei et peculiaris apud antiquos fuit; invenio mulsum rutatum populo datum a Cornelio Cethego in consulatu collega Quinti Flaminini, comitiis peractis. Amicitia ei cum fico tantum; nusquam laetior provenit quam sub hac arbore. Seritur surculo, 157
melius in perforatam fabam indito quae suco nutrit conprehendendo surculum; serit et se ipsa; namque incurvato cacumine alicuius rami, cum attigit terram, statim radicatur. Eadem et ocimo natura, nisi quod difficilius arescit; sed durata runcatur non sine difficultate, pruritivis ulceribus, ni munitis manibus id fiat oleove defensis; conduntur autem et eius folia servanturque fasciculis.

46. Ab aequinoctio verno seritur apium, semine paulum in 158
pila pulsato; crispius sic putant fieri aut si satum calcetur cylindro pedibusve. Proprium ei, quod colorem mutat; honos in Achaia coronare victores sacri certaminis Nemeae.

significatio proverbio, acd (Appul.) *significatione proverbium*, K. — *usurpavit id vocabulum*, acd. *id vocabulum usurpavit*, $\beta\gamma$. *usurpatur ut putas sicario est nasturcio*, Appul. — *excitantis*, d. *excitatis*, c. *excratis*, a.

§ 156. *autumni*, acd. *autumno*, β. — *odit hiemem*, Theophr. hist. plant. VII. 5, 1. — *et siccis*, a (Appul.) *ac siccis*, d. *a siccis*, c. — *terraque*, Tacdr. *terra*, $\beta\gamma$. — *laterari ac*, d. — *Cinere* rel., Theophr. de caus. plant. V. 6, 10. — *urucis*, d. *erucis*, ac$\beta\gamma$. — *ei et*, ita nos scripsimus. *et et*, c. *et*, ad. *ei*, Appul. *etiam*, $\beta\gamma$. — *fuit*, acd. *ei fuit*, $\beta\gamma$. — *mulsum*, Appul. *multum*, d. *mustum*, ac$\beta\gamma$. — *Quinti*, acd (Appul.) *Quintii*, codd. Gel. β. — *Flaminini*, c. *Flamini*, a (Appul.) *Flammi*, d. — *ei*, d. *et*, ac. *est ei et*, $\beta\gamma$. — *tantum*, acd (Appul.) *in tantum*, $\beta\gamma$. — *nusquam*, acd (Appul.) *ut nusquam*, $\beta\gamma$. — *provenit*, acd (Appul.) *proveniat*, $\beta\gamma$.

§ 157. *surculo*, d. *et surculo*, ac$\beta\gamma$. — *serit et se ipsa*, ita nos scripsimus. *seri & se ipsa*, c. *seri & se ipsā*, a. *seritur et se ipsa*, d. *Seritur et a se ipso*, β. *Seritur et a seipsa*, γ. Ceterum v. Theophr. hist. plant. VII. 2, 1. — *attigit*, acd. *attigerit*, $\beta\gamma$. — *Eadem — arescit*; haec vv. alio pertinere dicit Pint. — *arescit*, Tacd. *crescit*, $\beta\gamma$. — *delata*, Pint. — *pruritivis*, Hard. voce ab ipso ficta. *prorituus*, θacr[12]. *pruritus*, Td. *provenientibus*, β. V. Columell. XI. 3, 38.

§ 158. *paulum*, θacdr. *paululum*, $\beta\gamma$. — *pilato pulsato*, θacd. — *quod*, ac. *quidem*, d. — *honos*, ad. *onus*, c. — *in*, Tacd. *ipsi in*, $\beta\gamma$.

§ 159. *germinet*, c. — *spongea*, om. c. — *Non minus*, Hard. ex Columell. XI. 3, 37., ubi probat Schneider. *Minus*, acd$\beta\gamma$. *Nimis*, Pint. — *Hoc genus*, acd. — *ex hoc*, acd. *est; et hoc*, $\beta\gamma$. — *propagantur*, a. — *ut*, om. d. — *pu-*

47. Eodem tempore seritur menta planta vel, si nondum 159
germinat, spongea. Non minus haec umido gaudet; aestate viret, hieme flavescit. Genus eius silvestre mentastrum; ex hoc propagatur ut vitis, vel si inversi rami serantur. Mentae nomen suavitas odoris apud Graecos mutavit, cum ante mintha vocaretur, unde veteres nostri nomen declinaverunt; nunc autem coepit dici ΗΔΥΟCΜΟΝ. Grato menta mensas odore 160
percurrit in rusticis dapibus. Semel sata diutina aetate durat; congruit puleio, cuius natura in carnariis reflorescens saepius dicta est. Haec quoque servantur simili genere, mentam dico puleiumque et nepetam; condimentorum tamen omnium fastidiis cuminum amicissimum. Nascitur in summa 161
tellure vix haerens et in sublime tendens; in putribus et calidis maxume locis medio serendum vere. Alterum eius genus silvestre quod rusticum vocant, alii Thebaicum, si tritum ex aqua potetur, in dolore stomachi prodest. In Carpetania nostri orbis maxume laudatur, alioqui Aethiopico Africoque palma est; quidam hoc Aegyptio praeferunt.

48. Sed praecipue olusatrum mirae naturae est; hippose- 162
linum Graeci vocant, alii zmyrnium. E lacrima caulis sui nascitur; seritur et radice. Sucum eius qui colligunt murrae

tavit, Appul. p. 281. — *ante*, Appul. *alioqui*, a$\beta\gamma$. *alioquin*, d. *alio*, c, qui sequentia *qui mintha — nomen de* omittit. Adverbium *alioqui* ortum ex corrupto adverbio *ante*, cui sequens syllaba *min* corrupta adhaesit, nulla ratione defendi potest. — *veteres nostri*, ad. *nostri*, Appul. $\beta\gamma$. — *nomen*, Appul. Omitt. ad. — *declinaverunt*, Appul. *declinaverant*, adγ. *clinaverant*, c. *declaraverunt*, β. — *nunc autem coepit dici ΗΔΥΟCΜΟΝ*, Appul. Omitt. acd$\beta\gamma$. Forma *τὸ ἡδύοσμον*, pro qua sane usitatius dicebatur *ὁ ἡδύοσμος*, etiam Graecis non incognita; v. Dioscor. 3, 36. *τὸ δὲ ἄγριον ἡδύοσμον — γίνεται δασύτερον κτέ.*, coll. Hesych. s. v. *μίνθα* et schol. Aristoph. ran. 1107. Vulgatam huius loci scripturam defendunt Zumpt. in *Berliner Jahrbb. f. wissensch. Kritik* 1839. no. 79. p. 627. et Ian. in nuntt. litterar. Monac. 1839. no. 206. p. 612., supplemento Appuleii ut subditicio damnato, cum eo reiecto nesciamus, quomodo suavitas odoris apud Graecos nomen minthae mutaverit.

§ 160. *mento*, a. Omitt. cdγ. — *saepius* 2, 108. 18, 227. — *nepetam*, ac. *neptam*, d. *nepitam*, β. — *omnia quę fastidiis*, acd. *in condimento sumpta. In omnia quae fastidio sunt cuminum amicissimum*, r[12]. *Condimentariorum tamen omnium stomachi fastidiis*, K[1]. *omniumque fastidiis*, K[2]. Locus ita mutilatus et corruptus est, ut ex nostris subsidiis restitui non possit. — *tamen*, ac. *iam*, d.

§ 161. *putribus*, acd. *putridis*, $\beta\gamma$. — *quod*, om. c. — *prodest*, omitt. acd. — *nostri orbis*, ad. *nigorbi*, c. — *alioquin*, d. — *hoc*, Tacd. *huic*, $\beta\gamma$. — *Aegyptio*, T. *Aegyptium*, acd$\beta\gamma$.

§ 162. *holusatrum*, cd (Appul.) *holus astrum*, a. — *zmyrnium*, T. *zmurnium*, Appul. *zmirnium*, d. *zmirnum*, c. *smyrnium*, aγ. *smyrneum*, β. — *caulis*, Appul. *cautis*, acd. — *sui*, acd (Appul.) Om. β. — *et in radice*, Appul. — *qui*, acd (Appul.) Om. γ. — *murrae*, Appul. *murrhae*, r. *myrrhae*, acd$\beta\gamma$.

saporem habere dicunt, auctorque est Theophrastus murra sata natum. Hipposelinum veteres praeceperant in locis in- 163
cultis, lapidosis iuxta maceriam seri; nunc et repastinato seritur et a favonio post aequinoctium autumnum, quippe cum cappari quoque seratur siccis maxume, area in defossum cavata ripisque undique circumstructis lapide; alias evagatur per agros et cogit solum sterilescere. Floret aestate, viret usque ad vergiliarum occasum, sabulosis familiarissimum; vitia eius quod trans maria nascitur diximus inter peregrinos frutices.

49. Peregrinum et careum gentis suae nomine appellatum, 164
culinis principale, in quacumque terra seri volt ratione eadem qua olusatrum, laudatissimum tamen in Caria, proxumum Phrygia.

50. Ligusticum silvestre est in Liguriae suae montibus; 165
seritur iam ubique; suavius sativom sed sine viribus. Panacem aliqui vocant. Crateuas apud Graecos cunilam bubulam eo nomine appellat, ceteri fere conyzam id est cunilaginem, thymbram vero quae sit cunila. Haec apud nos habet vocabulum et aliud, satureia dicta in condimentario genere. Seritur mense Februario, origano aemula. Nusquam utrumque additur, quippe similis effectus; sed cunilae Aegyptium origanum tantum praefertur.

Theophrastus hist. plant. IX. 1, 4. — *murra*, Appul. *murrha*, r. *myrrha*, acd$\beta\gamma$. — *cata*, a.

§ 163. *autumnum*, acd. *autumni*, β. — *quippe cum*; ante haec verba necesse est multa interciderint, cum quae sequuntur nullo prorsus nexu cum praecedentibus cohaereant. — *cappari*, codd. Hard. *capparis*, acd$\beta\gamma$. At illa forma h. l. praeferenda est propter *familiarissimum* et *quod*, quamquam alias Plin. *capparis* dicit. Ceterum haec sunt sumpta ex Theophr. l. l. VI. 5, 2. — *defossum*, acd. *defossu*, β. — *cauta*, acd. — *ripisque*, cd. *rupisse*, a. — *alias evagatur*, d. *alia servatur*, a. *alia sevat'*, c. — *familiarissima*, Dalec. — *quod*, acd. *quae*, Dalec. T. — *diximus* 13, 127. — *frutices*, om. c.

§ 164. *Peregrinum*, om. c. — *gentis suae*, TKacd. *gentisve*, Appul. *gentis sui*, $\beta\gamma$. — *nomen*, ac. — *in culinis*, Appul. — *principalem*, ad.

§ 165. *Ligusticum*, codd. Gel., Appul. p. 282. *Ligustri cum*, acd. — *iam*, vetus cod. ap. Salmas. exerc. p. 900. a. A. *nec minus iam*, Appul. *etiam*, Tcd. Omitt. a$\beta\gamma$. — *cuniculam*, Appul. *conelam*, Thuan. et Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 900. a. B. — *ceteris*, d. — *conyzam id est*, acd. *conyzamides*, Thuan. et Rigalt. *cunizam idem*, K. *conyza mides*, Appul. *conyzoides*, β. *conyzam cunilaginem; iidem vero thymbram quae sit*, Dalec. — *conigalinem*, Thuan., Rigalt., Appul. — *thymbram*, c (Appul.) *thymbran*, a. *thymbra*, d. — *colnila*, Appul. *cunicula*, acd. — *satureia*, d (Appul.) *saturegia*, c. *saturagia*, a. — *aemula*, Appul. *aemulo*, acd. — *Nusquam*, acd. *et ideo nusquam*, Appul. — *origano*, d.

51. Peregrinum fuit et lepidium; seritur a favonio, dein 166
cum fruticavit, iuxta terram praeciditur, tunc runcatur stercoraturque per biennium hoc. Postea iisdem fruticibus utuntur, si non saevitia hiemis ingravat, quando inpatientissimum est frigorum. Exit et in cubitalem altitudinem, foliis lauri sed mollius; usus eius non sine lacte.

52. Git pistrinis, anesum et anetum culinis et medicis na- 167
scuntur, sacopenium quo laser adulteratur et ipsum in hortis quidem sed medicinae tantum.

53. Sunt quaedam comitantia aliorum satus, ut papaver; namque cum brassica seritur ac porcillaca, et eruca cum lactuca. Papaveris sativi tria genera: candidum cuius semen 168
tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur; hoc et panis rustici crustae inspergitur, adfuso ovo inhaerens, ubi inferiorem crustam apium gitque cereali sapore condiunt. Alterum genus est papaveris nigrum, cuius scapo inciso lacteus sucus excipitur. Tertium genus rhoean vocant 169
Graeci, id nostri erraticum; sponte quidem sed in arvis cum hordeo maxume nascitur, erucae simile, cubitali altitudine, flore rufo et protinus deciduo, unde et nomen a Graecis accepit. De reliquis generibus papaveris sponte nascentis dicemus in medicinae loco; fuisse autem in honore apud Romanos semper indicio est Tarquinius Superbus qui legatis

§ 166. *lepidum*, a d. *lapidum*, c. — *cum*, om. c. — *fructificavit*, a c. *fructificaverit*, d. — *tunc* — *biennium*, om. c. — *frigorum est*, d. — *lauri sed*, T. *lauribus sed*, a c d. *laurinis*, *β*. *laurinis*, *sed*, *γ*. — *mollius*, T a c d. *mollibus*, *β γ*. — *usus*, T a c d. *ususque*, *β γ*.

§ 167. *Git*, ita omnes codd. ad § 168. et in indice libri 20. *Gyt*, Appul. *Gip*, a c. *Gyp*, d. *Gith*, *β γ*. — *pistrinis*, Appul. *pistrinus*, a c d. — *anesum*, Appul. *annesum*, a c. *annesium*, d. *anisum*, *β γ*. — *anetum*, Appul. *anethum*, a c d *β γ*. — *sacopenium*, a c d. *sacopemum*, Appul. — *quo laser adulteratur*, Appul. Omitt. a c d *β γ*. Hanc vero observationem Appuleium de suo addidisse et propterea nego, quia in extrema silphii raritate, quod Plin. iam sua aetate fere exstirpatum queritur, Appulei. nullam illius faciundae mentionis causam habuit, et quod § 40. excerpens, ubi eadem referuntur (coll. Dioscor. 3, 84. *δολοῦται δὲ πᾶς ὀπὸς (σιλφίου) πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι, σαγαπήνου μιγνυμένου*), nomen *sacopenii* omisit, ceterarum plantarum nomina retinuit. Quodsi § 167. tantam sacopenio hac in re auctoritatem tribuisset, § 40. eam commemorare haud neglexisset. — *medicina*, a. — *ac*, a c d. *at*, K. — *porcillaca*, ita nos scripsimus; v. ad 13, 120. *portilaca*, a c d. *portulaca*, *β γ*.

§ 168. *sativa*, c. — *edebatur*, r. — *inspergunt*, Dalec. — *ammi* vel *anisum*, Dalec. — *gitque*, a c d. *githque*, *β γ*. — *exprimitur*, T.

§ 169. *rhoean*, codd. Salmas. exerc. p. 582. b. B. *rhyan*, a c (alii codd. Salmas.) *thyran*, d. *rhoeam*, Barbar. *β γ*. V. Theophr. hist. plant. IX. 12, 4. — *in arvis*, a c d (codd. Barbari). *maturius*, r. — *dicemus* 20, 198.

a filio missis decutiendo papavera in horto altissima sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit.

54. Rursus alio comitatu aequinoctio autumnali seruntur 170
coriandrum, anetum, atriplex, malva, lapathum, caerefolium quod paederota Graeci vocant, et acerrimum sapore igneique effectus ac saluberrimum corpori sinapi nulla cultura, melius tamen planta tralata; quin e diverso vix est sato semel eo 171
liberare locum, quoniam semen cadens protinus viret. Usus eius etiam pro pulmentario in patellis decocto, citra intellectum acrimoniae; cocuntur et folia sicut reliquorum olerum. Sunt autem trium generum: unum gracile, alterum simile rapi foliis, tertium erucae. Semen optumum Aegyptium. Athenienses napy appellaverunt, alii thapsi, alii saurion.

55. Serpyllo et sisymbrio montes plerique scatent, sicut in 172
Thracia; utique deferunt ex his avolsos ramos seruntque, item Sicyone ex suis montibus et Athenis ex Hymetto. Simili modo et sisymbrium serunt; laetissimum nascitur in puteorum parietibus et circa piscinas ac stagna.

IX. 56. Reliqua sunt ferulacei generis, ceu feniculum 173
anguibus, ut diximus, gratissimum, ad condienda pluruma, cum inaruit, eique perquam similis θαψία, de qua diximus inter externos frutices. Deinde utilissima funibus cannabis seritur a favonio; quo densior est, eo tenuior. Semen eius

§ 170. *autumnali*, Appul. *autumni*, acd*βγ*. — *seritur*, d. — *malva*, *lapathum*; pro his vv. habent *malva lapati* a, *malvę lapati* d, *millie lapathi* c, *balafathyum*, Appul. — *cerefolium*, Appul. *caerepollum*, acd (codd. Salmas. de hyle p. 15. a. F.) *cerepolon*, codd. Barbari et Salmasius. *cerepolium*, altera Salmasii coniectura. — *petere ton*, Appul. — *igneique*, ita nos scripsimus. *ignique*, c (Appul.) *igneque*, ad. *ignei*, *βγ*. — *tralata*, ed (codd. Gel.) *translata*, T. *relata*, a. Om. Appul.

§ 171. *quin e diverso*, acd. *in meo diverso*, Appul. — *sato est*, d. — *cadens*, ad. *candens*, c. *candidum*, Appul. — *contra*, d. — *thlaspi*, Hard. ex 27, 140. — *sarion*, c.

§ 172. *in*, omitt. acd. — *Threci*, d. — *utique*, a. *utiqua*, e. *ut aque*, T. *aut aque*, d. *ubi aquae*, *β*. V. Theophr. hist. plant. VI. 7, 2. — *his*, *θ*acd. *iis*, *β*. — *item satione*, d. — *et circa*, ad. *cirça*, c.

§ 173. *ferulaci*, Appul. — *diximus* 8, 98. — *condiendum*, Appul. — *inaruerit*, dr. — *ΘΑΨΙΛ*, Appul. — *diximus* 13, 124. — *tenuior*, Td. *tenior*, c. *tenerior*, a*β*. — *eius*, om. d. — *destringitur*, *θ*T. *distringitur*, acd*βγ*.

§ 174. *decortica*, d. — *proxima aut medullae*, K. — *laudatissima*, *θ*TKacd. *laudatissimum*, *β*. — *mesa*, om. c. — *secundā lasea*, c.

§ 175. *diximus* 13, 122. Ceterum hunc locum vix sanum putat Schneider. ad Columell. XII. 7, 1. — *ea*, acd. *eius*, *βγ*.

cum est maturum, ab aequinoctio autumni destringitur et sole aut vento aut fumo siccatur. Ipsa cannabis vellitur post vin- 174
demiam ac lucubrationibus decorticata purgatur. Optuma Alabandica, plagarum praecipue usibus; tria eius ibi genera; inprobatur cortici proxumum aut medullae, laudatissima est e medio quae mesa vocatur, secunda Mylasea. Quod ad proceritatem quidem attinet, Rosea agri Sabini arborum altitudinem aequat. Ferulae duo genera in peregrinis frutici- 175
bus diximus; semen eius in Italia cibus est; conditur quippe duratque in urceis vel anni spatio. Duo ea genera caules et racemi. Corymbiam hanc vocant corymbosque quos condiunt.

X. 57. Morbos hortensia quoque sentiunt sicut reliqua 176
terra sata; namque et ocimum senectute degenerat in serpyllum, et sisymbrium in mentam, et ex semine brassicae veteris rapa fiunt atque invicem; et necatur cuminum ab haemodoro, nisi repurgetur; est autem unicaule, radice bulbo simili, non nisi in gracili solo nascens. Alius privatim cumini morbus scabies; et ocimum sub canis ortu pallescit. Omnia vero accessu mulieris menstrualis flavescunt. Bestio- 177
larum quoque genera innascuntur, napis pulices, raphano urucae et vermiculi, item lactucis et oleri; utrisque hoc amplius limaces et cocleae, porro vero privata animalia quae facillime iniecto stercore capiuntur condentia in id se. Ferro quoque non expedire tangi rutam, cunilam, mentam,

§ 176. *terra*, θacd. *terrae*, $\beta\gamma$. — *senectute degenerat*, Ian. *senec degenerat lute*, a. *senec degenerati uti*, cd. *senecta degenerat*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *et sisymbrium*; pro his vv. habent *est et sisymbrium* cd, om. a. — *in mentam*, Constantin. ad Theophr. hist. plant. II. 4, 1. p. 28. *in menta*, codd. Barbari. *in zmintham*, d. *in zonnintam*, c. *in calamintham*, β. Om. a. — *atque invicem*, v. Varro de re rust. I. 40, 2. et Hand. Tursell. 3, 108. — *et necatur*, acd. *enecatur*, K. — *haemodoro*, ita nos scripsimus ex Theophr. hist. plant. VIII. 8, 5. secundum codicem Urbinatem. *imo dorso*, acd (codd. Barbari) β. *uno dorso*, T. *limodoro*, Hard. γ. *imo thyrso*, Tit. locc. controv. 2, 19. et assertionn. p. 59. refutatus ab Yvone Villiomaro p. 54. — *repurgetur*, ac. *forte purgetur*, Td. — *nisi in*, d[2]. *susi in*, d[1]. *sunt*, ac. — *gracili solo*, acd. *solo gracili*, $\beta\gamma$. — *Alius*, Tacd. *Alias*, $\beta\gamma$. De re v. Theophr. l. l. VIII. 10, 1.

§ 177. *flaccescunt*, Tit. locc. controv. 4, 11. et assertionn. p. 96. refutatus ab Yvone Villiomaro p. 86. — *pulices*, Bochart. hieroz. 2. p. 584., Schneid. ad Columell. XI. 3, 60., Theophr. l. l. VII. 5, 4. *culices*, acd (Appul.) $\beta\gamma$. — *urucae*, cd[2]. *uricae*, a. *erucae*, d[1] (Appul.) $\beta\gamma$. — *utrisque*, cd. *utriusque*, a. *utrique*, Appul. — *privata*, acd (Appul.) *privatim*, $\beta\gamma$. — *quae*, ac (Appul.) *uve*, d. — *facillime*, Appul. *facillime est*, acd. — *iniecto stercore*, Appul. *stercore iniecto*, acd$\beta\gamma$. — *Ferro quoque*, cd (Appul.) *Ferroque*, a$\beta\gamma$. — *expediri*, d. — *cuniculam*, d (Appul.).

ocimum auctor est Sabinus Tiro in libro cepuricon quem Maecenati dicavit.

58. Idem contra formicas, non minumum hortorum exitium, 178
si non sint rigui, remedium monstravit limum marinum aut cinerem opturandis earum foraminibus; sed efficacissime heliotropio herba necantur; quidam et aquam diluto latere crudo inimicam his putant. Naporum medicina ervi aliquid 179
una seri, sicut olerum cicer; arcet enim urucas; quo si omisso enata est, remedium est apsinthi sucus decocti inspersus vel sedi quam ἀείζωον vocant; genus hoc herbae diximus. Semen olerum si suco eius madefactum seratur, olera nulli 180
animalium obnoxia futura tradunt, in totum vero necari urucas, si palo inponantur in hortis ossa capitis ex equino genere, feminae dumtaxat. Adversus urucas et cancrum fluviaticum in medio horto suspensum auxiliari narrant. Sunt qui sanguineis virgis tangant ea quae nolunt his obnoxia. Infestant et culices hortos riguos, praecipue si sint arbusculae aliquae; hi galbano accenso fugantur.

XI. Nam quod ad permutationem seminum attinet, qui- 181
busdam ex his firmitas maior est, ut coriandro, betae, porro, nasturtio, sinapi, erucae, cunilae et fere acribus, infirmiora autem sunt atriplici, ocimo, cucurbitae, cucumi, et aestiva

Sabinius, θ (Appul.).

§ 178. *Idem*, cd (codd. Gel., Appul.) *Item*, a. — *obturandis*, ad (codd. Gel.) *opturantis*, Appul. *obdurandis*, c. — *his*, d (Appul. p. 253.) *eis*, acβγ.

§ 179. *medicina*, Appul. *medicine*, c. *medicinae*, d. *medicina est*, a (codd. Gel.) βγ. — *ervi aliquid*, ita nos scripsimus coll. Theophr. hist. plant. VII. 5, 4. *ταῖς δὲ ῥαφανίσι πρὸς τὰς ψύλλας [βοηθεῖ] τὸ ἐπισπείρειν ὀρόβους*, Geopon. XII. 7, 1. *οὐ γίνεται λάχανα ψυλλόβρωτα, ἐὰν τοῖς σπέρμασιν αὐτῶν ἐν τῷ σπείρειν ὀλίγον ὄροβον μίξῃς*, et Pallad. I. 35, 8. *ut olera animalia infesta non generent*—, *praestare fertur ervum aliquantulum satum.* Vides ubique sermonem esse de ervo. *erutaliquid*, Appul. *rivi aliquis*, d. *sui aliquis*, c. *si aliquis*, a. *siliquas*, βγ. — *ima*, a. — *urucas*, cd². *rucas*, Appul. *uricas*, a. *erucas*, d¹βγ. — *omisso*, acd. *emisso*, T. *misso*, Appul. — *enata est*, Appul. *enatae sint*, Td. *anatae sint*, ac. *iam natae sint*, βγ. De transitu a plurali ad singularem v. ad 37, 65. — *vel*, Appul. *et*, βγ. Omitt. acd. — *sidi*, Appul. — *ἀείζωον*, ita nos Graece scripsimus. *ali. ΑΙΖΩΝ*, Appul. *anzoum*, d. *angoum*, ac. — *diximus* 18, 159.

§ 180. *fuco*, a. — *necari*, K (Appul.) *necat*, Td. *nec*, acβγ. — *urucas*, acd². *erucas*, d¹ (Appul.) βγ. *erucis*, Dalec. — *feminae*, ac (Appul.) *femina*, d¹. *feminina*, d². — *urucas*, cd. *urycas*, a. *erucas*, Appul. βγ. — *fluviaticum*, Appul. *fluviatilem*, acdβγ. — *salignis*, Pint. — *tangant*, θTacd (Appul.) *tangunt*, β. — *nolunt his*, Appul. *nolint iis*, acd. *nolint*, r. — *obnoxia*, Appul. *obnoxia esse*, acdβγ. *infestari*, r. — *et culices*, acd (Appul.) *culices*, βγ. — *hortos*, a (Appul.) Omitt. cd.

omnia hibernis magis durant, minume autem gethyum. Sed ex his quae sunt fortissima nullum ultra quadrimatum utile est, dumtaxat serendo; culinis et ultra tempestiva sunt.

59. Peculiaris medicina raphano, betae, rutae, cunilae in 182
salsis aquis quae et alioqui plurumum suavitati et fertilitati conferunt. Ceteris dulcium aquarum rigua prosunt; utilissimae ex iis quae frigidissimae et quae potu suavissimae, minus utiles e stagno et quas elices inducunt, quoniam herbarum semina invehunt; praecipue tamen imbres alunt; nam et bestiolae innascentes necantur.

XII. 60. His horae rigandi matutino atque vespera, ne 183
infervescat aqua sole, ocimo tantum et meridiana; etiam satum celerrime erumpere putant inter initia ferventi aqua adspersum. Omnia autem translata meliora grandioraque fiunt, maxume porri napique. In translatione et medicina est desinuntque sentire iniurias, ut gethyum, porrum, raphani, apium, lactucae, rapa, cucumis. Omnia autem silvestria fere 184
sunt et foliis minora et caulibus, suco acriora, sicut cunila, origanum, ruta. Solum vero ex omnibus lapathum silvestre melius; hoc in sativis rumix vocatur, omnium fortissimum quae seruntur; tradunt certe semel satum durare nec vinci umquam a terra, maxume iuxta aquas. Sucus eius cum 185

§ 181. *perdurationem*, Pint. *permansionem*, Salmas. exerc. p. 904. b. F. Sumpta haec sunt ex Theophr. hist. plant. VII. 5, 3. — *his*, acd. *iis*, $\beta\gamma$. — *infirmiora autem*, om. d. — *durant*, aut h. v. delendum aut *minus durant* legendum coniicit Pint. — *getym*, c. — *culinis*, Pint. ac. *cunilis*, codd. Salmas. β. *cuniculis*, d.

§ 182. *cuniculae*, d. Sumpta haec sunt ex Theophr. de caus. plant. II. 5, 3. — *et alioqui*, ac. *et aliquibus*, d. Om. r. — *suavitatis*, d. — *Ceteris dulcium* rel., v. Theophr. hist. plant. VII. 5, 1. — *his*, d. — *utiles e stagno*, d. *utile est et agno*, c. *utile est et gano*, a. — *ilices*, θacd. — *bestiolas*, K. — *necant*, K.

§ 183. *matutino*, θTacd. *matutina*, $\beta\gamma$. Sumpta haec sunt ex Theophr. hist. plant. VII. 5, 2. — *ocimum*, cd. — *Omnia autem*, Theophr. hist. plant. VII. 6, 1. — *In translatione*, Theophr. hist. plant. VII. 5, 3. — *rapa*, θacd. *rapae*, $\beta\gamma$. — *cucuminis*, a.

§ 184. *autem*, ac. *fere*, d. — *silvestria fere sunt et*; pro his vv. habent *fere sunt et silvestria* ac, *sunt silvestria* d. — *succoque*, K. — *cunicula*, β. — *lapathum*, ac. *laphatum*, Appul. *raphanum*, d. — *sativis*, codd. Gel. *sata vis*, Appul. *sativum*, acd. — *rumix*, Appul. *rumex*, acd$\beta\gamma$. — *omnium fortissimum quae seruntur*, ita nos scripsimus. *omnium fortissimum quae servantur*, Appul. *nascunturque fortissimum*, ac. *nasciturque fortissimum*, d$\beta\gamma$. — *tradunt*, d (Appul.) *traduntur*, c. *traditur*, a (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *nec vinci umquam a*, acd (codd. Gel.) *ne vincium quā a*, Appul. *nec umquam vitia*, r. — *aquas*. *Sucus*, ita nos scripsimus. *aqua sucus*, Appul. *aquam*. *Usus*, acd$\beta\gamma$.

tisana tantum in cibis leviorem gratioremque saporem praestat. Silvestre ad multa medicamina utile est, adeoque nihil omisit cura ut carmine quoque conprehensum reperiam, in fabis caprini fimi singulis cavatis si porri, erucae, lactucae, api, intubi, nasturti semina inclusa serantur, mire provenire. Quae sunt et silvestria, eadem in sativis sicciora intelleguntur et acriora.

61. Namque et sucorum saporumque dicenda differentia 186
est vel maior in his quam in pomis. Sunt autem acres cunilae, origani, nasturti, sinapis, amari apsinthi, centaurei, aquatiles cucumeris, cucurbitae, lactucae, acuti thymi, cunilae, acuti et odorati api, aneti, feniculi. Salsus tantum e saporibus non nascitur nisi in cicerculis, sed extrinsecus quasi pulvis insidet.

62. Atque ut intellegatur vana ceu plerumque vitae per- 187
suasio, panax piperis saporem reddit et magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto; libanotis odorem turis, zmyrnium murrae. De panace abunde dictum est. Libanotis locis putribus et macris ac roscidis seritur; radicem habet olusatri, nihil ture differentem; usus eius post annum stomacho saluberrimus; quidam eam nomine alio rosmarinum

§ 185. *cuncti sana*, Appul. *cum typsana*, d. *cum tisata*, c. *cuncti sata*, a. — *medicamenta*, r. — *prehensum*, acd. — *reperi*, a. — *in fabis*, a. *fabis*, d. *favis*, c. *in globis*, K. — *sunt et*, ac (codd. Gel.) *sunt*, Tdrγ. — *iisdem sativis*, K. — *acutiora*, K.

§ 186. *saporumque*, ac (Appul.) *et saporum*, Td. — *quam in*, Appul. *quam*, acd$\beta\gamma$. — *cunilae*, ac. *cunt*, Appul. *cuniculae*, dβ. Latet nomen herbae ignotae, cum cunilae sapor infra demum commemoretur; ex Theophr. hist. plant. I. 12, 1. nihil lucramur. — *amari vero*, Appul. — *absenthi centaurię*, Appul. — *aquatiles autem*, Appul. — *acuti vero*, Appul. — *thymi*, Salmas. exerc. p. 159. a. F. *tumi*, Tcd (Thuan. ap. Salmas.) *tami*, θar^{12} (codd. Turn. adv. 24, 4. et nonnulli ap. Salmas.) *tani*, Turneb. et Dalec. *tantum*, β. Salmasii coniecturam etiam Schneider. ad Columell. 10, 373. praefert. — *cunilae*, ac (codd. Turn. et nonnulli ap. Salmas., Appul.) *cuniculae*, d (cod. vetustissimus Salmas.) — *tantum e saporibus*, ac. *tantum saporibus*, Appul. *autem tantum*, d. *autem e saporibus tantum*, T. — *nisi in cicerulis. sed extrinsecus quasi pulvis insitet*, Appul., quem sequendum putavi, ita ut cum Salmasio et γ scriberem *cicerculis* et *insidet* reponerem. *aliquando extra insidit pulveris modo et circulis tantum*, acd$\beta\gamma$, nisi quod in extremis emendationem Salmasii ex Theophr. de caus. plant. VI. 10, 1. petitam *ut cicerculis tantum* recepit γ.

§ 187. *Atque*, acd. *Aque*, codd. Salmas. exerc. p. 906. a. E. *aquae*, β ad superiora referens. — *zmyrnium*, Pint. *murrha*, β. *myrra*, acd. *smyrna*, Appul. p. 284. — *panice*, ac. — *dictum est* 12, 127. — *Libanotis*, Theophr. hist. plant. IX. 11, 10. — *putribus*, acd (Appul.) *putridis*, K. — *seritur*, Appul. *seritur semine*, acd (codd. Barbari), $\beta\gamma$. — *ture*, acd. *a thure*, $\beta\gamma$. Om. Appul.

appellant. Zmyrnium olus seritur iisdem locis murramque 188
radice resipit; eadem et siliquastro satio. Reliqua a ceteris
et odore et sapore differunt, ut anetum, tantaque est diver-
sitas atque vis ut non solum aliud alio mutetur sed etiam
in totum auferatur. Apio eximunt coci de obsoniis acetum,
eodem cellarii in saccis odorem in vino gravem. Et hactenus 189
hortensia dicta sint, ciborum gratia dumtaxat. Maxumum
quidem opus in iisdem naturae restat, quoniam proventus
tantum adhuc summasque quasdam tractavimus; vera autem
cuiusque natura non nisi medico effectu pernosci potest, opus
ingens occultumque divinitatis et quo nullum reperiri possit
maius. Ne singulis id rebus contexeremus, iusta fecit ratio,
cum ad alios medendi desideria pertinerent, longis utriusque
dilationibus futuris, si miscuissemus; nunc suis quaeque par-
tibus constabunt poteruntque a volentibus iungi.

§ 188. *Zmyrneum*, acd. *Et smyrnium*, $\beta\gamma$. — *tantaque est*, ad. *tantaque*, c. — *alius alio*, Dalec. — *coci de obsonis*, Appul. *coqui obsoniis*, acd$\beta\gamma$. — *in vino*, Appul. *vino*, acd$\beta\gamma$.

§ 189. *medico*, d. *modico*, ac. — *effecto*, θ. — *herbis attexeremus*, K. — *longius*, cd.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XX.

SECT. 1. Maxumum hinc opus naturae ordiemur et ci- § 1
bos suos homini narrabimus faterique cogemus ignota esse
per quae vivat. Nemo id parvom ac modicum existumaverit
nominum vilitate deceptus. Pax secum in his aut bellum na-
turae dicetur, odia amicitiaque rerum surdarum ac sensu
carentium et, quo magis miremur, omnia ea hominum causa,
quod Graeci sympathiam et antipathiam appellavere, qui-
bus cuncta constant, ignis aquis restinguentibus, aquas sole
devorante, luna pariente, altero alterius iniuria deficiente
sidere; atque ut a sublimioribus recedamus, ferrum ad se 2
trahente magnete lapide et alio rursus abigente a sese, ada-
manta opum gaudium, infragilem omni cetera vi et invictum,
sanguine hircino rumpente, quaeque alia in suis locis dice-
mus paria vel maiora miratu. Tantum venia sit a minumis
sed a salutaribus ordienti primumque ab hortensiis.

Ad hunc librum toti sunt excussi V (§ 186 — 264.) a d. De Pseudo-Appuleio Salmasiano v. praef. vol. I. p. XLI. et vol. V. p. XV seq.

§ 1. *Nemo*, a. *Ne*, θ T d. — *ac*, a. *et*, d. — *utilitate*, d. — *secum*, θ T a d. *simul*, β. — *diceretur*, a. — *odium*, codd. Rezz. — *amicitiaque*, a d. *amiciaique*, θ. *amicitiaeque*, β. — *et antipathiam*; haec verba inserui Pint. coll. 37, 59. et sequenti voce *quibus*. Omitt. a d β γ. — *restringuentibus*, a. — *aquas*, T. *aqua*, a d. *aquam*, β.

§ 2. *et*, delet Pint. — *alio*, theamede 36, 130. *allio illito rursus*, Cornar. ad Macrum f. 111. b. coll. Geopon. XV. 1, 28. — *ambiente*, d. — *adamanta*, ita nos scripsimus. *adamantarum*, T. *adamatarum*, θ a d. *adamantem*, β γ. — *opum gaudium*, *infragilem* et *et* delet Pint. — *infragili*, a d. — *vi et*, a. *vicit*, d. — *locis dicemus*, a d. *dicemus locis*, β γ. — *miratu*, T. *miratu////*, d. *miratus*, a. *mira*, β γ. *miraculo*, Dalec. — *sit si a minimis sed a salut. ordiemur*, K. — *hortensiis*, a r. *hortensibus*, d β.

CAP. I. 2. Cucumim silvestrem esse diximus, multo infra 3
magnitudinem sativi. Ex eo fit medicamentum quod vocatur elaterium suco expresso semini; cuius causa nisi maturius incidatur, semen exsilit oculorum etiam periculo; servatur autem decerptus una nocte, postero die inciditur harundine. Semen quoque cinere conspergitur ad coercendam suci abundantiam, qui expressus suscipitur aqua caelesti atque subsidit, deinde sole cogitur in pastillos ad magnos mortalium usus, obscuritates et vitia oculorum, genarum ulcera. Tradunt hoc 4
suco tactis radicibus vitium non attingi uvas ab avibus. Radix autem ex aceto cocta podagris inlinitur sucoque dentium dolori medetur, arida cum resina inpetiginem et scabiem quae psoram et lichenas vocant, parotidas, panos sanat et cicatricibus colorem reddit; foliorum autem sucus auribus surdis cum aceto instillatur.

3. Elaterio tempestivos est autumno nec ullum ex medi- 5
camentis longiore aevo durat. Incipit a trimatu; si quis recentiore uti velit, pastillos in novo fictili igni lento in aceto domet. Melius quo vetustius, fuitque iam ducentis annis servatum, ut auctor est Theophrastus. Et usque ad quinquage- 6
simum lucernarum lumina exstinguit; hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quam exstinguat scintillare sursum ac deorsum cogat. Pallidum ac leve herbaceo ac scabro melius ac leniter amarum. Putant conceptus adiuvari adalligato semine, si terram non attigerit, partus vero, si in arietis lana adligatum inscientis lumbis fuerit, ita ut protinus ab

§ 3. *cucū in*, Appul. — *diximus* 19, 74. *scimus*, Appul. p. 284. Ceterum v. Dioscor. 4, 152. — *multo*, a d. *non multo*, Appul. — *elaterium*, a (Appul.) *flaterium*, d[1]. *elacterium*, d[2]. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. IX. 9, 4. — *expresso*, a d. *exseso*, Appul. — *semini*, a (Appul.) *semine*, d. *e semine*, $\beta\gamma$. — *cuius*, a d. *quib;*, Appul. — *maturius*, a d (Appul.) *maturus*, θ. — *incidatur*, a d. *indatur*, Appul. — *conspergitur*; pro h. v. habent *conciditur* a d. — *oculorum*, a d. *oculorum sanat*, $\beta\gamma$. — *genarum*, a d. *genarumque*, $\beta\gamma$.

§ 4. *quaeque*, θ T a d. — *panos*, a d. *et panos*, $\beta\gamma$. — *foliorum autem*, Appul. *et foliorum*, a d $\beta\gamma$.

§ 5. *Elaterio tempestivus*, θ T a d. *Elaterium tempestivum*, β. — *longiore*, d. *longior ex*, a. — *igni*, a d. *igne*, $\beta\gamma$. — *fuitque iam*, a (codd. Gel.) *fuit quod iam*, T d. *erit; iamque*, r. — *servatum*, a d. *servatum est*, T. — *Theophrastus* hist. plant. IX. 10, 2.

§ 6. *Et usque*, a. *Eiusque*, d. *sed usque*, Appul. — *cogat*, a d. *cocat*, Appul. *cogit*, r. — *adiuvari adalligato semine*, a d. *adall. sem. adiuv.*, $\beta\gamma$.

enixu rapiatur extra domum. Ipsum cucumim qui magnificant 7
nasci praecipuum in Arabia, mox in Arcadia, dein Cyrenis tradunt, similem heliotropio, cuius inter folia et ramos provenire magnitudine nucis iuglandis, semen autem esse ad speciem scorpionum caudae reflexum sed candidum. Aliqui 8
etiam scorpionium cucumim vocant, efficacissimo contra scorpionum ictus et semine et elaterio. Ad purgandam utrique alvom modus portione virium a dimidio obolo ad solidum, copiosius necat. Sic et contra phthiriasim bibitur et hydropicis; inlitum anginas et arterias cum melle aut oleo vetere sanat.

II. 4. Multi hunc esse apud nos qui anguinus vocetur, 9
ab aliis erraticus, arbitrantur, quo decocto sparsa mures non attingunt. Iidem podagris eum et articularibus morbis decoctum in aceto inlinunt praesentaneo remedio; lumborum vero dolores semine sole siccato, dein trito, xx X pondere in hemina dato aquae sanat, tumores subitos inlito cum lacte mulierum. Purgat eas elaterium, sed gravidis abortum facit, suspiriosis prodest, morbo vero regio in naris coniectum; lentigines ac maculas e facie tollit in sole inlitum.

enixu rapiatur, T d. *ex mura rapiatur*, a[1]. *ex muv rapiatur*, a[2]. *ea eximatur et rapiatur*, r. *exitu rapiatur*, codd. Gel. β.

§ 7. *Ipsum*, a d (codd. Gel.) *Hunc*, Appul. — *cucumin*, a d. *cucumi*, Appul. — *praecipue*, Appul. — *in Arcadia dein Cyrenis*, Appul. *in Arcadia, Cyrenis alii*, θ T a d γ. *Cyrenis, alii in Arcadia*, β. — *cuius*, a. *cui*, T d. — *iuglandis, semen autem esse*, θ T a d. *iuglandis semen, esse autem*, β. — *caudae reflexum*, ita nos scripsimus. *gaudere flexus*, Appul. *cauda replexa*, θ a d γ. *cauda reflexa*, β. — *canditum*, Appul. *candida*, a d $\beta\gamma$.

§ 8. *etiam*; post h. v. habet *ab* a, *ob* d, *ab eo* $\beta\gamma$. At haec omnia librariis debentur, cum explicatio illius nominis infra sequatur. — *scorpionum*, a. *scorpionem*, d. — *efficacissimo*, a. *efficacissimum*, d $\beta\gamma$. *efficacissimum est*, Appul. — *scorpionis ictum*, Appul. — *et semine et elaterio*, a d. *et semen et laterum*, Appul. — *Ad purgandam utrique alvum*, Appul. *et ad purgandum utroque alvum*, T d. *et ad purgandum uterum alvosque*, a $\beta\gamma$. Ceterum haec verba vulgo ($\beta\gamma$) ad superiora referebantur, nos novae hinc enuntiationis initium fecimus, ut ea sequentibus arctissime annectantur. — *proporcionem*, Appul. — *a dimidio*, Appul. *ab dimidio*, a d $\beta\gamma$. — *phthiriasim*, a d. *phthiriasin*, $\beta\gamma$. — *hydropicis*, a d r. *hydropises*, $\beta\gamma$. At v. Ian. obss. critt. p. 21. — *aut oleo*, Appul. p. 285. *et oleo*, a d $\beta\gamma$.

§ 9. *vocetur*, θ T a d (Appul.) *vocatur*, β. — *cuius decocto*, K. — *murus*, a. Huic voci addunt *de eius medicina* a β, quae verba omittunt T d (Appul.) γ. — *Idem*, r (Appul.) — *eum et*, Appul. *cum et*, T d. *et*, K. *cum*, a $\beta\gamma$. — *articularibus*, Appul. *articuli*, θ T a γ. *articulis*, d. *articulorum*, β. — *aceto*, Appul. *acetum*, a d. — *inlinunt*, Appul. *illiniunt*, a d γ. — *presentaneorum medio*, Appul. — *dolores*, Appul. *dolore*, a. *dolori*, d $\beta\gamma$. — *sole*, θ T a d r (Appul.) *solo*, β. —

5. Multi eadem omnia sativis cucumeribus attribuunt 10
magni etiam sine iis momenti. Namque et eorum semen, quantum tres digiti adprehenderint, cum cumino tritum potumque in vino tussientibus auxiliatur, et phreniticis in lacte mulieris et dysintericis acetabuli mensura, purulenta autem exspuentibus cum cumino pari pondere et iocineris vitiis in aqua mulsa; urinam movet ex vino dulci et in renium dolore clysteribus simul cum cumino infunditur.

6. Pepones qui vocantur refrigerant maxume in cibo et 11
emolliunt alvom. Caro eorum epiphoris oculorum aut doloribus inponitur; radix sanat ulcera concreta in modum favi quae ceria vocant; eadem contrahit vomitiones; siccatur et in farinam tunsa datur quattuor obolis in aqua mulsa ita ut qui biberit quingentos passus postea ambulet; haec farina et in smegmata adicitur. Cortex quoque vomitionem movet, faciem 12
purgat; hoc et folia cuiuscumque sativi inlita. Eadem cum melle et epinyctidas sanant; cum vino canis morsus, item multipedae; sepa Graeci vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori praecipue nocivam; morsum tumor insequitur et putrescit locus. Ipse cucumis odore defectum animi refovet.

sicca, Appul. — *XX X*, Brot. *XXX*, a d. *XX*, r. *DXX*, Appul. *trium*, K. *triginta denariorum*, *β*. — *aqua dato*, Appul. — *sanat*, d. *sonat*, Appul. *sanant*, a. Vulgo (*βγ*) ab hoc verbo nova periodus incipit, nos id propter ceterorum verborum scripturam emendatam ad superiora retulimus. — *tumores*, codd. Gel. *umores*, a. *humores*, d. *et tumores*, *βγ*. — *illito*, a d. *illitum*, *βγ*.

§ 10. *cucumeribus*, Appul. Omitt. a d *βγ*; sed carere ea voce non possumus, quia narratio de cucumeribus supra § 3. inchoata pluribus rebus interiectis est interrupta. — *magni etiam sine is* (*his*, T d²) *momenti*, T a d. *Magnum etiam in eis momentum*, *βγ*. — *Nam*, Appul. — *adprehenderunt*, Appul. — *cum*, Appul. *cum in*, a d. — *auxiliantur*, d. — *et*, a d (Appul.) *sed et*, *βγ*. — *nephriticis*, K. — *disintericis*, Appul. Exscripsit haec Plin. Valerian. 4, 15. — *acetabulis*, d. — *autem*, a d. *aliqua*, Appul. — *pare in pondere*, Appul. — *renium*, a. *renum*, d *βγ*. — *cum*, d. Om. a. — *cumino*, a. *vini*, d. — *infunditur ei*, a d. Hoc pronomen ortum esse puto ex *et*, ita ut post hanc copulam nonnulla interciderint.

§ 11. *Pepones vocantur*, a. *Qui pepones vocantur*, T d. Exscripsit haec Plin. Valerian. 4, 14. — *molliunt*, Appul. — *dolore*, Appul. — *cum creda*, Appul. — *ceria*, Barbar., codd. Gel., Appul., Plin. Valer. 3, 22. *cerea*, a d. — *contrahit*, Barbar. a. *contra*, d *β*. V. Dioscor. 2, 163. — *siccatur*; hoc verbum ad superiora refert *β*; rectius interpunxit Hard. — *et*, omitt. a d. — *farina*, a d. — *thus addatur*, d. — *quingentos*, a. *MD*, T d. — *passus postea*, a d. *postea passus*, *βγ*.

§ 12. *folia*, d. *in folia*, a. — *illita*, a d. *illata*, *β*. *sativi. Illita eadem*, r. — *et epinyctidas*, *θ* T a d. *epinyctidas*, *β*. — *canis morsus*, Plin. Valer. 4, 15. — *multipedae*, *θ* T a d. *millepedae*, codd. Gel. *βγ*. — *sepa*, Barbar. T d. *sepe*, *θ*. *sepe*, a. *spea*, *β*. — *noxiam*, K. — *locus ipse. Cucumis*, r. *locus. Reficit cucumis odore defectos animo*, K. — *refovet*, Appul. *revocat*, K. Omitt. a d *βγ*.

Coctos deraso cortice ex oleo et aceto ac melle iucundiores esse certum est.

III. 7. Cucurbita quoque silvestris invenitur, σομφὸς a Grae- 13
cis appellata, intus inanis, unde et nomen, digitali crassitudine, non nisi in saxosis nascens. Huius conmanducatae sucus stomacho admodum prodest.

8. Colocynthis vocatur alia, ipsa plena semine sed minor 14
quam sativa. Utilior pallida quam herbacea. Arefacta per se inanit alvom, infusa quoque clysteribus intestinorum omnibus vitiis medetur et renium et lumborum et paralysi; eiecto semine, aqua mulsa in eo decoquitur ad dimidias; sic tutissimo infunduntur oboli quattuor. Prodest et stomacho 15
farinae aridae pilulis cum decocto melle sumptis. In morbo regio semina eius VII sumuntur et protinus aqua mulsa. Carnes eius cum apsinthio ac sale dentium dolorem tollunt, sucus vero cum aceto calefactus mobilis sistit; item spinae et lumborum ac coxendicum dolores, cum oleo si infricetur; praeterea, mirum dictu, semina eius, si fuerint pari numero in linteo adalligata, febribus liberare dicuntur quas Graeci periodicas vocant. Sativae quoque derasae sucus tepefactus 16
auribus medetur, caro eius interior sine semine clavis pedum et suppurationibus quae Graeci vocant ἀποστήματα; decoctae autem universae sucus dentium motus stabilit et dolores inhibet, vinum cum ea fervefactum oculorum etiam inpetus.

et aceto, Appul. *aceto*, a d β. Om. γ. — *ac melle*, Appul. *et melle*, a d $\beta\gamma$.

§ 13. *COMΦOC*, Appul. *somphos*, β et ind. libri I. *spongos*, a d γ. — *intus*, Appul. Omitt. a d $\beta\gamma$. Ita dicitur phthiriasis cordi *intus inhaerens* 19, 86.

§ 14. *Colicintis*, a. De re v. Dioscor. 4, 175. — *semine*, Appul. Omitt. a d $\beta\gamma$. — *quam herbacea*, T d. *quam de eius medicinae herbacea*, a. *quando eius sunt medicinae. Herbacea*, $\beta\gamma$. A voce *arefacta*, quae vulgo ($\beta\gamma$) cum *herbacea* coniungitur, novam periodum incepimus. — *omnibus*, θ T a d. *omnium*, β. — *renium*, a. *renum*, d $\beta\gamma$. — *sic*, θ T a d. Om. γ. — *tutissimo*, θ T. *tutissimi*, a d. *tussienti*, β. — *infunduntur oboli*, θ T a d. *infunditur obolis*, β.

§ 15. *Obest stomacho. Farinae aridae pilulae cum decocto melle sumuntur*, Dalec. — *farinae*, a. *ex farinae*, T d. — *pulvis cum decocto melle sumtus*, K. — *semina eius VII*, ita nos scripsimus. *semina eius uti*, a. *semina eius vitii*, d. *utiliter semina eius*, codd. Gel. $\beta\gamma$. *Semina* eodem modo leguntur § 15. 27, 38. — *ac sale*, a. *et sale*, d $\beta\gamma$. — *mobiles sistit*, Plin. Valer. 1, 66. — *in linteo*, Appul. Omitt. a d $\beta\gamma$. — *liberare*, ita nos scripsimus ex Appuleio, qui *cuius semen — adalligatum — liberat* habet. *mederi*, T d [2]. *sanare*, $\beta\gamma$. Omitt. a d [1].

§ 16. *derasae*, Appul. *rasae*, a d $\beta\gamma$. De re v. Dioscor. 2, 161. et Plin. Valer. 4, 6. — *quae*, a (Appul.) *quas*, T K d. — *ait. octi i Mata*, Appul. litteris Graecis maiusculis mire corruptis. — *modus*, Appul. p. 286. *motu*, d. *mentis*, a. — *ipsę*, a d. — *medentur*, r.

Folia eius cum recentibus cupressi contunsa et inposita, ipsa quoque tosta in argilla ac trita cum adipe anseris volneribus medetur. Nec non ramentis corticis recentis podagras refri- 17
gerat et ardores capitis, infantium maxume, et ignis sacros, vel iisdem strigmentis inpositis vel seminibus. Sucus ex strigmentis inlitus cum rosaceo et aceto febrium ardores refrigerat; aridae cinis inpositus mire conbusta sanat. Chrysippus medicus damnabat eas in cibis, sed omnium consensu stomacho utilissimae iudicantur et interaneorum vesicarumque exulcerationibus.

9. Est et rapo vis medica. Perniones fervens inpositum 18
sanat, item frigus pellit e pedibus. Aqua decocti eius fervens podagris etiam frigidis medetur et crudum tunsum cum sale cuicumque vitio pedum. Semen inlitum et potum in vino contra serpentis et toxica salutare esse proditur, a multis vero antidoti vim habere in vino et oleo. Democritus in totum ea 19
abdicavit in cibis propter inflationes, Diocles magnis laudibus tulit, etiam venerem stimulari ab iis professus; item Dionysius, magisque si eruca condirentur; tosta quoque articulorum dolori cum adipe prodesse.

10. Silvestre rapum in arvis maxume nascitur, fruticosum, 20
semine candido, duplo maiore quam papaveris. Hoc ad levigandam cutem in facie totoque corpore utuntur, mixta farina pari mensura ervi, hordei et tritici et lupini; radix ad omnia inutilis.

§ 17. *recens*, θTad. Om. Appul. *Recentis* cum sit accus. plur. pertinens ad *podagras*, Plin. Valer. 4, 6. *corticis viridis* scripsit pro genetivo habens. — *velisdem stricmentis*, Appul. *velis destrigmentis*, d. *vel his destrigmentis*, T. *velis destringentis*, a. *de strigmentis vel his*, βγ.

§ 18. *Perniones*, d. *Preniones*, Appul. *Pulmones*, a. Exscripsit haec Plin. Valer. 4, 34.; add. Dioscor. 2, 134. — *serviens*, ad. — *Aqua decocti eius fervens*, Tad. *aqua decoctum. Et ius*, β. — *antidantium habere*, ad.

§ 19. *ea abdicavit in cibis*, a (codd. Gel.) *abdicavit ea a cibis*, T. *abdicavit ab ea cibis*, d. — *extulit*, r. — *his*, ad, unde nos *iis* scripsimus. *eis*, codd. Gel. βγ. — *magisque si*, a (Appul.) *magis quasi*, d. *mas quam si*, T. — *condirentur*, ad (codd. Gel.) *condiatur*, Appul. — *tosta*, θadr. *cocta*, K. *Costa*, β. — *dolore*, a. — *prodesse*, codd. Gel. *prodest*, θTad.

§ 20. *papaver*, ad. De re v. Dioscor. 2, 135. — *laevigandam*, codd. Gel. *laevigandum*, θ. *albicandam*, r[1 2]. *dealbandam*, Dalec. — *farina*, Hard. *urina*, adβ. — *pari mensura*, d. *pari nā supra*, a. — *herbi*, d. *hevi*, a. Ceterum in β post v. *mensura* plene interpungitur, ita ut genetivi *ervi* — *lupini* pendeant a v. *radix*; hanc interpunctionem correxit Hard. ex Dioscoride: *μίγνυται δὲ σμήγμασι προσώπου καὶ τοῦ ἄλλου χρωτός, ὅσα δὶ ἀλεύρων γίνεται θερμίνων ἢ πυρίνων ἢ ὀροβίνων.* — *et tritici*, ad. *tritici*, βγ.

IV. 11. Naporum duas differentias et in medicina Graeci 21
servant. Angulosis foliorum caulibus, flore aneti, quod bunion vocant, purgationibus feminarum et vesicae et urinae utile decoctum, potum ex aqua mulsa vel suci drachma; semen dysintericis tostum tritumque in aquae calidae cyathis quattuor; sed urinam inhibet, si non lini semen una bibatur. Alterum genus buniada appellant et raphano et rapo simile, seminis praeclari contra venena; ob id et in antidotis utuntur illo.

12. Raphanum et silvestrem esse diximus. Laudatissimus 22
in Arcadia, quamquam et alibi nascitur, utilior urinae dumtaxat ciendae, cetero aestuosus; in Italia et armoraciam vocant.

13. Et sativi vero praeter ea quae circa eos dicta sunt 23
stomachum purgant, pituitam extenuant, urinam concitant, bilem detrahunt. Praeterea cortices in vino decocti mane

§ 21. *Angulosis caulibus, folio apii*, Dalec. — *flore aneti*, ita nos scripsimus coll. Plin. Valer. 4, 33. *ad aneti floret similitudinem*, Dioscor. 4, 122. *ἄνθος ἀνήθου*. Praeiverat Dalec., qui *florentis aneti* coniecit. *floreant et*, a d. *florentis*, *βγ*. — *vel suci drachma*; haec verba esse corrupta licet nemo hucusque animadverterit, clare tamen apparet. Vix quisquam docuerit, quomodo ceteris cohaereant. Nisi fallor, post particulam *vel* excidit vox indicans secundum aliquem liquorem (fortasse *melle*), cui bunion admixtum sumatur. Verba vero *suci drachma* (ablat.) reddunt modum napi in succum expressi. — *tritum tostumque*, T. — *in aquae calidae*, ita nos scripsimus. *in aqua calida* *e*, a*βγ*. *in aqua calida*, d. *ex aquae calidae*, Plin. Valer. — *buniada*, Dioscor. 2, 136. *butinada*, d. *putinada*, a.

§ 22. *diximus* 19, 80. 82. — *Laudatissimus*, codd. Hard. *Laudatissimum*, a d *β*. *diximus*, *laudatissimum in Arcadia*. *Qui alibi*, r. *in Arcadia*, *quamquam* om. a. — *aestuosus* — *in vino decocti* (§ 23.). Ingens hic est verborum perturbatio in a*β*, ubi totus hic locus ita legitur: *bilem detrahunt. Praeterea cortices in vino* (*in humo*, a). *Praeterea quae circa eos dicta sunt, stomachum purgant, pituitam extenuant, urinam* (*extenuantur. Nam*, a) *concitant. Est et sativi usus* (*estivosus*, a) *in Italia et armoraciam* (*marmorician*, a) *vocant. Et sativi vero decocti* rell. Hanc ingentem perturbationem, cuius ineptias bene exposuit Hard., tollunt T d, in quibus totus locus ordine nunc (*γ*) recepto exstat; de singulis scripturae diversitatibus deinceps dicetur. — *estuosus*, T. *estivosus*, a. *aestivosus*, d. *Est et sativi usus*, *β*. *aestivo usus*, Hard. *aestivi usus*, Brot. *γ*. Raphanus silvestris Dioscoridi 2, 138. dicitur *θερμαντική*, *οὐρητική*, *καυματώδης*. Harduini coniecturam etiam Hand. Tursell. 2, 43. improbat; scripturam Toletani praefert Schneider. quoque ad Pallad. p. 176. Eodem sensu quo h. l. dicuntur *Melimela* — *siticulosa*, *aestuosa* 23, 104. — *in Italia*; haec verba, quae vulgo (*γ*) ad superiora referuntur, Dalec. recte sequentibus annexuit. — *armoraciam* 19, 82. *marmoraciam*, T d. *marmorician*, a.

§ 23. *Et*, a d. Om. r. — *extenuant urinam*, T d. *extenuantur*. *Nam*, a. — *in vino*, d (Appul.) *in humo*, a. Om. T. — *et eiiciunt calculos*, a d. *eiciuntque cauculos*, Appul. — *morsus*, a d (Appul.) *ictus*, T.

§ 24. *prodest cum melle, semen*, a. *prodest; et cum melle semen*, T d. *prodest; cum melle semen*, r. De re v. Dioscor. 2, 137. — *ad lagonoponon*, Barbar. *illagarapona*, a. *alligaraphano*, d. — *phlegmoni*, codd. Gel. *flagmini*, a. *flemini*, d. *phlegmonis*, Dalec. — *livori*, a (Appul.) *liniori*, d. *liniri*, T. — *enimvero*, Appul.

poti ad ternos cyathos conminuunt et eiciunt calculos; iidem in posca decocti contra serpentium morsus inlinuntur. Ad 24
tussim etiam mane ieiunis raphanus prodest cum melle, semen eorum tostum ipsumque conmanducatum ad lagonoponon, aquam foliis eius decoctis bibere vel sucum ipsius cyathis binis contra phthiriasis, phlegmoni ipsos inlinere tunsos, livori vero recenti corticem cum melle, veternosis autem quam acerrimos mandere, semenque tostum, dein contritum cum melle suspiriosis. Iidem et contra venena prosunt, cerastis et scor- 25
pionibus adversantur, — vel ipso vel semine infectis manibus inpune tractaveris inpositoque raphano scorpiones moriuntur, — salutares et contra fungorum aut hyoscyami venena atque, ut Nicander tradit, et contra sanguinem tauri; et contra vi-

§ 25. *cerastis*, Pint. *ceratis*, Appul. *ceteraseis*, T a d. *Cetero*, codd. Gel. *β*. — *et*, Appul. Omitt. T a d (codd. Gel.) — *adversantur*, r (Appul.) *adversatur*, a d (codd. Gel.) *βγ*. — *vel ipso*, a d (Appul.) *ipso*, r. — *tractaveris*, Appul. *tractabis*, a d *βγ*. *tractabilibus*, r. — *impositoque*, a d (Appul.) *impositaque*, T. *imposito raphano scorpionibus*, r. Ceterum verba *vel ipso* — *moriuntur* parenthesin efficiunt, cum orationem a voce *adversantur* ad vocem *salutares* transire sit perspicuum; scorpiones memorati effecerunt, ut Plin. de his ipsis bestiolis quaedam accuratius narrata ceteris verbis insereret. — *et*, a d. *est*, Appul. — *atque*, T d. *adque*, Appul. *aeque*, a *βγ*. — *Nicander*, a (Appul.) *Menander*, T d. — *et contra sanguinem tauri*, Appul. Omitt. a d *βγ*. Haec verba ex Pseudo-Appuleio primum a me recepta (verbum *prosunt* illic iis mala interpunctione additum pertinet ad verba infra sequentia *et lumborum doloribus*, quibus ipse Plin. illud praemisit) primo obtutu adulterina videantur, cum Nicander in loco classico de sanguine taurino eiusque vi pestifera (alexiph. 312—334.) inter remedia illius veneni raphanum non commemoret. Iam quis fortasse Nicandrum in deperdito aliquo libro de hac raphani vi locutum esse dicat, cum Pseudo-Appulei. vel potius Plin., uti iam eius verba leguntur, testimonio Nicandri de raphano non propter fungos aut hyoscyamum (de quibus dixit 430. 527.), sed propter sanguinem taurinum usus sit et, cum de illis venenis diceret, de Nicandro prorsus non cogitaverit. At non credibile est Nicandrum bis eandem rem tractasse, et videamus, annon alia via inveniri possit, quae a probabilitate propius absit vanamque coniectandi libidinem amoveat. Inter remedia scilicet sanguinis taurini Nicander alexiph. 300. dandum esse ait *καὶ σπέραδος κραμβῆεν ἅλις μεμορυγμένον ὄξει*. Crambe vero sive brassica apud Atticos scriptores communi usu *ῥάφανος* dicebatur, et *κράμβης* nomen Atticis adeo fuit insolitum, ut apud Theophrastum v. c. numquam *κράμβην*, sed semper *ῥάφανον* legamus. Primus huius rei primariusque testis est ipse Aristoteles, qui quaedam animalcula nasci ait *ἐπὶ τῆς ῥαφάνου, ἣν καλοῦσί τινες κράμβην* (hist. anim. V. 17, 4. p. 219. ed. Schneid.). Raphanus Graece est *ῥαφανίς*, quo de discrimine tam Atticistae aliique veteres grammatici, quam viri docti recentiores abunde egerunt (Lobeck. ad Phrynich. p. 141.). Quas voces simillimas *ῥάφανος* et *ῥαφανίς* inter se confundere quam fuerit facile et quam longa errorum series inde oriri potuerit, omnes, credo, intelligent, et mirum profecto esset, si Plin. confundendis plantarum nominibus assuetus ab hoc errore immunis fuisset. At non fuit, sed brassicam et raphanum, *ῥάφανον* et *ῥαφανίδα*, plus semel confudit (Salmas. de homonymis p. 34., Bodae. ad Theophr. hist. plant. p. 768., Fée ad Plin. T. XII. p. 329.). Hoc si tenemus, Plinio nimis magnam iniuriam

scum quoque dari Apollodori duo iubent, sed Citieus semen ex aqua tritum, Tarentinus sucum. Lienem item extenuant, iocineri prosunt et lumborum doloribus, hydropicis quoque ex aceto aut sinapi sumpti et lethargicis et comitialibus et melancholicis. Praxagoras et iliosis dandos censet, Plistoni- 26
cus et coeliacis. Intestinorum etiam ulcera sanant ac purulenta praecordiorum, si cum melle edantur. Quidam ad haec coquere eos in luto malunt; sic et feminas purgari. Ex aceto aut melle sumpti intestinorum animalia detrahunt, iidem ad tertias decocto eorum poto cum vino enterocelicis prosunt; sanguinem quoque inutilem sic extrahunt. Medius ad haec 27
et sanguinem exscreantibus coctos dari iubet, et puerperis ad lactis copiam augendam, Hippocrates capitis mulierum defluvia perfricari raphanis et super umbilicum inponi contra tormenta volvae. Reducunt et cicatrices ad colorem; semen quoque ex aqua inpositum sistit ulcera quae phagedaenas vocant. Democritus venerem hoc cibo stimulari putat; ob id 28
fortassis voci nocere aliqui tradiderunt. Folia quae in oblon-

facere vix arguemur contendentes ea quae Nicander de *κράμβῃ* dixerat, ubi *ῥάφανος* etiam dicere poterat, Plinium vel memoriae lapsu vel culpa negligentiae ad raphanum sive *ῥαφανίδα* retulisse. Sciebat *ῥάφανον* et *κράμβην* eandem esse plantam, et cum semel de raphani (*ῥαφανίδος*) vi medica contra venena disseruisset, male memor erat *κράμβην* (*ῥάφανον*) a Nicandro contra sanguinem taurinum commendari, cuius remedia afferendi nullam occasionem praetermittit (22, 90. 23, 128. 31, 120. et potissimum 20, 94., ubi fontibus suis accuratius utitur). Singulari vero casu factum esse videmus, ut, cum raphanum salutarem esse contra fungos aut hyoscyamum diceret, primum errorem committeret, quia Nicander vss. 430. 527. de brassica (*ῥαφάνῳ*), non de raphano (*ῥαφανίδι*) est locutus, alteri vero errori se daret, cum quae Nicander de *κράμβῃ* dixerat ad raphanum referret et *κράμβην* cum *ῥαφανίδι* confunderet. Non accurate ponderaverat, utrum nominum similium, *ῥάφανος* an *ῥαφανίς*, nomini *κράμβῃ* responderet. Quod vero ad ipsorum verborum scripturam attinet, dubitari utique potest de particula *et*, quae insolito modo (*atque — et*) pro *etiam* dicitur. Nullum sane huius dictionis, quantum scio, exemplum invenitur praeter Livianum illud 21, 38., ubi ego ipse cum Handio Tursell. 1, 508. Gronovii emendationem pro vera habeo; atque facile est etiam nostro loco insolitam illam dicendi rationem loco suo movere, ita ut vel *tradidit* vel *tradit etiam* legatur (de *atque — etiam* v. ad 14, 36.). Ut tamen codicis scripturam retineam, facit et similis locutio Plinio usitatissima (*nec non — et*, v. ad 2, 63.) et causa diplomatica. Patet enim in codice archetypo, unde omnes nostri codices Pliniani emanarunt, verba e Pseudo-Appuleio servata ea de causa excidisse, quia librarius oculis suis ab uno *et contra* ad alterum aberravit, illis verbis cum statim sequentibus omissis, quod fieri vix potuisset, si in priore loco *etiam contra* exstitisset, nisi rursus sumere volumus in illo codice, quem Pseudo-Appuleius exscripsit, male iam *et* pro *etiam* lectum fuisse. — *iubent sed*, ad. *iubent, Scilleus et Tarentinus*, r. — *Cilleus*, θ ad. *Scilleus*, r. — *Tarentinum*, d. *Terrentinum*, a. — *lumbo-*

gis dumtaxat nascuntur excitare oculorum aciem dicuntur, ubi vero acrior raphani medicina admota sit, hysopum dari protinus inperant; haec antipathia est. Ad aurium quoque gravitatem sucum raphani instillant. Nam vomituris summo cibo esse eos utilissimum est.

14. Pastinacae simile hibiscum, quod molochen agriam vo- 29
cant et aliqui πλειστολοχείαν, ulceribus cartilaginis et ossibus fractis medetur. Folia eius ex aqua pota alvom solvont, serpentis abigunt, apium, vesparum, crabronum ictibus inlita medentur. Radicem eius ante solis ortum erutam involvont lana coloris quem nativom vocant, praeterea ovis quae feminam peperit strumisque vel suppuratis adligant. Quidam ad hunc usum auro effodiendam censent cavendumque ne terram attingat. Celsus et podagris quae sine tumore sint radicem eius in vino decoctam inponi iubet.

V. 15. Alterum genus est staphylinos, quod pastinacam er- 30
raticam vocant. Eius semen contritum et in vino potum tu-

rum, ad (Appul.) *renum*, T. — *sumpti*, codd. Gel., Appul. *exsumpti*, adr. *praesumti*, Dalec. — *et comitialibus et melancholicis*, Appul. Omitt. ad$\beta\gamma$.

§ 26. *Prexagoras*, a. — *coeliacis*, Tad. *cocliacis*, θ. *colicis*, K. — *etiam ulcera*, Tad. *ulcera*, $\beta\gamma$. — *ac*, Tad. *at*, β. — *in luto*, r[1]. *in luto illitos*, ad$\beta\gamma$. *luto oblitos*, r[2]. — *aut*, ita nos scripsimus. *autem*, Appul. *et*, ad$\beta\gamma$. — *idem*, Appul. *item*, ad$\beta\gamma$. — *decoctum*, Appul. — *poto*, a. *potu*, d. *puto*, a. Ceterum in his latet mendum; nam verba, uti vulgo leguntur, omni nexu grammatico carent, quia vox *decocto* simul et participii et substantivi vice fungi non potest. Legendum videtur *eorum suco poto*; vox *suco* per similitudinem proximae vocis facile excidere potuit. — *enterocoelicis*, Appul. *enterocelis*, ad$\beta\gamma$.

§ 27. *excruciantibus*, a. — *capitis mulierum defluvia*, ad (codd. Gel., Appul.) *capillos mul. defluos*, r. — *perfricari*, Appul. *fricari*, ad (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *cecatrices*, Appul. *cicatricem*, ad$\beta\gamma$. — *phagadaenas*, a. *pagadenas*, Appul. *phanadaenas*, d.

§ 28. *ob id fortassis*, ad. *et ideo fortasse*, Appul. — *tradunt*, Appul. — *hysopum*, ad. *hyssopum*, $\beta\gamma$. — *protinus*, Ta[2]d. *potius*, a[1]. — *imperant*, ad. *iubent*, T. — *Ad aurium quoque gravitatem*, Appul. *Et aurium gravitati*, adγ. *At aurium gravitati*, β. Ita saepe praepositio *ad* in re medica idem est quod *contra*; v. § 24. 31. 23, 9. 24, 100. 29, 41. 55. 122. 30, 36. 38. 31, 110. 32, 47. 36, 167. 169. — *instillari*, Appul.

§ 29. *ibiscum*, Appul. p. 287. — *agrian*, ad (Appul.) — *ΠΛΕΙΣΤΟΛΟΧΕΙΑΝ*, Appul. *plistiolotiam*, a. *pistolaciam*, d. *pistolochiam*, $\beta\gamma$. Verum vidit iam Pint. — *ulceribus*, Td (Appul.) *uberibus*, ar. — *cartilaginis et*; pro his vv. habet *cartilagini////* d, *cartilagini* Tar, *cartilaginibus* Appul. — *ossibus*, om. Appul. — *appium*, Appul., unde verum restitui. *apum*, ad$\beta\gamma$. — *inlita*, ad (Appul.) *illata*, β. — *metetur*, Appul. — *aurora*, Td. — *Celsus*, om. r. V. Cels. de med. IV. 24. p. 238, 27. ed. Almel. — *qui*, d. — *humore*, r. — *in vino*, θTad. *ex vino*, $\beta\gamma$. — *iubent*, ar.

§ 30. *staphylinus*, ad. *appilinus*, Appul. De re v. Dioscor. 3, 52. — *erraticam*, d. *erbaticam*, Appul. Omitt. arγ; at v. 19, 88. 25, 112. — *cuius*, Appul. — *et vino*, Appul.

mentem alvom et suffocationes mulierum doloresque lenit in tantum ut volvas corrigat, inlitum quoque e passo ventri earum prosit, et viris vero prosit cum panis portione aequa tritum ex vino potum contra ventris dolores. Pellit et urinam et phagedaenas ulcerum sistit recens cum melle inpositum vel aridum farina inspersum. Radicem eius Dieuches 31
contra iocineris ac lienis, ilium, lumborum et renium vitia ex aqua mulsa dari iubet, Cleophantus et dysintericis veteribus. Philistio in lacte coquit et ad stranguriam dat radicis uncias quattuor, ex aqua hydropicis, similiter et opisthotonicis et pleuriticis et comitialibus. Habentes eam feriri a serpentibus negantur aut qui ante gustaverint non laedi. Percussis inponitur cum axungia, folia contra cruditates manduntur. Orpheus amatorium inesse staphylino dixit, fortas- 32
sis quoniam venerem stimulari hoc cibo certum est; ideo conceptus adiuvari aliqui prodiderunt. Ad reliqua et sativa pollet, efficacior tamen silvestris magisque in petrosis nata. Semen sativae quoque contra scorpionum ictus ex vino aut posca salutare est; radice eius circumscalpti dentes dolore liberantur.

16. Syria in hortis operosissima, unde venit in proverbium 33
Graecis: multa Syrorum olera. Simillimam staphylino herbam serit quam alii gingidion vocant, tenuius tantum et amarius eiusdemque effectus; estur coctum crudumque stomachi magna utilitate; siccat enim ex alto omnis eius umores.

17. Siser erraticum sativo simile est et effectu; stomachum 34
excitat, fastidium absterget ex aceto laserpiciato sumptum

prosit, ad. *prodest*, r. — *et viris*, ad. *viris*, $\beta\gamma$. Particulas *et* — *vero* iungere amat Plin.; v. 14, 112. 16, 156. 19, 122. 20, 23. 93. 21, 156. 25, 67. — *prosit*, θ ad. *prodest*, $\beta\gamma$. — *phagadaenas*, d. — *aridum farina inspersum*, codd. Gel. *arida farinae inspersum*, θ. *aridae farina inspersum*, a. *aridae farinae inspersam*, T. *aridae farina inspersam*, d. *aridi eius farina inspersa*, K.

§ 31. *eius*, om. K. — *Dieuces*, a. *Diduces*, d. — *aut*, ad. — *elum*, a. *ac*, d. — *renium*, ad. *renum*, $\beta\gamma$. — *Theophrastus*, Td. — *dysenteriis*, K. — *Philistio*, ad. *Philistion*, γ. — *aut qui* — *non laedi*, ad (Appul.) *ac qui* — *laedi*, K. — *gustaverint*, ad (Appul.) *gustaverunt*, β.

§ 32. *fortasse*, Appul. — *contemptus*, a. — *adiuvari*, θ Tad. *adiuvare*, β. — *scorpionum*, ad. *serpentium*, r. — *ictibus*, a. — *circumscalpti*, Tad. *cirscalpiet*, Appul. *circumscalpi*, β.

§ 33. *unde venit in*, ita nos scripsimus. *undique in*, ad. *est: indeque*, $\beta\gamma$. De ipsa planta v. Dioscor. 2, 166. — *serunt*, d. — *gigidion*, a. — *estur*, a (codd. Gel.) *est ut*, d.

§ 34. *similis est*, a. De re v. Dioscor. 2, 139. — *effectus*, a. — *absterget*, a

aut ex pipere et mulso vel ex garo; urinam ciet, ut Opion credit, et venerem. In eadem sententia est et Diocles; praeterea cordi convenire convalescentium aut post multas vomitiones perquam utile. Heraclides contra argentum vivom dedit et 35
veneri subinde offensanti aegrisque se recolligentibus; Hicesius ideo stomacho utile videri dixit, quoniam nemo tris siseres edendo continuaret, esse tamen utile convalescentibus ad vinum transeuntibus. Sativi privatim sucus cum lacte caprino potus sistit alvom.

18. Et quoniam plerosque similitudo nominum Graecorum 36
confundit, conteximus et de sili; sed hoc est volgatae notitiae. Optumum Massiliense; lato enim grano et fulvo est; secundum Aethiopicum nigrius, Creticum odoratissimum omnium. Radix iucundi odoris est; semen esse et voltures dicuntur. Prodest homini ad tussim veterem, rupta, convolsa in vino albo potum; item opisthotonicis et iocinerum vitiis et torminibus et stranguriae duarum aut trium linguarum mensura. Sunt et folia utilia, ut quae partus adiuvent etiam 37
quadripedum. Hoc maxume pasci dicuntur cervae pariturae. Inlinuntur et igni sacro multumque in summo cibo concoctionibus confert vel folio vel semine. Quadripedum quoque alvom sistit sive tritum potui infusum sive mandendo conmanducatum e sale; boum morbis tritum infunditur.

19. Inula quoque a ieiunis conmanducata dentis confirmat 38
si, ut eruta est, terram non attingat, condita tussim emendat; radicis vero decoctae sucus taenias pellit, siccatae autem in umbra farina tussi et convolsis et inflationibus et arteriis

(codd. Gel.) *abstergit*, d. *tergit*, r. — *Opion*, d. *Opinion*, θa. — *aut post*, ad. *et post*, K. — *perquam*, d. *praeterquam*, a. *esse perquam*, K.

§ 35. *offensanti*, codd. Gel. *offensantem*, ad. — *stomacho utile*; et verba § 34. posita: *stomachum excitat*, et sequentium oppositorum ratio: *esse tamen utile*, docent *stomacho inutile* esse legendum. — *tamen utile*, ad (codd. Gel.) *tamen inutile*, K.

§ 36. *Graecorum*, om. r. — *contundit*, a. — *conteximus*, ad. *contexemus*, β. — *sed*, omitt. Td. — *vulgatae*, θTad. *vulgaris*, β. — *Massiliense*, Dioscor. 3, 153. *asiliense*, ad. — *iucundi odoris*, a. *iucundioris*, d. — *esse*, adr. *eius esse*, β. — *linguarum*, θTr. *lingularum*, d. *ligularum*, aβγ.

§ 37. *Illinuntur*, Tad. *Allinuntur*, θ. *Illinitur*, β. — *igni*, Ta. *igne*, θd. — *edendo*, r. — *commanducatum sale*, Tad. *manducatum cum sale*, r. — *morbis tritum*, codd. Gel. *morbis sit tritum*, a. *morbis sic tritum*, Td. *morbis et contritum*, r. *morbis medetur vel si contritum*, K.

§ 38. *est et terram*, ad. — *attingit*, d. — *tenias*, d. *tincas*, aβγ. — *autem*, a (codd. Gel.) *aut*, d.

medetur; venenatorum morsus abigit; folia ex vino lumborum dolori inlinuntur.

20. Cepae silvestres non sunt, sativae olefactu ipso et de- 39
lacrimatione caligini medentur, magis vero suci inunctione. Somnum etiam facere traduntur et ulcera oris sanare commanducatae cum pane et canis morsus virides ex aceto inlitae aut siccae cum melle et vino, ita ut post diem tertium solvantur; sic et attrita sanant. Coctam in cinere et epiphoris multi inposuere cum farina hordeacia et genitalium ulceribus. Suco et cicatrices oculorum et albugines et argema 40
inunxere, et serpentium morsus et omnia ulcera cum melle, item auricularum cum lacte mulierum, et in iisdem somitum aut gravitatem emendantes cum adipe anserino aut cum melle stillavere; et ex aqua bibendum dedere repente obmutescentibus. In dolore quoque ad dentis conluendos instillavere et 41
plagis bestiarum omnium, privatim scorpionum. Alopecias fricuere et psoras tunsis cepis; coctas dysintericis vescendas dedere et contra lumborum dolores, purgamenta quoque earum cremata in cinerem inlinentes ex aceto serpentium morsibus ipsasque multipedae ex aceto. Reliqua inter medicos mira di- 42
versitas; proxumi utilis esse praecordiis et concoctioni inflationemque et sitim facere dixerunt; Asclepiadis schola ad colorem quoque validum profici hoc cibo et, si ieiuni cotidie edant, firmitatem valetudinis custodiri; stomacho utilis 43

§ 39. *Somnium*, θad. At v. Plin. Valer. 4, 26.; de ipsa planta v. Dioscor. 2, 180. — *attrita*, K (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscorid. 2, 137. et Macrum f. 10. b.) *trita*, ad. *tritae*, β. — *Coctam in cinere*, a. *Cocta in cinerem* omisso *et*, d. *Tostam in cinerem*, K. — *posuere*, ad.

§ 40. *ulcera*, Appul. p. 287. *vulnera*, θTadγ. — *aut gravitatem*, ad. *ac gravitatem*, βγ. — *instillavere*, Dalec. — *dederunt*, a.

§ 41. *bestiarum*, a. *vesicarum*, d. — *tonsis*, Appul. — *cepis*, a. *Cepas*, d. — *cremata*, a. *cremantes*, Td. — *cinerem*, Ta. *cinere*, d. — *ipsasque*, codd. Gel. *ipsas quoque*, r. *in ipsas quoque*, a. *in ipsaque*, Td. *sepisque*, Hard. e codd. (?) γ.

§ 42. *utiles*, a. *inutiles*, Kd. *inutilia*, β. — *scholae*, r. — *validum*, ad. *vividum*, K. — *si ieiuni*, d (codd. Gel.) *siciunt*, a.

§ 43. *utilis*, ita nos scripsimus. *utile esse*, θad. *utilia esse*, codd. Gel. β. *utiles esse*, rγ. — *spiritus*, om. r. — *agitatione*, d (codd. Gel.) *accogitatione*, a. *accogitationi*, r. *a cogitatione*, θ. *ea ratione quod spiritus agitet*, Plin. Valer. 4, 26. — *appellere*, ad. — *hyppocrisis*, a. *hypocrisis*, d. *hydropes*, r. — *cum*, omitt. ad. — *ruta*, d[2]. *rute*, ad[1]. — *eadem*, θad. *eisdem*, βγ. — *pisa*, ad. *sale episto cum aceto madefacta est*, K. Ceterum in his verbis corruptela inest. Primum enim, si cepa est subiectum, quomodo ea sale et aceto pinsi potuit? Tum vero cepa subiectum esse non potest, cum non sermo sit de iis rebus, quae cepae prosunt, sed de remediis, quae cepa adversus aliquot mala subministrat.

spiritus agitatione ventrem mollire, haemorroidas pellere subditas pro balanis; sucum cum suco feniculi contra incipientis hydropisis mire proficere, item contra anginas cum ruta et melle, excitari eadem lethargicos. Varro, quae sale et aceto pista est arefactaque, vermiculis non infestari auctor est.

VI. 21. Porrum sectivom profluvia sanguinis sistit nari- 44
bus contrito eo opturatis vel gallae mixto aut mentae, item ex abortu profluvia poto suco cum lacte mulieris; tussi etiam veteri et pectoris ac pulmonis vitiis medetur. Inlitis foliis sanantur vari et ambusta et epinyctides; ita vocatur ulcus, quae et syce, in angulo oculi perpetuo umore manans; quidam eodem nomine appellant pusulas liventis ac noctibus inquietantis; et alia ulcera cum melle trito, vel bestiarum mor- 45
sus ex aceto, item serpentium aliorumque venenatorum, aurium vero vitia cum felle caprino vel pari mensura mulsi, stridores cum lacte mulieris, capitis dolores, si in naris fundatur, dormiturisve in aurem duobus suci cocleariibus, uno mellis. Sucus et ad serpentium scorpionumque ictum bibitur cum mero 46
et ad lumborum dolorem cum vini hemina potus; sanguinem vero exscreantibus et phthisicis et destillationibus longis vel sucus vel ex ipsa cibus prodest, item morbo regio vel hydropicis et ad renium dolores cum tisanae suco acetabuli mensura. Idem modus cum melle volvas purgat; estur vero et 47
contra fungorum venena, inponitur et volneribus, venerem stimulat, sitim sedat, ebrietates discutit, sed oculorum aciem

Plura igitur verba interciderint necesse est, quibus ea res indicaretur, quam sale et aceto pistam et arefactam vermiculis non infestari Varro dixerat.

§ 44. *naribus*, codd. Gel., Appul. *in naribus*, ad $\beta\gamma$. — *mulieris*, Appul. *mulierum*, ad $\beta\gamma$. — *et pectoris ac*, a (Appul.) *et pectoris et*, d. *ac pectoris et*, $\beta\gamma$. — *vitiis*, Appul. *vitiam*, a. *vitia*, d. — *vari*, ita nos scripsimus. *varia*, Appul. *sani*, ad. Omitt. $\beta\gamma$. — *quae et syce*, omitt. r (Appul.) *quia sicem*, a. *quia sic est*, d. — *perpetuo*, ad (codd. Gel., Appul.) *perpetim*, r, quod praefert Hildebrand. ad Appul. T. I. p. 86. At v. Hand. Tursell. 4, 465. — *more*, d. — *libentis*, Appul. — *in quib; e tantis*, Appul.

§ 45. *aliorumque venenatorum*, *aurium vero*, Appul. p. 288. *aliorum vero*, θd. *aliorum*, a. *Aurium vero*, $\beta\gamma$. In universum v. Dioscor. 2, 178. — *nare*, d. — *aurem*, a. *aure*, d. *aures*, Appul.

§ 46. *ictu*, Appul., quod nos emendavimus. *potum*, ad. *potus*, θ. *ictus*, $\beta\gamma$. — *dolorem*, Appul. *dolores*, ad $\beta\gamma$. — *et*, Appul. *e*, Tad. — *phiciis*, Appul. — *et*, Appul. Omitt. ad $\beta\gamma$. — *destillationibus*, a (Appul.) *distillationibus*, d $\beta\gamma$. — *renum*, ad $\beta\gamma$. Nos emendavimus; v. ad 32, 99. — *tisanae*, a. *typsanae*, d. *ptisanae*, $\beta\gamma$.

§ 47. *estur vero*, a. *editur vero*, Td. *tostus vero estur*, K. — *venerem autem*, Appul. — *ebrietatē*, Appul.

hebetare traditur, inflationes quoque facere, quae tamen stomacho non noceant ventremque molliant; voci splendorem adfert.

22. Capitato maior est ad eadem effectus. Sanguinem re- 48
icientibus sucus eius cum gallae aut turis farina vel acacia datur. Hippocrates et sine alia mixtura dari iubet volvasque contractas aperire se putat, fecunditatem etiam feminarum hoc cibo augeri; contritum ex melle ulcera purgat. Tussim et 49
destillationes thoracis, pulmonis omniaque arteriae vitia sanat datum in sorbitione tisanae vel crudum praeter capita sine pane, ita ut alternis diebus sumatur, vel si pura exscreentur; sic et voci et veneri somnoque multum confert. Capita bis aqua mutata cocta alvom sistunt et fluctiones veteres, cortex decoctus inlitusque inficit canos.

23. Alio magna vis, magnae utilitates contra aquarum et 50
locorum mutationes. Serpentis abigit et scorpiones odore atque, ut aliqui tradidere, contra bestiarum omnis ictus medetur potum vel cibo vel inlitum, privatim contra haemorroidas cum vino redditum, vomitu. Ac ne contra araneorum murium venenatum morsum valere miremur, aconitum quod alio nomine pardalianches vocatur debellat, item hyoscyamum, canum morsus, in quae volnera cum melle inponitur.

inflationes, T a d. *inflationem*, $\beta\gamma$. — *noceant*, T d. *noceat*, a $\beta\gamma$. — *molliant*, T a d. *molliat*, $\beta\gamma$. — *voci*, a. *vocis*, θ d (Appul.) — *adfert*, a (Appul.) *afferant*, T d.

§ 48. *maior est*; haec scriptura confirmatur per Appuleium, qui *maiora de eadem vis est* habet. *maiores*, a d. Totum hunc locum transcripsit Plin. Valer. 4, 20. — *effectu*, a. — *Sanguinem*, a d. *Nam sanguinem*, Appul. — *gallae*, a d (codd. Gel.) *galla*, K (Murbac. apud Cornar. ad Dioscor. 2, 135. et ad Macrum f. 9. a.) — *aut*, K a (codd. Gel.) *at*, d. — *aaca*, d. — *alia*, om. T. — *contractis*, θ. — *se putat*, θ a. ////*putat*, d. *putat*, $\beta\gamma$. — *augeri*, d (Appul.) *augere*, θ a. — *purgat*, d. *curat*, Appul. *purgare*, a.

§ 49. *destillationibus*, a. — *omniaque*, Appul. *et*, a d $\beta\gamma$. — *arteriae*, Appul. *arteria*, a d. *arteriarum*, T. — *tisanae*, a (Appul.) Omitt. T d. — *ita ut tria capita sine pane alternis diebus sumantur*, K. — *pura*, θ T a d. *purulenta*, β. — *excriantur*, a. — *et veneri*, Appul. *vel veneri*, a d $\beta\gamma$. — *sistunt*, d. *sistit*, T. *sisit*, a. *molliunt*, Appul. — *e fluctiones*, a. *effluctiones*, T d. *et fluxiones*, $\beta\gamma$. *inflationes*, K.

§ 50. *atque ut*, d. *atque*, a. Transcripsit haec Plin. Valer. 4, 17. coll. Dioscor. 2, 181. — *tradidere*, a d. *tradidere et*, $\beta\gamma$. — *contra bestiarum omnis ictus*, ita nos scripsimus. *bestias omnis ictus*, a d. *contra omnis ictus*, Appul. *bestiarum omnium ictibus*, $\beta\gamma$. At utramque illam scripturam iungendam esse atque inde illud restituendum, quod reposuimus, planissime docent verba statim sequentia *privatim contra haemorroidas*, quibus vulgo additur *prodest*; de locutione *mederi contra* v. ad 32, 85. — *medicatur*, Appul. — *potum*, Appul. *potu*, a d $\beta\gamma$. — *inlitum*, ita nos scripsimus. *inlitus*, Appul. *illitu*, d $\beta\gamma$. *inliri*, a. — *haemorroidas*, a d (Appul.) *haemorroidas prodest*, $\beta\gamma$. — *vomitu*, a. *vomitum*, d. *vomit*,

Ad serpentium quidem ictus potum cum restibus suis effica- 51
cissime ex oleo inlinitur attritisque corporum partibus, vel si
in vesicas intumuerint. Quin et suffitu eo evocari secundas
partus existumat Hippocrates, cinere eorum cum oleo capitis
ulcera manantia sanitati restituens. Suspiriosis coctum, ali- 52
qui crudum id dedere, Diocles hydropicis cum centaurio aut
in fico duplici ad evacuandam alvom, quod efficacius præ-
stat viride cum coriandro in mero potum, suspiriosis aliqui
et tritum in lacte dederunt. Praxagoras et contra morbum
regium vino miscuit et contra ileum in oleo et pulte, sic
inlinens strumis quoque. Antiqui et insanientibus dabant cru-
dum, Diocles phreneticis elixum. Contra anginas tritum in
posca gargarizare prodest. Dentium dolorem tribus capitibus 53
in aceto tritis inminuit vel si decocti aqua conluantur adda-
turque ipsum in cava dentium. Auribus etiam instillatur su-
cus cum adipe anserino, phthiriasis et porrigines potum, item
infusum cum aceto et nitro conpescit, destillationes cum lacte
coctum vel tritum permixtumve caseo molli, quo genere et
raucitatem extenuat in pisi aut fabae sorbitione; in totum 54
autem coctum utilius est crudo elixumque tosto; sic et voci
plus confert. Taenias et reliqua animalia interaneorum pellit

Appul. — *araneorum murium*, Barbar. *araneos et mures*, T a d. — *veneratim*, a. — *pardalianches*, codd. Gel. *pardalianchis*, a d. — *in quae*, a d. (codd. Gel.) *inque*, r.

§ 51. *sui*, a. — *si in vesicas intumuerint*, a (codd. Gel.) *in vesica si intumuerit*, T d. *si vesica intumuerit*, r. — *suffitu eo*, a. *sufficta eo*, d. *suffito*, Appul. — *evocari secundas partus*, d (Appul.) *vocari secundas partus*, a. *secundas partus evocari*, $\beta\gamma$. *secundas et partus*, K[1]. *secundas a partu*, K[2]. *secundos partus*, Dalec. — *existimat*, d (Appul.) *existimavit*, a $\beta\gamma$.

§ 52. *id dedere*, a d. *id tritum dedere*, r. — *aut in fico*, a d. *in fico*, γ vitio operarum. — *aliqui*, a. *aliique*, d. — *Praxagoras*, Plin. Valer. 2, 59. 4, 17. — *ileum*; pro h. v. habet *aleum* d, *alveum* a. — *illiniens*, d. — *anguinas autem*, Appul. p. 289. — *trium*, Appul. — *in posca*, d (Appul.) *inponat*, a. *imponi et*, $\beta\gamma$. — *gargarizare*, T d. *gargarizari*, Appul. *gargarissare*, θ. *carcarissare*, a.

§ 53. *dolori*, d. — *minuit*, θ. — *ipsam*, a. — *instillatus*, d. — *porrigines*, θ K a. *porrigenes*, T. *porrigens*, d. *prurigines*, β. — *item infusum*, T d. *item in usum*, a. *tusum item*, $\beta\gamma$. — *conspicit*, a. — *coctum*, a d. Om. γ. — *permistumque*, K. — *extenuat*, Appul. *extenuat vel*, a d $\beta\gamma$. — *in pisi aut*, Appul. *in pthisi aut*, d. *in thysia in*, a. *phthisin in*, $\beta\gamma$.

§ 54. *est*, a d (Appul.) Om. r. — *tosto*, a d. *toto*, Appul. — *plus*, T d (codd. Barbari, Appul.) Omitt. a (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *Taenias*, ita nos scripsimus. *Tineas*, a d $\beta\gamma$. At recte Cornar. ad Galen. p. 343. observavit, quotiescumque de lumbricis et vermibus intestinorum hominis sit sermo, semper *taenias* reponendum esse.

in aceto mulso coctum; tenesmo in pulte medetur, temporum doloribus inlinitur elixum, et pusulis coctum, dehinc cum melle tritum, tussi cum adipe vetusto decoctum vel cum lacte aut, si sanguis etiam exscreetur vel pura, sub pruna coctum et cum mellis pari modo sumptum, convolsis, ruptis cum sale et oleo; nam cum adipe tumores suspectos sanat. Ex- 55
trahit fistulis vitia cum sulphure et resina, etiam harundines cum pice; lepras, lichenas, lentigines exulcerat sanatque cum origano, vel cinis eius ex oleo et garo inlitus, sic et sacros ignis; suggillata autem aut liventia ad colorem reducit conbustum ex melle. Credunt et comitialem morbum sa- 56
nari, si quis eo in cibis utatur ac potione, quartanas quoque excutere potum caput unum cum laserpici obolo in vino austero. Tussim et alio modo ac pectorum suppurationes quantaslibet sanat fractae incoctum fabae atque ita in cibo sumptum donec sanitatem restituat; facit et somnos atque in totum rubicundiora corpora. Venerem quoque stimulat cum cori- 57
andro viridi tritum potumque e mero. Vitia eius sunt, quod oculos hebetat, inflationes facit, stomachum laedit copiosius sumptum, sitim gignit. Cetero contra pituitam et gallinis et gallinaceis prodest mixtum farre in cibo. Iumenta urinam reddere atque non torqueri tradunt, si trito natura tangatur.

VII. 24. Lactucae sponte nascentis primum genus est eius 58
quam caprinam vocant, qua pisces in mare deiecta protinus necantur qui sunt in proxumo. Huius lac spissatum mox

inlinitur, Appul. *inlinetum*, a. *illitum*, d $\beta\gamma$. — *coctum dehinc cum melle tritum*, Appul. *coctum dein cum melle coctum*, T. *coctum deinde cum melle tritum*, a. *coctum cum melle tritum*, d. *coctum cum melle, deinde tritum*, $\beta\gamma$. — *vetus*, Appul. — *aut*, a (codd. Gel.) *ut*, d. — *exscreetur*, d (codd. Gel.) *excretum*, a. — *pura*, θ T a d. *purulenta*, codd. Gel. β. — *coctum*, codd. Gel. *potum*, a d. — *mellis*, a (codd. Gel.) *melle*, T d. — *convulsis*, a. *et convulsis*, d.

§ 55. *arundines*, a (Appul.) *hyrundines*, d. *hirudines*, T. At v. Plin. Valer. 3, 49. — *lienas*, Appul. — *sugillat*, Appul. — *autem aut*, Appul. *aut*, a d $\beta\gamma$. — *ad colorem*, a d. *aut colorem*, Appul. — *combustos*, d.

§ 56. *sanari*, θ T a d r. *sanare*, β. — *cibis*, T (Appul.) *cibo*, a d $\beta\gamma$. — *quartanas quoque*, Plin. Valer. 3, 6. — *unum cum*, a d. *unum*, Appul. — *ac pectorum*, a (codd. Gel.) Omitt. d, qui *acceptorum* suprascriptum habet. — *factae*, θ. — *cibos*, θ a.

§ 57. *stimulare*, a (Appul.) — *viride*, Appul. — *et gallina*, a. Omitt. T d. — *prodest*, om. d. — *Iumenta*, a (codd. Gel.) *Iumentis*, d. — *si eo trito*, r.

§ 58. *genus est*, a d (Appul.) *est genus*, $\beta\gamma$. — *eius*, om. Appul. — *caule vero et*, T. — *asparso*, Appul. *adsperso*, a d $\beta\gamma$. — *colluta*, a d. *collata*, Appul. *conlota*, T. — *matutinis*, a d. *mane*, Appul. — *dentis*, Appul. — *prohibet*, Appul. *prohibent*, a d γ.

in aceto pondere obolorum duum, adiecto aquae uno cyatho, hydropicis datur; caule et foliis contunsis, adsparso sale, nervi incisi sanantur. Eadem trita ex aceto, conluta matutinis bis mense, dentium dolorem prohibet.

25. Alterum est genus quod Graeci caesapon vocant; 59
huius folia trita et cum polenta inlita ulceribus medentur; haec in arvis nascuntur. Tertium genus in silvis nascens ἰσάτιν vocant; huius folia trita cum polenta volneribus prosunt. Quarto infectores lanarum utuntur; simile erat lapatho silvestri foliis, nisi plura haberet et nigriora. Sanguinem sistit, phagedaenas et putrescentia ulcera quae serpunt sanat, item tumores ante suppurationem; contra ignem sacrum radice vel foliis prodest vel ad lienes pota. Haec propria singulis.

26. Conmunia autem sponte nascentibus candor, caulis in- 60
terdum cubitali longitudine et thyrso et foliis scabritia. Ex his rotunda folia et brevia habentem sunt qui hieracion vocent, quoniam accipitres scalpendo eam sucoque oculos tinguendo obscuritatem, cum sensere, discutiunt. Sucus omnibus candidus, 61
viribus quoque papaveri similis; carpitur per messis inciso caule, conditur fictili novo, ad multa praeclarus; sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum, argema, nubeculas, cicatrices adustionesque omnis, praecipue caligines, inponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. Idem sucus alvom 62
purgat in posca potus ad duos obolos; serpentium ictibus

§ 59. *caesapon*, θa. *cesapum*, Appul. *sepason*, Td. *esopon*, β. — *ulceribus*, ad. *vulneribus*, γ vitio operarum. — *hae*, r. — *nascuntur*, a. *innascuntur*, r. *nascitur*, dβγ. — *genus*, Tad. *genus est*, βγ. — *in silvis nascens*, om. T. — *ICCATIN*, Appul. *ysatim*, d. *statim*, a. *sylvisaton*, codd. Barbari. *sylvaticum isatin*, Barbar. — *utuntur*, θTad (omnes codd. Barbari et Salmasii exerc. p. 180. a. D.) *utuntur*, *quod glastum vocant*, Barbar. β. — *simile erat*, codd. Barbari. *similis erat*, d. *similiter*, a. — *nisi plura haberet*, θTd. *nisi plures haberet*, a. *nisi quod plura habet*, β. — *Sanguinem sistit*, Dioscor. 2, 215. — *ulcera*, a. *vulnera*, d. — *quae*, a. *aut quae*, d. *et quae*, K. — *contra*, omitt. ad. — *pota*, Tad. *potu*, K. Om. β.

§ 60. *candore*, ad. — *thyrso*, r. *ipso*, a (codd. Gel.) *in ipso*, K. *ipse*, d. *ipsi*, Brot. γ. — *hieracion* scribendum fuit ex Appul. p. 290., qui casu nominat. *hieracios* habet. *hieracium*, Dalec. ex Appuleio de medic. herb. 31. *heracliam*, θd. *eracleam*, a. *hieraciam*, βγ. — *eamque suco*, Appul. — *tinguendo*, Appul. *tingendo*, adβγ. *ungendo*, r. — *discutiunt*, Appul. *discutiant*, adβγ.

§ 61. *quoque papaveri*, ad. *quibus papaver*, r. — *fictili*, ad. *in fictili*, βγ. — *argema*, *nubeculas*, Pint. coll. Dioscor. 2, 165. *argema nubiculas*, a. *arcema nubiculas*, θ. *arcet manubiculas*, Td. *arcet nubeculas*, β.

medetur in vino potus, et folia thyrsique triti ex aceto bibuntur; volneri inlinuntur maxume contra scorpionum ictus, verum contra phalangia conmixto vino et aceto. Aliis quoque 63
venenis resistunt exceptis quae strangulando necant aut iis quae vesicae nocent, item psimithio excepto; inponuntur et ventri ex melle atque aceto ad detrahenda vitia alvi. Urinae difficultates sucus emendat. Crateuas eum et hydropicis obolis duobus in aceto et cyatho vini dari iubet; quidam et e sativis colligunt sucum minus efficacem. Peculiares earum vires 64
partim iam dictae sunt, somnum faciendi veneremque inhibendi, aestum refrigerandi, stomachum purgandi, sanguinem augendi; non paucae restant, quoniam et inflationes discutiunt ructusque lenis faciunt, concoctionem adiuvant; cruditatem ipsae numquam faciunt. Nec ulla res in cibis magis aviditatem incitat inhibetque eadem; in causa alterutraque modus est; sic et alvom copiosiores solvont, modicae sistunt; lentitiam pituitae digerunt atque, ut aliqui tradiderunt, sensus purgant. Stomachis dissolutis utilissime adiuvantur in 65
eo usu et oxypori obolis, asperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperantes; si crassior pituita sit, scillite aut vino apsinthite, si et tussis sentiatur, hysopite admixto. Dantur coeliacis cum intubo erratico et ad duritiam prae-

§ 62. *folia*, Tadr. *folia tosta*, β. *folia trita*, K. — *tursique*, T. *torsique*, d. *thorsique*, a. — *tritici*, a. — *illiniuntur*, d. — *vero contra*, a. *contra vero*, d. — *phalangiam*, a. — *commisto*, a. *cum mixto*, d. — *et aceto*, Tadr. *ex aceto*, βγ.

§ 63. *his*, ad. — *psimithio*, ad. *psimmythio*, βγ. — *ex melle*, d. *et melle*, a. — *alvi*, a. *alii*, d. — *et cyatho*; pro his vv. habent *cyathi* ad. — *vini*, a. *uni*, d. — *colliguntur*, a. — *succum* — *efficacem*, ad (codd. Gel.) *succo* — *efficaci*, r.

§ 64. *vires partim iam dictae sunt*; pro his vv. habet *patermi dictus* a, *effectus praterimi dictus* Td. Vid. 19, 127. 128. — *augendi*; huic voci addit Appul. *cum coctionem adiubandi*, traductum illud ceteraeque constructioni accommodatum e verbis infra sequentibus. — *nunc non*, r. — *paucae*, a (codd. Gel.) *pauci*, Td. — *concoctionem* (ita θ et Appul. supra; *concoctiones*, Tdβ) *adiuvant*; *cruditatem* (*cruditates*, T) *ipsae numquam* (*nequaquam*, β) *faciunt*, Tdβ; omitt. arγ. — *magis*, Td. Omitt. a (codd. Gel.) βγ. — *alterutraque*, ad (codd. Gel.) *alterutrimque*, r. *utrimque*, K. V. Hand. Tursell. 1, 282.

§ 65. *Stomachis dissolutis util. adiuvantur*, Tad. *Stomachi dissoluti util. adiuvantur*, βγ. *Stomachos dissolutos util. adiuvant*, r. Cum vulgo post haec verba semicolo interpungeretur et verba sequentia usque ad *temperantes* novam eamque per se constantem sententiam efficerent, ubi vero verba omni grammatico sensu destituebantur, nos in superioribus optimos libros secuti unam periodum restituimus, cuius pars primaria continetur verbis *Stomachis dissolutis* — *obolis* i. e. Si stomachi dissoluti sunt, adiuvantur homines aegroti in eo usu (lactucae sativae) etiam oxypori obolis (hic supplendus est numerus obolorum, qui in codd. evanuit), temperantes asperitatem huius oxypori addito dulci (sc. vino) ad aceti intinctum. Id unum iam quaeri potest, annon legendum sit *Stomachis*

cordiorum; dantur et melancholicis candidae copiosiores et ad vesicae vitia; Praxagoras et dysintericis dedit. Ambustis 66
quoque prosunt recentibus, priusquam pusulae fiant cum sale inlitae; ulcera etiam quae serpunt coercent initio cum aphronitro, mox in vino. Tritae igni sacro inlinuntur, convolsa et luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt, eruptiones papularum ex vino et polenta. In cholera quoque 67
coctas patinis dederunt, ad quod utilissimae quam maxumi caulis et amarae; quidam lacte infundunt. Defervefacti hi caules et stomacho utilissimi traduntur, sicut somno aestiva maxume lactuca et amara lactensque quam meconidem vocavimus. Hoc lacte et oculorum claritati cum muliebri lacte utilissimum esse praecipitur, dum tempestive capiti inunguntur, oculi et ad vitia quae frigore in iis facta sint. Miras 68
et alias invenio laudes, thoracis vitiis prodesse, non secus quam habrotonum, cum melle Attico, conpurgari et feminas hoc cibo, semen sativarum contra scorpiones dari, semine trito ex vino poto et libidinum imaginationes in somno compesci, temptantis aquas non nocere lactucam edentibus. Quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

dissoluti, cuius tamen loquendi generis nullum mihi in promptu est exemplum. Mala interpunctione decepti et perturbati librarii cum hunc locum expedire non possent, K varias interpolationes enotavit: *oxyporopolae* vel *oxyporo lactucae asperitatem — et aceto temperant* vel *oxyporo oleris*. Hisce commentis superstruxit suam interpolationem Schneider.: *Stomachos dissolutos utilissime adiuvant; in eo usu et oxyporo oleris asperit. add. dulci ad intinctum aceto temperant*; v. ad Columell. de arbor. 1, 1. p. 673. — *in eo usu*, a. *in eos usus*, Td. — *asperitatem addito*, a. *asperitate addita*, d. — *scillite*, d. *scillites*, a. — *aut vino*, ad. *vino aut*, K. — *absentite*, d. *absentites*, a. — *si et*, ad. *et si*, γ.

§ 66. *coercenti vitio*, d. *coercendi vitio*, a. — *afonitro*, ad. *asso nitro*, r.

§ 67. *patinis*, ad (Appul.) Om. r. — *maximi caulis*, ad (Appul.) *maximo caule*, r. — *lacte*, ad. *lacti*, θTr. *leti*, Appul. — *defervefactis*, Appul. — *somno*, Tad. *summo*, β. — *aestiva*, θTadr. *sativa*, β. — *lactiensque*, d. — *metoniden*, a. — *vocamus*, d. Vid. 19, 126. — *lacte*, ad. *lac*, $\beta\gamma$. — *et — claritati*, a. *ad — claritatem*, T. ////*ad — claritatem*, d. — *percipitur*, r. — *dum*, Tad. *et cum*, K. — *tempestive*, ad. *tempestivo*, T. *tempora*, K. — *capite*, Tad. *capitis*, K. — *inunguntur*, Ka. *inungantur*, Td. — *oculi et ad vitia*, Td. *oculi et vitia*, a. *oculorum quoque vitiis*, K$\beta\gamma$. Quod sequitur *his* impedire non potest, quominus codicum scripturam interpolationi vulgatae praeferamus; v. ad 32, 24. — *his*, Tad. — *sint*, Tad. *sunt*, $\beta\gamma$.

§ 68. *thoracis*, ad. *thoracis etiam*, $\beta\gamma$. — *vitiis*, d. *et his*, a. — *cum*, a. Om. d. — *compurgari*, d. *cum purgari*, a. *purgari*, $\beta\gamma$. — *poto*, Appul. *potum*, Tad. — *imitationes*, Appul. — *in somno*, ad. *in cibo*, T. — *compesci*, T. *compescit*, ad. *compescuntur*, Appul. — *tentantis aquas*, d. *tentantis aquis*, a. — *in cibo*, ad (Appul.) Om. T. — *claritate*, a.

VIII. 27. Nec beta sine remediis est utraque. Sive can- 69
didae sive nigrae radix recens et madefacta suspensa funi-
culo contra serpentium morsus efficax esse dicitur, candida
beta cocta et cum alio crudo sumpta contra taenias; nigrae
radices ita in aqua coctae porriginem tollunt, atque in totum
efficacior esse traditur nigra. Sucus eius capitis dolores ve-
teres et vertigines, item sonitum aurium sedat infusus iis,
ciet urinam. Medetur dysintericis iniecta et morbo regio; 70
dolores quoque dentium sedat inlitus sucus et contra serpen-
tium ictus valet, sed huic radici dumtaxat expressus; ipsa
vero decocta pernionibus occurrit. Alba epiphoras sedat et
fronti inlita aluminis parvo admixto ignem sacrum. Sine oleo 71
trita sic et adustis medetur. Et contra eruptiones papularum
coctaque eadem contra ulcera quae serpunt inlinitur, et alo-
peciis cruda et ulceribus quae in capite manant. Sucus eius
cum melle naribus inditus caput purgat. Coquitur et cum
lenticula addito aceto, ut ventrem molliat; validius cocta
fluctiones stomachi et ventris sistit.

28. Est et beta silvestris quam limonion vocant, alii neu- 72
roides, multum minoribus foliis tenuioribusque ac densioribus,
undecim saepe, caule lili. Huius folia ambustis utilia gustan-
tium os adstringunt, semen acetabuli mensura dysintericis

§ 69. *remediis*, d. *remedio*, *β*. Om. a. Transcripsit haec Plin. Valer. 2, 21. — *candidae* et *nigrae*, a. *candida* et *nigra*, Td. — *sumpto*, a. — *taenias*, ita nos scripsimus. *tineas*, ad*βγ*. — *ita*, om. d. — *traditur*, ad. *dicitur*, T. — *dolorem* omisso *veteres*, Appul. — *ferrigines infusus naribus*, *item sonitum aurium sedat*, K. — *his*, a. *Is*, d. — *cit*, r.

§ 70. *inlitus*, a. *illius*, d. — *huic*, Tad. *is*, K. *huius*, *βγ*. Legendum vero est *hic* i. e. *in hac re*, in doloribus dentium et serpentium ictibus, succus dumtaxat radici expressus valet, ipsius vero betae succus pernionibus occurrit; de adverbio *hic* v. ad 37, 90. — *radice*, K. — *Alba*, Tdr. *Albae*, a. *Albae succus*, *βγ*. — *et fronti*, Appul. *fronte*, ad*βγ*. — *alumine*, K. — *parvo*, Tad (Appul.) *pauco*, *βγ*. De re v. Dioscor. 2, 149.

§ 71. *sic et*, Appulei. *licet*, ad*βγ*. *scilicet*, K[1]. *illitu*, K[2]. Ita *sic* i. e. *hac mixtura* etiam legitur § 49. — *ulcera*, a. *viscera*, d. — *alopiciis*, Appul. — *huius*, Appul. — *inlitus*, Appul. — *Coquitur* — *molliat*, ad. *Modice cum lenticula et aceto cocta ventrem mollit*, Appul. — *cocta*, *θ*TKad (Appul.) *cocto*, *β*. — *fluctiones*, Tad. *fluctuationes*, K. — *et ventris sistit*, Tad. *sistit et ventris*, *βγ*.

§ 72. *leumonium*, *θ* (Appul.) De re v. Dioscor. 4, 16. — *alii neuroides*, codd. Barbari. *alii ineulo idem*, a. *alii meuloidem*, d. *talis in auro. Idem*, Appul. — *multo*, Dalec. — *foliis*, ad (Appul.) Omitt. *βγ*. — *densioribus*, d (Appul.) *densioribus foliis*, a*βγ*. — *saepe*, ad. *fe...*, Appul. — *undecim*, om. a. — *caule lilii*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 14. *caulium*, ad (Appul.) *β*. —

prodest. Aqua autem betae radice decoctae maculas vestium elui dicunt, item membranarum.

29. Intubi quoque non extra remedia sunt. Sucus eorum 73
cum rosaceo et aceto capitis dolores lenit, idemque cum vino potus iocineris et vesicae; et epiphoris inponitur. Erraticum apud nos quidam ambulam appellavere. In Aegypto cichorium vocant quod silvestre sit, sativom autem serim, quod est minus et venosius.

30. Cichorium refrigerat; in cibo sumptum et inlitum col- 74
lectiones, sucus decocti ventrem solvit, iocineri et renibus et stomacho prodest; item si in aceto decoquatur, urinae tormina discutit, item morbum regium e mulso, si sine febri sit. Vesicam adiuvat; mulierum quidem purgationibus decoctum in aqua adeo prodest ut emortuos partus trahat. Adiciunt magi suco totius cum oleo perunctos favorabiliores fieri et quae velint facilius inpetrare; quod quidem propter singularem salubritatem aliqui chreston appellant, alii pancration.

31. Et silvestre genus, alii hedypnoida vocant, latioris foli. 75
Stomachum dissolutum adstringit cocta crudaque sistit alvom; et dysintericis prodest, magis cum lente. Rupta et convolsa utroque genere iuvantur, item genitura quibus valetudinis morbo effluat.

gustantium os adstringunt, Ta. *gustantium osati stringant*, d. *guttantia adstringunt*, *β*. *gustatu*, K. — *Aqua*, ad (Appul.) *Aque*, T. — *autem betae*, Appul. *et e*, a*βγ*. *et a*, Td. — *cum radice*, *nempe struthio*, Dalec. — *decoctae*, Td (Appul.) *coctae*, a*βγ*. — *item*, Appul. *itemque*, ad*βγ*.

§ 73. *idemque*, *θ*Tad. *idem*, *β*. Transcripsit haec Plin. Valer. 4, 11. — *iocineris*, *θ*Tad. *iocinoribus*, *β*. — *ambulam*, a (Rigalt. et regius ap. Salmas. exerc. p. 583. a. G.) *ambuiam*, alii apud Salmas. *ambulium*, Thuan. ap. eundem. *ambubulam*, Td. *an bubulam*, *θ*. *ambuba*, d (in ind.) *ambubaia*, Rigalt. in ind. *ambobaia*, Ra (in ind.) *ambugiam*, *β*. *ambubeiam*, Torrent. ad Horat. carm. I. 31, 16. *ambuliam*, Salmas. — *serim*, ad. *serin*, *βγ*. — *venenosius*, d.

§ 74. *inde cibum*, ad. — *succus*, TKad. *succusque*, *βγ*. — *e mulso*, a. *et mulso*, d. — *febri*, a. *febre*, d*βγ*. — *adiuvant*, d. — *magis*, d. — *totius*, ad. *intybi*, K. — *fabora viliores*, d. *faborautiliores*, a. — *impetrari*, ad. — *q̃uo quidam*, a. *q̃m quidem*, d. *quam quidem*, T. *quandoquidem*, Pint. *hoc*, K. — *chreston*, a. *chresion*, d. *chreteston*, *θ*.

§ 75. *Et*, a. *Est et*, Td. Haec scriptura cum aperte interpolationem prodat, non perspicitur, quid ea significet, cum copulae nullus prorsus sit locus. Utrumque igitur librariis deberi credo, ita ut haec paragraphus cum proxima arcte connectatur, Plinio a nominibus unius intuborum generis ad nomina alterius transeunte. — *alii*, a. *alterum*, Td. *aliud*, K. — *genitura quibus*, ad. — *quibus genitura*, *βγ*.

32. Seris et ipsa lactucae simillima duorum generum est; 76
silvestris melior, nigra ista et aestiva; deterior hiberna et candidior. Utraque amara, stomacho utilissima, praecipue quem umor vexet; cum aceto in cibo refrigerant vel inlitae discutiuntque et alios quam stomachi. Cum polenta silve- 77
strium radices stomachi causa sorbentur et cardiacis inlinuntur super sinistram mammam. Et ex aceto omnes hae et podagricis utiles et sanguinem reicientibus, item quibus genitura fluat, alterno dierum potu. Petronius Diodotus qui anthologumena scripsit in totum damnavit serim multis modis arguens, sed aliorum omnium opinio resistit.

IX. 33. Brassicae laudes longum est exsequi, cum et Chry- 78
sippus medicus privatim volumen ei dicaverit per singula membra hominis digestum, et Dieuches, ante omnis autem Pythagoras, et Cato non parcius celebraverit, cuius sententiam vel eo diligentius persequi par est ut noscatur qua medicina usus sit annis DC Romanus populus. In tris spe- 79
cies divisere eam Graeci antiquissimi: crispam quam selinoidea vocaverunt a similitudine api foliorum, stomacho utilem, alvom modice mollientem; alteram heliam latis foliis e caule exeuntibus, unde caulodem quidam vocavere, nullius in medicina momenti; tertia est proprie appellata crambe, tenuioribus foliis et simplicibus densissimisque, amarior sed efficacissima. Cato crispam maxume probat, dein levem gran- 80
dibus foliis, caule magno; prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini scintillationibusque, lieni, stomacho, praecordiis crudam ex aceto et melle, coriandro, ruta, menta, laseris radicula sumptam acetabulis duobus matutino, tan-

§ 76. *ista et*; pro his vv. habent *ita est* ad. De re v. Dioscor. 2, 159. — *amara*, θ T a d. *est*, r. *tamen*, β. — *utilissima*, ad. *utilissime*, θ T. — *humor*, T a d. *uror*, θ. — *vexet*, T a d. *vexat*, βγ. — *alias aquam*, K.

§ 77. *stomachi causa*, ad. *stomachicis*, K. — *Et ex aceto*, θ T a d. *ex aceto*, βγ ad superiora referentes. Qui vero eadem quae Plinius de cardiacorum curatione narrant, Didymus in geopon. XII. 28, 2. et Plin. Valer. 3, 11., de aceto admixto nihil referunt. — *haec*, ad. — *et* ante *podagr.* om. d. — *geniturae*, d. — *fluat*, θ a. *fluant*, d. *fluit*, β. — *altero*, θ. — *anthologumena*, Pint. θ. *anthologomena*, T d. *antholongomena*, a. *antilegomena*, β. — *serian*, θ a. *seriam*, d.

§ 78. *singula membra*, d. *sin*, a. — *Dieuches*, a. *Diocles*, T d. — *Cato* de re rust. 156. 157. — *celebraverit*, ad. *celebrarint*, βγ. — *vel eo*, a. *volo*, d. — *cognoscatur*, T d. — *Romanus populus*, omitt. ad (et omnes codd. Rezz.), sed agnoscit haec verba Plin. Valer. 4, 29.

tamque esse vim ut qui terat haec validiorem fieri se sentiat;
ergo vel cum his tritam sorbendam vel ex hoc intinctu su- 81
mendam, podagrae autem morbisque articulariis inlini cum
rutae, coriandri et salis mica, hordei farina, aqua quoque
eius decocta nervos articulosque mire iuvari. Si foveantur
volnera et recentia et vetera, etiam carcinomata quae nullis
aliis medicamentis sanari possint foveri prius calida aqua
iubet ac bis die tritam inponi; sic etiam fistulas et luxata et 82
umores evocari quaeque discuti opus sit; insomnia etiam vi-
giliasque tollere decoctam, si ieiuni edent quam plurumam
ex oleo et sale, tormina, si decocta iterum decoquatur, ad-
dito oleo, sale, cumino, polenta; si ita sumatur sine pane,
magis profuturam; inter reliqua bilem detrahi per vinum
nigrum pota. Quin et urinam eius qui brassicam esitaverit 83
adservari iubet, calefactamque nervis remedio esse. Verba
ipsius subiciam ad exprimendam sententiam: „pueros pusil-
los si laves ea urina, numquam debilis fieri." Auribus quo-
que ex vino sucum brassicae tepidum instillari suadet idque
etiam tarditati audientium prodesse adseverat, et inpetigines
eadem sanari sine ulcere.

34. Graecorum quoque opiniones iam et Catonis causa 84
poni convenit, in iis dumtaxat quae ille praetermiserit. Bilis
trahere non percoctam putant, item alvom solvere eandem-
que bis coctam sistere; vino adversari ut inimicam vitibus,
antecedente in cibis caveri ebrietatem, postea sumpta ora-
pulam discuti; hunc cibum et oculorum claritati conferre 85
multum, sucum vero crudae vel angulis tantum tactis cum

§ 79. *selinoidea*, Dalec. *selinadam*, ad. *selinada*, *β*. *selinoide*, altera Dalecampii coniectura. — *heliam*, ad. *leam*, Barbar. *βγ*. — *carambe*, ad.

§ 80. *scintillationibusque*, a. *scintillationique*, *θ*Td*γ*. — *lieni*, margo Dalecampii coll. Cat. de re rust. 157, 7. *vel*, ad*β*. — *ac melle*, d. — *menta ruta*, d. — *qui terat haec*, a. *quantum ad haec*, d. — *se*, om. a.

§ 81. *cum his*, d (codd. Gel.) *cuminis*, a. — *articulariis*, a. *articularibus*, Td. — *ruta*, d. — *coriandro*, d. — *micae*, d. — *calida aqua*, ad. *aqua calida*, *βγ*.

§ 82. *fistulas*, a. *in fistulas*, d. — *et luxata*, vir doctus apud Barbarum coll. Cat. de re rust. 157, 3. 4. et Plinio Valer. 4, 29. *eluxatas*, ad*β*. — *humores*, Hard. *tumores*, ad*β*. — *quo"que*, a. *quosque*, Td. — *insomnias*, Reisig. schol. grammat. Lat. p. 122. — *edent*, ad. *edant*, *βγ*. Plinius videtur *edint* scripsisse. — *detrahi*, a. *detrahit*, *θ*Td.

§ 83. *esitaverit*, codd. Barbari. *hesitaverit*, d. *aestimaverit*, a. — *asservari*, Td. *adiuvari*, *θ*a. — *iubet*, *θ*Tad. Omitt. *βγ*; v. Cat. de re rust. 157, 10. — *debiles*, a. *iam debiles*, d.

§ 84. *convenit*, om. a. — *his*, ad. — *trahere*, ad. *detrahere*, *βγ*.

§ 85. *suco*, d. — *crudae ungulis vel tantum tactis*, r.

Attico melle plurumum; facillime concoqui ciboque eo sensus purgari. Erasistrati schola clamat nihil esse utilius stomacho nervisque, ideo paralyticis et tremulis dari iubet et sanguinem exscreantibus; Hippocrates coeliacis et dysinte- 86
ricis bis coctam cum sale, item ad tenesmon et renium causa, lactis quoque ubertatem puerperis hoc cibo fieri iudicans et purgationem feminis. Crudus quidem caulis si mandatur, partus quoque emortuos pellit. Apollodorus adversus fungorum venena semen aut sucum bibendum censet, Philistion opisthotonicis sucum ex lacte caprino cum sale et melle. In- 87
venio et podagra liberatos edendo eam decoctaeque ius bibendo; hoc et cardiacis datum et comitialibus morbis addito sale, item splenicis in vino albo per dies XL. Ictericis nec non et phreneticis radicis crudae sucum gargarizandum bibendumque demonstrat, contra vero singultus cum coriandro et aneto, melle ac pipere ex aceto; inlitam quoque prodesse 88
inflationibus stomachi, item serpentium ictibus et sordidis ulceribus ac vetustis, vel aquam ipsam cum hordeacia farina, sucum ex aceto vel cum feno Graeco; sic aliqui et articulis podagrisque inponunt. Epinyctidas et quidquid aliud serpit in corpore inposita levat, item repentinas caligines, has et si manditur ex aceto, suggillata vero et alios livores pura inlita, lepras et psoras cum alumine rotundo ex aceto; sic et fluentis capillos retinet. Epicharmus testium et genitalium 89
malis hanc utilissime inponi adserit, efficacius eandem cum faba trita, item convolsis, cum ruta contra ardorem febrium

Attico, d. *addito*, a. — *sensum*, d. — *Erasistratus chola*, d. — *ideo*, a d. *ideo et*, $\beta\gamma$. — *excruciantibus*, a.

§ 86. *tenesmum*, θ. — *renium*, a d. *renum*, $\beta\gamma$. — *causa*, a. *causas*, T d. — *seminis*, γ vitio operarum. — *Quidem crudus*, a. *Crudi quidem*, T d r. — *caulis si mandatur*, a. *caules si mandantur*, T d r. — *Philiston*, d.

§ 87. *podagra*, a d. *a podagra*, $\beta\gamma$. — *datur*, K. — *idem*, K. — *splenicis*, θ T a d. *spleneticis*, β. — *radicis*; pro h. v. habent *raucis* θ a d. — *demonstrat*; vix dubito, quin legendum sit *demonstrant* (sc. medici). Nam quod unum suppleri potest subiectum *Philistion*, hoc nimis est remotum, praesertim cum verba *Invenio — dies XL* interserantur. — *melle*, a. *et melle*, d β.

§ 88. *inflammationibus*, K. — *aqua ipsa*, a d. *ipsam aquam*, $\beta\gamma$. — *ex aceto*, a. *cum aceto*, T d. — *articulosis*, d. *conticulis*, a. — *et quidquid*, θ a d. *ac quidquid*, $\beta\gamma$. De re v. Dioscor. 2, 146. — *livores cum sulphure*, K. — *et fluentes*; pro his vv. habent *effluentes* θ a d.

§ 89. *asserit* omitt. a d. *adseverat*, Brot. Codicum scriptura locum corruptum esse arguit, et illo verbo hic omisso infra scribendum esse existimo

et stomachi vitia, cum rutae semine ad secundas. Et muris aranei morsus foliorum aridorum farina alterutra parte exinanit.

35. Ex omnibus brassicae generibus suavissima est cyma, 90
etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo et renibus contraria. Illud quoque non est omittendum, aquam decoctae ad tot usus laudatam faetere humi effusam. Stirpium brassicae aridorum cinis inter caustica intellegitur; ad coxendicum dolores cum adipe vetusto, at cum lasere et aceto in vicem psilotri evolsis inlitus pilis nasci alios prohibet. Bibitur et 91
cum oleo subfervefactus vel per se elixus ad convolsa et rupta intus lapsoque ex alto. Nulla ergo sunt crimina brassicae? Immo vero apud eosdem animae gravitatem facere, dentibus et gingivis nocere; et in Aegypto propter amaritudinem non estur.

36. Silvestris sive erraticae inmenso plus effectus laudat 92
Cato, adeo ut aridae quoque farinam in olefactorio collectam vel odore tantum naribus rapto vitia earum graveolentiamque sanare adfirmet. Hanc alii petraeam vocant, inimicissimam vino, quam praecipue vitis fugiat aut, si non possit fugere, moriatur. Folia habet una, rotunda, parva, levia, plantis ole- 93
ris similior, candidior sativa et hirsutior. Hanc inflationibus mederi, melancholicis quoque ac volneribus recentibus cum melle ita ne solvantur ante diem septumum, strumis, fistulis in aqua contritam Chrysippo auctore; et alii vero conpescere mala corporis quae serpant, — nomas vocant, — item excrescentia absumere, cicatrices ad planum redigere;

trita ait, quae vox facillime oblitterari potuit per litteras *a* et *it*, quarum illa praecedentem vocem, haec sequentem incipit. — *ardores*, d. — *et stomachi vitia cum rutae*, a. *cum stomacho iure venora*, d. *et stomachi vitia cum aceto*, K. — *ad secundas*, K a d. *et ad secundas*, $\beta\gamma$. Illam lectionem recepi, interpunctione in nonnullis mutata. — *altius tumentes partus*, K.

§ 90. *cyma, etsi*, Barbar. *quima et*, d. *quimet*, a. — *humi foetere*, d. *facere humi*, a. — *vetusto*, θ T a d. *pervetusto*, β. — *at*, a. *ac*, θ d. — *in vicem*; pro his vv. habent *inter* a d. — *psilotre vulsis*, a d.

§ 91. *rupta*, a. *ruta*, d. — *lapsoque*, a d. *lapsumque*, $\beta\gamma$. — *est*, a d. *edi*, K.

§ 92. *erratices*, a. — *Cato* de re rust. 157, 12. — *olfactorię collectę*, d. — *rapto*, a (codd. Barbari). *nato*, d. — *sanare*, codd. Barbari. *sanari*, a d. — *adfirment*, d. *adfirmant*, a. — *peteream*, d. — *quam*, d. *quia*, a.

§ 93. *habent*, T. — *una*, a. *bina*, T d β. — *rotunda parva*, T a d. *parva, rotunda*, $\beta\gamma$. — *solvatur*, d. — *aquam*, a d. — *Chrysippo auctore*, a. *Chrysippus auctor est*, d $\beta\gamma$. — *et alii vero*, a d (codd. Gel.) *et alii*, T.

oris ulcera et tonsillas manducatam et coctam suco gar- 94
garizato cum melle tollere, item psoras et lepras veteres, ipsius tribus partibus cum duabus aluminis in aceto acri inlitis. Epicharmus satis esse eam contra canis rabiosi morsum inponi, melius si cum lasere et aceto acri; necari quoque canes ea si detur ex carne. Semen eius tostum auxiliatur contra serpentis, fungos, tauri sanguinem. Folia cocta 95
splenicis in cibo data et cruda inlita cum sulphure et nitro prosunt, item mammarum duritiae. Radicum cinis uvae in faucibus tumenti tactu medetur et parotidas cum melle inlitus reprimit, serpentium morsus sanat. Virium brassicae unum et magnum argumentum addemus ac mirabile: crustae si occupent intus vasa omnia, in quis aquae fervent, in tantum ut non sit avellere eas, si brassica in iis decoquatur, abscedunt.

37. Inter silvestris brassicas et lapsana est pedalis alti- 96
tudine, hirsutis foliis, sinapi similis, nisi candidior esset flore; coquitur in cibo, alvom lenit et mollit.

38. Marina brassica vehementissime ex omnibus alvom ciet; coquitur propter acrimoniam cum pingui carne, stomacho inimicissima.

39. Scillarum in medicina alba est quae masculus, femi- 97
nae nigrae; quae candidissima fuerit utilissima erit. Huic aridis tunicis direptis quod relicum e vivo est consectum suspenditur lino modicis intervallis; postea arida frusta in cadum aceti quam asperrimi pendentia inmerguntur ita ne

§ 94. *item*, om. d. — *ex carne*, a. *in carne*, Td. — *fungos*, θTad. *fungorumque venena*, codd. Gel. β. — *sanguine*, d.

§ 95. *splenicis*, θTad. *spleneticis*, codd. Gel. β. — *ac mirabile*, ita nos scripsimus. *admirabile*, a. *ammirabile*, Td. *et mirabile*, βγ. *ab atra bile*, Pint. — *si* ante *occupent* omitt. Tad. — *quis*, ad. *quibus*, βγ. — *fervent in tantum*; pro his vv. habet *ferventum* a, *ferventim* d. — *avellere eas*, ita nos scripsimus. *avellere ea*, ad. *eas avellere*, βγ. — *his*, ad.

§ 96. *altitudine*, Tad. *altitudinis*, βγ. — *sinapi*, Tad. *napi*, Barbarus, β. — *similis*, Tad. *simillimis*, β. — *lenit et mollit*, θTad. *leniter emollit*, β. — *Marina brassica*, v. Dioscor. 2, 148.

§ 97. *quae masculus*, omitt. ad. Ceterum in his vv. corruptelam latere docet primum ipsa vox *masculus*, cuius genus masculinum non habet, quo referatur, tum ipse Plin., qui 19, 93. et masculo et femineo scillarum generi usum medicum non denegat. — *feminae nigrae*, ad. *femina nigra*, βγ. — *vivo*, ad. *vino*, γ vitio operarum. *medio*, Pint. De re v. Dioscor. 2, 202. — *consecutum*, T. — *immerguntur*, θ. — *contingat*, d.

ulla parte vas contingant. Hoc fit ante solstitium diebus 98
XLVIII; gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis totius diei solem accipientibus; post eum numerum dierum tollitur vas, scilla eximitur, acetum transfunditur. Hoc clariorem oculorum aciem facit, salutare est stomachi laterumque doloribus diebus binis sumptum; sed tanta vis est ut avidius haustum exstinctae animae momento aliquo speciem praebeat. Prodest et gingivis et dentibus vel per se conmanducata; 99
taenias et reliqua ventris animalia pellit ex aceto et melle sumpta; linguae quoque recens subiecta praestat ne hydropici sitiant. Coquitur pluribus modis, in olla quae coniciatur in clibanum aut furnum, vel adipe aut luto inlita, aut frustatim in patinis. Et cruda siccatur, deinde conciditur co- 100
quiturque in aceto, tum serpentium ictibus inponitur; tosta quoque purgatur et medium eius iterum in aqua coquitur. Usus sic coctae ad hydropicos, ad urinam ciendam tribus obolis cum melle et aceto potae, item splenicos et stomachicos, si non sentiant ulcus, quibus innatet cibus, ad tormina, regios morbos, tussim veterem cum suspirio. Discutit et fo- 101
liis strumas quadrinis diebus soluta, furfures capitis et ulcera manantia inlita ex oleo cocta. Coquitur et in melle cibi gratia, maxume uti coctionem facias; sic et interiora purgat. Rimas pedum sanat in oleo cocta et mixta resinae; semen eius lumborum dolori ex melle inponitur. Pythagoras scillam in limine quoque ianuae suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit.

§ 98. *Hoc fit — XLVIII*; haec verba post v. *accipientibus* collocat θ, ipsum vero numerum vitiatum habet Schneider. ad Columell. 12, 33. — *laterum*, d. — *diebus binis sumptum*, ita nos scripsimus. *binis sumptum*, d. *pinis sumptum*, a. *parum* (*paucum*, K) *sumptum binis diebus*, βγ. Substantivum *diebus*, quod a codicibus abest, sed omitti nequit, ibi reposui, ubi id per praecedentem vocem *doloribus* excidisse existimari potest. — *exstinctae*, a. *exstincto*, Td. *tinctae*, β. — *aliquae*, d.

§ 99. *taenias*, Kad. *tineas*, βγ. — *sitiant*, θTad. *sitim sentiant*, β. Transcripsit haec Plin. Valer. 3, 12. — *pluribus*, θad. *plurimis*, β.

§ 100. *sic*, a. *si*, d. — *ad urinam*, a. *urinam*, d. — *splenicos*, ad. *ad* (?) *splenicos*, θ. *ad spleneticos*, βγ. — *innatat*, Dalec.

§ 101. *quadrinis*, adr. *quadrimis*, codd. Brot. — *soluta*, ad. *sola*, K. Om. r. — *oleo*, θTad. *eo*, β. — *facias*; vix dubitandum, quin *faciat* legendum sit. — *purgas*. *Primas*, d. — *in limine quoque*, a. *quoque in limine*, Td. — *malorum*, a. *contra malorum*, Td. *Pythagoras scillam suspensam diu vivere; in limine quoque ianuae satam contra mal. med. intr. pollere tradit*, Pint.

40. Ceterum bulbi ex aceto et sulphure volneribus in facie 102
medentur, per se vero triti nervorum contractioni et ex vino
porrigini, cum melle canum morsibus; Erasistrato placet
cum pice. Sanguinem idem sistere eos tradit inlitos cum
melle; alii, si e naribus fluat, coriandrum et farinam adiciunt.
Theodorus et lichenas ex aceto bulbis curat, erumpentia in 103
capite cum vino austero aut ovo; et bulbos epiphoris idem
inlinit et sic lippitudini medetur. Vitia quae sunt in facie
rubentes maxume in sole inliti cum melle et nitro emendant,
lentiginem cum vino aut cum cucumi cocto. Volneribus quo-
que mire prosunt per se aut, ut Damion, ex mulso, si quinto
die solvantur; iisdem et auriculas fractas curat et testium
pituitas. In articulorum doloribus miscent farinam; in vino 104
cocti inliti ventri duritiam praecordiorum emolliunt. Dysin-
tericis in vino ex aqua caelesti temperato dantur, ad con-
volsa intus cum silphio pilulis fabae magnitudine; ad su-
dorem tunsi inlinuntur. Nervis utiles ideo et paralyticis 105
dantur; luxata in pedibus qui sunt rufi ex his citissime
sanant cum melle et sale. Venerem maxume Megarici sti-
mulant, hortensii partum cum sapa aut passo sumpti; sil-
vestres interaneorum plagas et vitia cum silphio pilulis de-
voratis sedant. Et sativorum semen contra phalangia bibitur 106
in vino; ipsi ex aceto inlinuntur contra serpentium ictus.
Semen antiqui bibendum insanientibus dabant. Flos bulbo-
rum tritus crurum maculas varietatesque igne factas emen-
dat. Diocles hebetari oculos ab iis putat; elixos assis minus

§ 102. *Ceterum*, a. *Ceteri*, T d. De re v. Dioscor. 2, 200. — *ulceribus*, T d. — *contractione*, d. *contractionum*, a. — *porrigis*, a. — *cum melle*, a. *mixtum melle*, T d. — *ut Erasistrato*, Dalec. — *Idem sanguinem*, d. — *sistere eos*, d. *sistere eo*, a. *eos sistere*, $\beta\gamma$.

§ 103. *erumpentia*, a d. *et erumpentia*, $\beta\gamma$. — *bulbis*, d. — *medetur*; pro h. v. habent *media eorum* a d, unde legendum videtur *lippitudini mederi media eorum*, qui accusativus cum infinitivo pendet ex verbo *ait*, quod ex verbo *illinit* apte suppleri potest. *Sic* sc. illita. — *Vitia*, a d. *Aeque vitia*, codd. Barbari, $\beta\gamma$. — *rubentes*, a d. *eorum rubentes*, codd. Barbari, $\beta\gamma$. — *illitis*, codd. Barbari. — *cum cucumi*, θ. *cucumi*, a $\beta\gamma$. *cum cumino*, T. *cumino*, d. *cymino*, K. Transcripsit haec Plin. Valer. 3, 20. — *cocti*, K. — *aut ut*, d. *aut*, a. — *dantium*, d.

§ 104. *cocti illiti*, a. *coctā illitu*, d. *cocti et illiti*, K. — *duritiam*, a d. *duritiem*, β. — *ex aqua*; pro his vv. habet *et aqua* a, *aqua* d.

§ 105. *luxata*, codd. Gel. *iuxta*, a d. — *Ventrem*, d. — *sedant*, om. d.

§ 106. *Et sativorum*; pro his vv. habent *sed animorum* a d. — *igni*, d. — *hebetari oculos*, a d. *oculos hebetari*, $\beta\gamma$. — *his*, d. — *ex vi*, a. *et*, d.

utilis esse adicit et difficile concoqui ex vi uniuscuiusque naturae.

41. Bulbinem Graeci vocant herbam porraceis foliis, rubi- 107
cundo bulbo. Haec traditur volneribus mire utilis dumtaxat recentibus. Bulbus quem vomitorium vocant ab effectu folia habet nigra, ceteris longiora.

X. 42. Utilissimus stomacho cibus asparagi traduntur; 108
cumino quidem addito inflationes stomachi colique discutiunt, iidem oculis claritatem adferunt, ventrem leniter molliunt, pectoris et spinae doloribus intestinorumque vitiis prosunt, vino cum coquantur addito. Ad lumborum et renium dolores semen obolorum trium pondere, pari cumini bibitur. Venerem stimulant, urinam cient utilissime, praeterquam quod 109
vesicam exulcerant. Radix quoque plurumorum praedicatione trita et in vino albo pota calculos quoque exturbat, lumborum et renium dolores sedat; quidam et ad volvae dolorem radicem cum vino dulci propinant. Eadem in aceto decocta contra elephantiasin proficit. Asparago trito ex oleo perunctum pungi ab apibus negant.

43. Silvestrem asparagum aliqui corrudam, aliqui Libycum 110
vocant, Attici orminum. Huius ad supra dicta omnia efficacior vis et candidiori maior; morbum regium extenuat; veneris causa aquam eorum decoctam bibi iubent ad heminam; ad idem et semen valet cum aneto ternis utriusque obolis. Datur et ad serpentium ictus sucus decoctus; radix miscetur radici marathri inter efficacissima auxilia. Si san- 111
guis per urinam reddatur, semen et asparagi et api et cu-

§ 107. *porraceis*, Barbar. a. *porracis*, d. *parvis*, codd. Barbari. — *Bulbus quem vomitorium*, v. Dioscor. 2, 201.

§ 108. *Utilissimus stomacho cibus*, a. *Inter utilissimos stomachi cibos*, θTd. — *traduntur*, θTad. *ut traditur*, β. De re v. Dioscor. 2, 151. et Plin. Valer. 4, 30. — *iidem* — *adferunt*, om. r. — *coquantur*, θa. *coquuntur*, dβγ. — *adiecto*, θ. — *obolorum trium*, ad. *trium obolorum*, βγ. — *pari*, a. *parte*, θTd.

§ 109. *praeterquam quod*; hanc scripturam ex β revocavi. *praeter quod*, r. *praeterquam*, adγ. — *exhulceratam*, a. *exhulcerata*", d. — *radicem*, ad. — *in vino*, ad. *ex vino*, βγ. — *elephantiam*, r. — *ex oleo*, θTad. *cum oleo*, β.

§ 110. *aliqui corrudam*, codd. Salmas. de hyle p. 33. a. C. Omitt. Tadγ; at v. 19, 151. et Appul. medic. herb. 84. — *orminum*, codd. Salmas. *ormini*, a. *ormim*, d. *hormenium*, K. *orminium*, β. *hormenum*, γ. V. ad 19, 151. — *morbum regium*, ad. *Regium morbum*, βγ. — *extenuant*, ad. — *ad* ante *idem* om. Tad. — *utriusque*, Tad. *utrumque*, β.

§ 111. *et asparagi*, θTad. *asparagi*, βγ.

mini ternis obolis in vini cyathis duobus quinis diebus Chrysippus dari iubet; sic et hydropicis contrarium esse, quamvis urinam moveat, docet, item veneri, vesicae quoque nisi decoctum; quae aqua si canibus detur, occidi eos; in vino decoctae radicis sucum si ore contineatur dentibus mederi.

XI. 44. Apio gratia in volgo est; namque rami lactis po- 112
tionibus per rura innatant et in condimentis peculiarem gratiam habent. Praeterea oculis inlitum cum melle, ita ut subinde foveantur ferventi suco decocti, aliisque membrorum epiphoris per se tritum aut cum pane vel polenta inpositum mire auxiliatur; pisces quoque si aegrotent in piscinis, apio viridi recreantur. Verum apud eruditos non aliud erutum 113
terra in maiore sententiarum varietate est. Distinguitur sexu; Chrysippus feminam esse dicit crispioribus foliis et duris, crasso caule, sapore acri et fervido, Dionysius nigriorem, brevioris radicis, vermiculos gignentem, ambo neutrum ad cibos admittendum, immo omnino nefas; nam id defunctorum epulis feralibus dicatum esse, visus quoque claritati inimicum; caule feminae vermiculos gigni ideoque eos qui 114
ederint sterilescere, maris feminasque, in puerperiis vero ab eo cibo comitialis fieri qui ubera hauriunt; innocentiorem tamen esse marem, eaque causa est ne inter nefastos frutex damnetur. Mammarum duritiam inpositis foliis emollit; suaviores aquas potui incoctum praestat. Suco maxume radicis 115
cum vino lumborum dolores mitigat, eodem iure instillato gravitatem aurium; semine urinam ciet, menstrua ac secundas partus, et si foveantur semine decocto suggillata reddit

cyathis duobus; pro his vv. dat *quinis diebus* a, *quinis duobus* d. — *decoctum; quae aqua*, ad (codd. Gel.) *decoctum aqua. Si canibus*, r.

§ 112. *in vulgo*, T ad. *vulgo*, *β*. — *lactis*, ad. *actis*, T. *largis*, *βγ*. — *potionibus*, T. *portionibus*, ad *βγ*. — *rura*, T ad. *iura*, *βγ*. — *recreantur*, ad. *creatym*, K.

§ 113. *varietate*, codd. Gel. *varietas*, d. *auctoritas*, a. *auctoritate*, r. — *est*, om. d. — *brevem*, ad. — *vermiculo gignentem vermiculos*, d. — *namque*, T d. — *esse*, d (codd. Gel.) *ipse*, a. Om. r.

§ 114. *sterilescere*, d. *steriles*, a. — *mares feminasve*, *θ* T d. Omitt. ar. — *puerperiis*, d. *puerperis*, *θ* r. Verba *in puerperiis vero ab eo cibo* om. a. — *frutex*, *θ* T ad. *frutices*, *βγ*. — *Mammarum*, Dioscor. 3, 67.

§ 115. *gravitati*, d. — *auri*, a. — *ac secundas partus*, *θ* T ad. *ac secundos partus*, *β*. *secundus ac partus*, K. — *colorem*, K. — *ovi*, ad. *vino*, T. — *aut*, a. *at*, d.

colori. Cum ovi albo inlitum aut ex aqua coctum potumque renibus medetur, in frigida tritum oris ulceribus. Semen cum vino vel radix cum veteri vino vesicae calculos frangunt; semen datur et arquatis ex vino albo.

45. Apiastrum Hyginus quidem melissophyllon appellat; 116
sed in confessa damnatione est venenatum in Sardinia; contexenda enim sunt omnia ex eodem nomine apud Graecos pendentia.

46. Olusatrum quod hipposelinum vocant adversatur scor- 117
pionibus; poto semine torminibus et interaneis medetur, item difficultatibus urinae semen eius decoctum ex mulso potum. Radix eius in vino decocta calculos pellit et lumborum ac lateris dolores. Canis rabiosi morsibus potum et inlitum medetur; sucus eius algentis calefacit potus. Quartum genus ex eodem aliqui faciunt oreoselinon, palmum alto frutice, recto semine cumino simili, urinae et menstruis efficax. Heleoselino vis privata contra araneos, sed et oreoselino feminae purgantur e vino.

XII. 47. Alio genere petroselinon quidam appellant in 118
saxis natum, praecipuum ad vomicas, coclearibus binis suci additis in cyathum marrubi suci atque ita calidae aquae tribus cyathis. Addidere quidam buselinon differens brevitate caulis a sativo et radicis colore rufo, eiusdem effectus; praevalere contra serpentis potu et linitu.

48. Ocimum quoque Chrysippus graviter increpuit inutile 119
stomacho, urinae, oculorum quoque claritati, praeterea insaniam facere et lethargos et iocineris vitia ideoque capras id adspernari; hominibus quoque fugiendum censet. Addunt qui-

§ 116. *melissopylum*, a. *melissopilum*, d. — *sed confessa*, K. — *splendentia*, r.

§ 117. *Holisatrum*, ad. V. Dioscor. 3, 71. — *potatum. Semine*, Td. — *et interaneis*, θTad. *interaneis*, β. *et interaneorum*, K. — *item*, ita nos scripsimus. *idem*, ad. *itemque*, βγ. — *Radix eius*, a. *Radix*, Td. — *cocta*, T. — *sucus eius*, a. *sucus*, Td. — *aliqui faciunt*, ad. *faciunt aliqui*, βγ. — *oreoselinon*, Barbar. *orthoselinon*, codd. Barbari. *hortoselinum*, d. *hortos helinum*, a. — *palmum*, omitt. Tad. — *alio*, ad. — *recto*, ad. *ac recto*, βγ. — *cumino*, a. *cum vino*, d. — *simili*, ad. *simile*, β. ὁ καρπὸς—ἐοικὼς κυμίνῳ, Dioscor. 3, 69.

§ 118. *marrubii succum*, ad. — *ita*, om. K. — *calidae aquae*, Tad. *caldae aquae*, θ. *aquae calidae*, βγ. — *Adiecere*, Td. — *boselinon*, a. *fuselinon*, d. *oposelinon*, r. — *a sativo*, d. *sativo*, aβ. — *praevalet*, K. — *linitu*, Tad. *linitum*, r. *litum*, K.

§ 119. *iocineris*, θad. *iocinoris*, β. Exscripsit haec Plin. Valer. 4, 21. — *censens*, θ.

dam, tritum si operiatur lapide, scorpionem gignere, conman-
ducatum et in sole positum vermis; Afri vero, si eo die fe- 120
riatur quispiam a scorpione quo ederit ocimum, non posse
servari. Quin immo tradunt aliqui manipulo ocimi cum can-
cris decem marinis vel fluviatilibus trito convenire ad id scor-
piones ex proxumo omnis; Diodotus in empiricis etiam pe-
diculos facere ocimi cibum. Secuta aetas acriter defendit; 121
nam id esse capras, nec cuiquam mentem motam, et scor-
pionum terrestrium ictibus marinorumque venenis mederi ex
vino, addito aceti exiguo. Usu quoque conpertum deficien-
tibus ex aceto odoratu salutare esse, item lethargicis et
inflammatis, refrigerationi, inlitum capitis doloribus cum ro-
saceo aut myrteo aut aceto, item oculorum epiphoris inpo-
situm ex vino. Stomacho quoque utile inflationes ructu ex 122
aceto dissolvere sumptum, alvom sistere inpositum, urinam
ciere, sic et morbo regio et hydropicis prodesse, etiam cho-
leris, destillationes stomachi inhiberi. Ergo etiam coeliacis
Philistio dedit, et coctum dysintericis, et contra Plistoni-
cum aliqui et in tenesmo et sanguinem exscreantibus in vino,
duritia quoque praecordiorum. Inlinitur mammis exstinguitque 123
lactis proventum, auribus utilissimum infantium, praecipue cum
adipe anserino. Semen tritum et haustum naribus sternumenta
movet et destillationes quoque capiti inlitum, volvas purgat
in cibo ex aceto. Verrucas mixto atramento sutorio tollit, vene-

gigni, d. — *vermes*, Tad. *vermes afferre*, *β*.

§ 120. *Afri*, ad (codd. Gel.) *alii*, r. *affirmant*, T. — *a*, om. d. — *non posse servari*, ad. *servari non posse*, codd. Gel. *βγ*. *sanari*, r. *Λίβυες δὲ προσειλήφασιν, ὅτι οἱ φαγόντες αὐτὸ καὶ πληγέντες ὑπὸ σκορπίου ἄσωστοι διατίθενται*, Dioscor. 2, 170. — *traduntur*, a. — *ex*, *θ*Td. *et*, a. *α*, *β*. — *omnes*, Tad. Omitt. Hard. et *γ* operarum, ut videtur, vitio. — *Diodotus*, Barbar. *Diodorus*, *θ*adr. — *empericis*, codd. Barbari. *empiriticis*, d. *emitericis*, a.

§ 121. *acriter*, a (codd. Gel.) *graviter*, Td. — *nam*, om. K. — *nec minus quam mentam aut rutam*, K, quod probat Schneider. ad Nicandr. alex. 186. — *motam*, ad. *emotam*, T. *mutari*, r. — *malignorumque*, d. — *aceti*, *θ*T. *aceto*, ad*βγ*. — *odoratu*, ad. *odoratum*, *β*.

§ 122. *inflationis*, r. — *ructu*, Tad. *ructum*, r. *et ructum*, *βγ*. — *dissolvere ex aceto*, Td. — *etiam choleris*, *θ*Tad. *etiam cholericis*, r. *choleras eo et*, *βγ*. — *destillationes*, a. *distillationes*, *θ*Tdr*βγ*. — *Philistio*, ad. *Philistion*, *γ*. — *contra Plistonicum*, *θ*Tad. *colicis Plistonicus*, *βγ*.

§ 123. *haustum*; pro h. v. dant *auctum* ad. — *sternumenta*, a. *sternutamenta*, d*βγ*. — *movet*, om. d. — *capitis*, a. — *atramento*, Plin. Valer. 4, 21. *ceramento*, *θ*a. *eramento*, d.

§ 124. *contrahuntur*, a. *contra utuntur*, d. — *vomicisque*, *θ*Ta. *vomicasque*, d*β*. — *contra bestiarum morsus e vino radice efficacissima*, *θ*T. *bestiarum morsus e vino radice efficacissima*, ad. *bestiarum morsui radice efficacissima*, r. *contra-*

rem stimulat; ideo etiam equis asinisque admissurae tempore ingeritur.

XIII. Silvestri ocimo vis efficacior ad eadem omnia, pe- 124
culiaris ad vitia quae vomitionibus crebris contrahuntur vomicisque volvae, contra bestiarum morsus e vino radice efficacissima.

49. Erucae semen scorpionum venenis et muris aranei mede- 125
tur, bestiolas omnis innascentis corpori arcet, vitia cutis in facie cum melle inlitum, lentigines ex aceto, cicatrices nigras reducit ad candorem cum felle bubulo. Aiunt verbera subituris potum ex vino duritiam quandam contra sensum induere. In condiendis opsoniis tanta est suavitas ut Graeci eu- 126
zomon appellaverint. Putant subtrita eruca si foveantur oculi, claritatem restitui, tussim infantium sedari. Radix eius in aqua decocta fracta ossa extrahit; nam de venere stimulanda diximus, tria folia silvestris erucae sinistra manu decerpta et trita in aqua mulsa si bibantur.

50. E contrario nasturtium venerem inhibet, animum exa- 127
cuit, ut diximus. Duo eius genera. Alvom purgat, detrahit bilem potum x pondere in aquae VII; strumis cum lomento inlitum opertumque brassica praeclare medetur. Alterum est nigrius quod capitis vitia purgat, visum conpurgat, conmotas mentis sedat ex aceto sumptum, lienem ex vino potum vel cum fico sumptum, tussim ex melle, si cotidie ieiuni sumant. Semen 128
ex vino omnia intestinorum animalia pellit, efficacius addito

que bestiarum morsus radix est in vino efficacissima, β. Cum scriptura a nobis recepta consentit γ, nisi quod *contraque* habet.

§ 125. *corpore*, θ. — *subituros poto*, K. — *quantam*, K. — *induere*, θKad. *inducere*, βγ.

§ 126. *euzomona*, a. — *appellaverunt*, d. — *claritati*, Td. — *sedare*, θ. — *diximus* 19, 154. Ceterum post hoc verbum nonnulla excidisse observavit Hard., qui e Geopon. XII. 26, 3. *ἀγρίου γὰρ εὐζώμου φύλλα τὸν ἀριθμὸν γ' τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ληφθέντα ἕκτερον ἰᾶται*, et e Plinio Valer. 2, 59., ubi pariter de regio morbo agitur (*erucae silvestris tria folia sinistra manu decerpta ex aqua mulsa bibuntur*), recte colligit hoc loco non amplius de venere stimulanda, sed de morbo regio agi.

§ 127. *diximus* 19, 155. De re v. Dioscor. 2, 184. — *Album*, Barbar. K. Nobis potius *Alterum alvum purgat* scribendum videtur collatis quae sequuntur verbis. — *X pondere in aquae VII*, θ. *X pondere in aqua VII*, T. *X pondere in aqua*, βγ. De codd. ad prorsus incerta tradit Ian. — *strumis cum lomento*, Td. *strumis cum lomento strumis*, a. *cum lomento strumis*, βγ. — *compurgat*, Tad. *quoque*, K[1]. *clarificat*, K[2]. — *fico sumptum*, θTad. *fico*, βγ.

§ 128. *Semen*, ad. *Semine*, T.

mentastro. Prodest et contra suspiria et tussim cum origano et vino dulci, pectoris doloribus decoctum in lacte caprino; panos discutit cum pice extrahitque corpori aculeos et maculas inlitum ex aceto; contra carcinomata adicitur ovorum album. Et lienibus inlinitur ex aceto, infantibus vero e melle 129
utilissime. Sextius adicit ustum serpentis fugare, scorpionibus resistere, capitis dolori contra ire, alopecias emendari addito sinapi, gravitatem aurium trito inposito auribus cum fico, dentium dolores infuso in auris suco, porriginem et ulcera capitis cum adipe anserino. Furunculos concoquit 130
cum fermento, carbunculos ad suppurationem perducit et rumpit, phagedaenas ulcerum expurgat cum melle; coxendicibus et lumbis cum polenta ex aceto inlinitur, item licheni, unguibus scabris; quippe natura eius caustica est. Optumum autem Babylonium; silvestri ad omnia ea effectus maior.

51. In praecipuis autem medicaminibus ruta est. Latiora 131
sativae folia, rami fruticosiores; silvestris horrida ad effectum est et ad omnia acrior. Sucus exprimitur, tunsa et adspersa modice aqua, et in pyxide Cypria adservatur; hic copiosior datus veneni noxiam optinet, in Macedonia maxume iuxta flumen Aliacmonem, mirumque cicutae suco exstinguitur; adeo etiam venenorum venena sunt, quando cicutae sucus prodest manibus et .... colligentium rutam. Cetero 132
inter prima miscetur antidotis praecipueque Galatica; quaecumque autem ruta et per se pro antidoto valet foliis tritis et ex vino sumptis, contra aconitum maxume et viscum, item fungos, sive in potu detur sive in cibo; simili modo contra

corpore, K.

§ 129. *ustum*, a (codd. Gel.) *ut*, d. — *dolori contra ire*, T d. *dolore contrite*, a. *dolores contrito et*, $\beta\gamma$. — *emendari*, a. *emendare*, T d. — *addito*, om. a.

§ 130. *unguibus*, a d. *item unguibus*, $\beta\gamma$. — *silvestre*, d. *silure*, a. — *ad omnia*, a d. *vero ad omnia*, $\beta\gamma$.

§ 131. *Latiora*, d. *ratio*, a. De re v. Dioscor. 3, 45. — *fervida*, K. — *effectus*, T d. — *tonsa*, a. — *aqua*, a d. Om. γ. — *noxam*, T r. — *in Macedoniä*, d. *Macedoniam*, a. — *Haliacmona*, Dioscor. *Anacimum*, θ a d. — *quando*, a. Omitt. T d. — *et*, T a d. Omitt. $\beta\gamma$; at recipiendam copulam duxi, ita ut punctis positis vocem *faciei* (*δεῖ δὲ προαλειψαμένους τὸ πρόσωπον καὶ τὰς χεῖρας οὕτω συλλέγειν*, Dioscor.) excidisse significarem.

§ 132. *Galatia*, a. — *et per*; pro his vv. habent *aut per* a d. — *et ex*; pro his vv. habet *et pro* a, *et* d. — *similis*, d. — *se*, om. d.

§ 133. *Sed valent*, T a d. *Valent*, $\beta\gamma$. *Valet*, K. — *scorpionum*, θ T a d. *scorpionum ictus*, β. — *araneorum*, T a d. *contra araneorum*, $\theta\gamma$. — *apium*, a d.

serpentium ictus, utpote cum mustelae dimicaturae cum his
rutam prius edendo se muniant. Sed valent et contra scor- 133
pionum et araneorum, apium, crabronum, vesparum aculeos
et cantharidas ac salamandras canisve rabiosi morsus; ace-
tabuli mensura sucus e vino bibitur et folia trita vel conman-
ducata inponuntur cum melle ac sale vel cum aceto et pice
decocta. Suco perunctos aut etiam habentis negant feriri ab
his maleficiis serpentisque, si uratur ruta, nidorem fugere.
Efficacissima tamen est silvestris radix cum vino sumpta; 134
eandem adiciunt efficaciorem esse sub dio potam. Pythagoras
et in hac marem minoribus herbaceique coloris foliis a femina
discrevit; eam laetioribus foliis et colore. Idem oculis noxiam
putavit, falsum, quoniam scalptores et pictores hoc cibo utun-
tur oculorum causa cum pane vel nasturtio, caprae quoque
silvestres propter visum, ut aiunt. Multi suco eius cum melle 135
Attico inuncti discusserunt caligines vel cum lacte mulieris
puerum enixae vel puro suco angulis oculorum tactis. Epi-
phoras cum polenta inposita lenit, item capitis dolores pota
cum vino aut cum aceto et rosaceo inlita, si vero sit cepha-
laea, cum farina hordeacia et aceto. Eadem cruditates dis- 136
cutit, mox inflationes, dolores stomachi veteres; volvas ape-
rit corrigitque conversas inlita in melle toto ventre et pe-
ctore, hydropicis cum fico et decocta ad dimidias partis
potaque ex vino; sic bibitur et ad pectoris dolores laterum-
que et lumborum, tussis, suspiria, pulmonum, iocinerum,
renium vitia, horrores frigidos; ad crapulae gravedines deco-
cuntur folia poturis. Et in cibo vel cruda vel decocta con-

apum, β. — *ac sale*, d. *a sale*, a. *et sale*, βγ. — *Suco*, Tad. *Succo vero*, βγ. — *aut etiam*, T. *etiam*, ad. *aut eam*, βγ. — *feriri*, Td. *fieri*, a. — *nido refugere*, d.

§ 134. *adicitur*, a. — *dio*, T. *diu*, a. *divo*, d. — *potatam*, Td. — *latioribus*, ad. — *foliis et*, a. *et foliis*, d. — *colores hidem*, d. — *falsum*, Tad. *falso*, β. — *utantur*, a. — *cum pane*, Tad. *cum pane quoque*, β. — *nasturtio*, Tad. *nasturtio sativae*, β. — *caprae quoque*, Hard. *atque quoque*, Tad. *atque*, β. — *silvestres*, Tad. *silvestris*, β. *silvestris succo, multi ut aiunt propter visum cum melle Attico*, K.

§ 135. *imposita* — *capitis dolores*, Tad. *imposito. Lenit autem capitis dolores*, β. — *sit cephalaea*, d. *sacephalici*, a.

§ 136. *cruditas discutitur*, d. — *mox et*, Td. — *et dolores*, Dalec. — *illita in*, a. *illita cum*, K. *illitas in*, d. — *fico*, θTad. *ficu*, β. — *et decocta*, a. *decocta*, Td. — *laterum*, Td. — *renium*, ad. *renum*, βγ. — *ad crapulam et gravedines*, K. *crapulae gravedines*, ad. — *potaturis*, ad. — *decocta conditave*; pro his vv. habet *decoeti decondit* a, *decocta decondita* d.

ditave prodest, item torminibus in hysopo decocta et cum vino; sic et sanguinem sistit interiorem et narium indita, 137
sic et conlutis dentibus prodest. Auribus quoque in dolore sucus infunditur, custodito ut diximus modo in silvestri, contra tarditatem vero sonitusque cum rosaceo vel cum laureo oleo aut cumino et melle. Sucus et phreneticis ex aceto 138
tritae instillatur in tempora et cerebrum; adiecerunt aliqui et serpyllum et laurum inlinentes capita et colla. Dederunt et lethargicis ex aceto olfaciendum, dederunt et comitialibus bibendum decoctae sucum in cyathis quattuor ante accessiones quarum frigus intolerabile est, alsiosisque crudam in cibo. Urinam quoque vel cruentam pellit, feminarum etiam pur- 139
gationes secundasque, etiam emortuos partus, ut Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota; itaque inlitam et volvarum causa et suffire iubet. Diocles et cardiacis inponit ex aceto et melle cum farina hordeacia et contra ileum decocta farina in oleo velleribus collecta; multi vero et contra purulentas exscreationes siccae drachmas duas, sulphuris unam et dimidiam sumi censent et contra cruentas ramos tris decoctos in vino. Datur et dysintericis cum caseo in vino contrita; 140
dederunt et cum bitumine infriatam potioni propter anhelitum, ex alto lapsis seminis tris uncias. Olei libra vinique sextario inlinitur cum oleo coctis foliis partibus quas frigus adusserit. Si urinam movet, ut Hippocrati videtur, mirum est quosdam dare velut inhibentem potui contra incontinentiam urinae. Psoras et lepras cum melle et alumine inlita 141
emendat, item vitiligines, verrucas, strumas et similia cum

cum vino; his vv. addunt participium *cocta* ortum ex superiore voce a d.

§ 137. *sitit*, a. — *indita, sic*; pro his vv. habet *inditatis sic* a, *indita tussim* d. *sistit narium, et intra os indita tussim*, Pint. — *doloribus*, T d. — *diximus* § 135. — *in silvestri*, a. *e silvestri*, T d β. — *contra tarditatem vero sonitusque*, θ T a d γ (nisi quod in hac editione *sonitumque* legitur). *vero contra tarditatem et sonitum*, β.

§ 138. *extillatur*, T. — *tempora ad cerebrum*, T a d. — *et serpyllum*, a. *serpyllum*, T d. — *dederunt et comitialibus*; pro his vv. habent *de comitialibus* a d. — *succum cyathis quatuor et ante*, K. — *accessiones*, d. *successiones*, a. — *alsiosisque*, vir doctus apud Barbar. Confirmat a. *algiosisque*, d. — *et crudam*, a d.

§ 139. *feminarum etiam*, a d. *feminarum autem*, T. — *illini*, K. — *et suffire*, d. *et suffiri*, K. *et sufficere*, a. *etiam suffire*, $\beta\gamma$. Ceterum in his verbis corruptelam latere apparet. Unum alterumve verbum deletum esse docet prior particula *et*; praeterea convenientem structuram desideramus et malis antea dictis inepte novum malum *vulvarum causa* admiscetur. — *ilium*, d. — *velleribus*, a d. *et velleribus*, $\beta\gamma$. — *decoctos in vino*, a d. *in vino decoctos*, $\beta\gamma$.

trychno et adipe suillo ac taurino sevo, ignem sacrum ex aceto et oleo vel psimithio, carbunculum ex aceto. Nonnulli laserpicium una inlini iubent, sine quo epinyctidas pusulas curant. Inponunt et mammis turgentibus decoctam et pituitae 142
eruptionibus cum cera, testium vero epiphoris cum ramis laureae teneris, adeo peculiari in visceribus his effectu ut silvestri ruta cum axungia veteri inlitos ramices sanari prodant, fracta quoque membra semine trito cum cera inposito. Radix rutae sanguinem oculis subfusum et toto corpore cicatrices aut maculas inlita emendat. Ex reliquis quae traduntur mirum est, cum ferventem rutae naturam esse conveniat, fasciculum eius in rosaceo decoctum addita uncia aloes perunctis sudorem reprimere itemque generationem inpediri hoc cibo; ideo in profluvio genitali datur et venerem crebro per somnia imaginantibus. Praecavendum est gravidis abs- 143
tineant hoc cibo; necari enim partus invenio. Eadem ex omnibus satis quadripedum quoque morbis in maxumo usu est, sive difficile spirantibus sive contra maleficorum animalium ictus, infusa per naris ex vino aut, si sanguisugam exhauserint, ex aceto et quocumque in simili morborum genere ut in homine temperata.

XIV. 52. Mentastrum silvestris menta est differens specie 144
foliorum quae sunt figura ocimi, pulei colore, propter quod quidam silvestre puleium vocant; iis conmanducatis et inpositis sanari elephantiasim Magni Pompei aetate fortuito cuiusdam experimento propter putorem facie inlita conpertum est. Eadem inlinuntur bibunturque adversus scorpionem 145

§ 140. *uncias*, a d. *obolos*, K[1]. *drachmas*, K[2]. — *partibus quas*, a. *partibus quae*, d. *artubus quos*, r. — *ut*, a. *et*, d. — *vel*, a d. — *potu*, K.

§ 141. *trycno*, a. *tricno*, d. *strychno*, codd. Gel. *βγ*. — *cum adipe suillo, hircino ac taurino*, K. — *ignem*, a d. *item ignem*, *βγ*. — *et oleo — aceto*, om. a.

§ 142. *vero*, omitt. T d. — *ramis laureae*, a. *ramis lauri*, d. *lauri ramis*, T. *teneris. Adeo peculiaris est in visc. his effectus*, r. — *vetere*, d. — *reliquis quoq quae*, r. — *aloes uncia*, d. — *generationem*, *θ*. *generationē*, d. *generationes*, *βγ*. — *impediri*, a. *impedire*, *θ* d. — *in profluvio*, *θ* a d. *profluvio*, *β*.

§ 143. *ut abstineant*, T. — *sanguisugam exhauserint*, T a d. *sanguisuga exhauserit*, *β*. — *in quocumque simili*, K. — *temperata*, K. *temperato*, a d *β*.

§ 144. *quae sunt*, T. *qua sunt*, d. *quasi*, a *β*. Ceterum v. Dioscor. 3, 37. — *pulei odore*, Cornar. ad Dioscor. 3, 34. et Dalec. — *his*, d. — *elephantiasin*, a (codd. Gel.) *elephanti sicut*, d. — *putorem*, r. *pudorem*, a d *βγ*.

§ 145. *bibunturque adversus scorpionem* (ita d[2], *scorpionum* a d[1]) *cum sale oleo et* (*et* om. d) *aceto, item adversus scolopendras et* (*et* om. d) *serpentium ictus*

cum sale, oleo et aceto, item adversus scolopendras et serpentium ictus drachmis duabus in vini cyathis duobus, adversus scolopendras ius decocti; adversus omnia venena servantur folia arida ad farinae modum. Substratum vel accensum 146
fugat etiam scorpiones; potum feminas purgat a partu sed partus necat; ruptis, convolsis, sed parcius, orthopnoicis, torminibus, choleris efficacissimum, item lumbis, podagris inpositum. Sucus auribus verminosis instillatur; in regio morbo bibitur, strumis inlinitur, somnia veneris inhibet, taenias pellit ex aceto potum, contra porriginem ex aceto infunditur capiti in sole.

53. Mentae ipsius odor animum excitat et sapor avidita- 147
tem in cibis, ideo embammatum mixturae familiaris. Ipsa acescere aut coire denserique lac non patitur, quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu strangulentur, data et in aqua aut mulso; eadem vi resistere et generationi creditur cohibendo genitalia denseri. Aeque maribus ac fe- 148
minis sistit sanguinem et purgationes feminarum inhibet, cum amylo ex aqua pota coeliacorum inpetus. Syriation et vomicas volvae curavit illa, iocinerum vitia ternis obolis ex mulso datis, item sanguinem exscreantibus in sorbitionem; ulcera in capite infantium mire sanat, arterias umidas siccat, siccas adstringit; pituitas conruptas purgat in mulso et aqua, 149

drachmis duabus in (*in* om. d) *vini cyathis duobus, adversus scolopendras ius decocti*, a d. *bibunturque adversus scolopendras et serpentium ictus drachmis duabus in vini cyathis duobus, adversus scorpionum ictus cum sale, oleo et aceto, item*, $\beta\gamma$. — *adversus scolopendras ius*, a. Om. d. — *adversus omnia*, T a d r. *adversusque omnia*, β.

§ 146. *fugat etiam*, θ T a d. *fugat*, β. — *a partu*, omitt. T d. — *ruptis convulsis, sed parcius*, a d r. *ruptis convulsis*, T. Om. β. — *choleris*, θ a d. *cholericis*, β. — *vermiosis*, d. — *somnia*, a. *omnia*, d. — *taenias*, ita nos scripsimus. *tineas*, a d $\beta\gamma$.

§ 147. *embammatum*, codd. Gel. *inbammatum*, a. *in bambatum*, d. Locum corruptum censet Schneider. ad Columell. 12, 34. Ceterum v. Dioscor. 3, 36. — *ac*, d. — *acescere*, codd. Gel. *aciescere*, a d. — *ac coire*, codd. Gel. — *denserique*, a. *deserique*, θ T d. *densereque*, codd. Gel. β. *densarique*, Dalec. — *patiantur*, codd. Gel. — *ne huius*; pro his vv. habent *et his* a d. — *data et*; ita nos scripsimus. *datae*, θ r. *data*, a d. *Datur*, $\beta\gamma$. — *mulsa*, d. — *vires sistere*, d. — *et generationi*, a d. *generationi*, γ. — *prohibendo*, K. — *genitalia*, a d. *genitali*, θ. *genituram*, K. — *denseri*, a. *densari*, K d β.

§ 148. *feminarum. Inhibet cum*, r. — *impetu*, a. *impetum*, T d. — *Siriationem*, T. *siratione*, a. *siratione*, d. *Satyriasin*, Halley. in *philosophical transactions* 1693, vol. 17. p. 539. — *illa*, T d. *illę*, a. *Ille et*, β. Totus locus corruptus et hoc modo certum est, in lectionibus illis latere nomen medici alicuius, qui menta in vomicis vulvae iocinerumque vitiis curandis usus sit, cum verbum *curare* num-

voci suco sub certamine utilis dumtaxat, qui et gargarizatur uva tumente adiecta ruta et coriandro ex lacte. Utilis et contra tonsillas cum alumine, linguae asperae cum melle, et convolsa intus per se vitiisque pulmonis; singultus et vomitiones sistit cum suco granati, ut Democritus monstrat. Recentis sucus narium vitia spiritu subductus emendat, ipsa 150
trita choleras, in aceto quidem pota, sanguinis fluctiones intus, ileum etiam inposita cum polenta et si mammae tendantur. Inlinitur et temporibus in capitis dolore, sumitur et contra scolopendras et scorpiones marinos et ad serpentis; epiphoris inlinitur et omnibus in capite eruptionibus, item sedis vitiis. Intertrigines quoque, vel si teneatur tantum, 151
prohibet; auribus instillatur cum mulso. Aiunt et lieni mederi eam in horto gustatam ita ne vellatur, si is qui mordeat dicat se lieni mederi, per dies IX; aridae quoque farinam tribus digitis adprehensam et stomachi dolorem sedare in aqua et similiter adspersam potioni ventris animalia expellere.

54. Magna societas cum hac ad recreandos defectos animo 152
puleio, cum surculis suis in ampullas vitreas aceti utrisque deiectis; qua de causa dignior e puleio corona Varroni quam e rosa cubiculis nostris pronuntiata est. Nam et capitis dolores inposita dicitur levare; quin et olefactu capita tueri

quam de medicamentis, sed constanter de medicis dicatur. In talibus si quid tentare licet, scribendum mihi videtur: *impetus. Dalion et vomicas vulvae curavit illa et iocinerum vitia.* Dalion ille medicus ab ipso Plinio in indice huius libri inter auctores nominatur, et cum in cod. a scriptum sit *impetusiratione*, ultima littera *e* orta est ex sequenti copula *et*, littera *s* male a sua voce divulsa transiit ad sequens nomen, cuius prima littera *d* casu est mutata in *ir*; de *l* et *t* inter se confusis litteris non est, quod loquamur. Copulae vero *et* in *β* servatae vestigium exstat in cod. a, ubi *illę* legitur. — *multo*, d. — *exscreantibus*; hic dativus cum non habeat, unde pendeat, certissima emendatione legendum censeo: *datis; datavit item* rel. Verbum paulo rarius, quod rursus in re medica adhibuit Plin. 25, 58. *Themison binas non amplius drachmas datavit*, oblitteratum est vicinia et praecedentis et sequentis vocis. *Serapion*, Hard. — *capitibus*, T.

§ 149. *suco*, T a d. *succus*, *βγ*. — *utilis sub certamine*, T d. — *gargaridiatur*, *θ*. — *et convulsa*, a d. *ad convulsa*, *βγ*. Huic voci *convulsa* addunt voce[illegible] a d. — *et vomitiones*, a. *ut vomitiones*, *θ* d.

§ 150. *spiritu*, a (codd. Gel.) *spiritus*, d. — *subductus*, a d (codd. Gel.) *su*[illegible] *ducto*, K. — *etiam*, a. *quoque*, d. — *epiphoris linitur*, *θ*.

§ 151. *instillatur cum mulso*, a d. *cum mulso instillatur*, *βγ*. — *lien*, d. — *in*, omitt. a d. — *evellatur*, d. — *farinae*, a. Exscripsit haec Plin. Valer. 4, 23. — *sedari*, d. — *in qua*, d. — *adspersam potioni*, ita nos scripsimus. *aspersa potione*, T. *aspera potione*, a d. *aspere potione*, *θ*. *aspersam in potionem*, *βγ*.

§ 152. *defectos animo*, a. *defectus animi*, d. *animi defectus*, T. De re v. Dioscor. 3, 30. — *suis*, om. K. — *utriusque*, r. — *corona*, T d. *contra*, a. — *Varroni*, *θ* T d. *vartini*, a. *vertigini*, *β*. — *rosa*, *θ* T a d. *rosis*, *βγ*.

contra frigorum aestusque iniuriam et ab siti traditur, neque aestuare eos qui duos e puleio surculos inpositos auribus in sole habeant; inlinitur etiam in doloribus cum polenta et aceto. Femina efficacior; est autem haec flore purpureo, mas 153
candidum habet. In nausias cum sale et polenta in frigida aqua pota inhibet, sic et pectoris ac ventris dolorem; stomachi autem ex aqua item rosiones sistit et vomitiones cum aceto et polenta; alvom solvit ex sale et aceto et polenta. Intestinorum vitia melle decocto et nitro sanat, urinam pellit ex vino, et si ammineum sit, et calculos et interiores omnis dolores. Ex 154
melle et aceto sedat menstrua et secundas, volvas conversas corrigit, defunctis partus eicit. Semen obmutescentibus olefactu admovetur, comitialibus in aceto cyathi mensura datur. Si aquae insalubres bibendae sint, tritum adspergitur; salsitudines corporis, si cum vino tradetur, minuit; nervorum causa et in contractione cum sale et aceto et melle infricatur in opisthotono. Bibitur ad serpentium ictus decoctum, 155
ad scorpionum in vino tritum, maxume quod in siccis nascitur. Ad oris exulcerationes, ad tussim efficax habetur. Flos recentis incensus pulices necat odore. Xenocrates pulei ramum lana involutum in tertianis ante accessionem olefactandum dari aut stragulis subici et ita conlocari aegrum inter remedia tradit.

55. Silvestri ad eadem vis efficacior. Simile est origano, 156
minoribus foliis quam sativom, et a quibusdam dictamnos

acytusque, d. — *tradantur*, a.

§ 153. *Femina efficacior*, a. *Feminae efficacius*, θd. — *haec*, om. T. — *In nausias*, ad. *Nauseas*, βγ. — *pectoris ac ventris*; pro his vv. habet *pectori acris* a, *pecto maris* d. *ac ventris*, om. T. — *aquam*, a. — *item rosiones*, d. *intercisiones*, ar. *item torsiones*, T. — *alvum solvit ex sale et aceto et polenta*, T. Omitt. adβγ. — *decocto*, a. *decocta*, Tdβ. *decoctum*, Brot. γ.

§ 154. *menstrua. Secundas ac vulvas*, K. — *vulvam conversat ac*, d. — *defunctis*, θ. *defunctos*, adβγ. — *obmutescentes*, a. — *olfactum*, θa. — *cum vino*, a. *omnino*, Td. — *tradetur*, a. *tractetur*, Td. *tradatur*, βγ. *corporis si conbetur*, Pint. — *infricatur*, Td. *infricator*, θ. *confringatur*, a. *confricatur*, βγ. — *in opisthotono*, θTad. *et in opisthot.*, K. *opisth.*, β. Plin. *item in opisthot.* videtur scripsisse.

§ 155. *ictus vetus*, T. — *scorpionem*, d. — *in vino*, ad. *et in vino*, γ. — *exhulcerationem*, d. — *habetur*, a. *habentis*, Td. *habenti*, Pint. — *culices*, K. — *involutum*, d. *lutum*, a. — *olfaciendum*, T.

§ 156. *efficacior. Simile*, Tad. *efficacior est, quod simile*, βγ. — *dictamnos*, θa. *dictamnum*, K. *dictannus*, d. *dictamnus*, βγ. — *Gustatur*, d. — *littera mutata*, θTd. *littera mutant*, a. *litteras mutantes*, β. — *blechonem*, T. *blechonen*,

vocatur. Gustatum a pecore caprisque balatum concitat, unde quidam Graeci littera mutata blechonem vocaverunt. Natura tam fervens est ut inlitas partis exulceret. In tussi ex perfrictione fricari ante balinea convenit et ante accessionum horrorem convolsis et torminibus. Podagris mire prodest, spa- 157
sticis cum melle et sale bibendum datur, pulmonum vitia exscreabilia facit. Ad lienem cum sale utile est et vesicae, et suspiriis et inflationibus, decoctum suco aequaliter, et volvas corrigit et contra scolopendram terrestrem vel marinam, item scorpiones, privatimque valet contra hominis morsum. Radix contra increscentia ulcera recens potentissima, arida vero cicatricibus decorem adfert.

56. Item puleio est nepetaeque societas. Decocta in aqua 158
ad tertias discutiunt frigora mulierumque menstruis prosunt et aestate sedant calores. Nepeta quoque viris contra serpentis habet; fumum ex ea nidoremque fugiunt, quam et substernere in metu eo dormituris utile est. Tunsa aegilopiis inponitur et capitis doloribus recens cum tertia parte panis temperata aceto inlinitur. Sucus eius instillatus naribus supinis profluvium sanguinis sistit, item radix quae cum myrti semine in passo tepido gargarizata anginis medetur.

57. Cuminum silvestre est praetenue, quaternis aut quinis 159
foliis veluti serratis, sed ut sativo magnus usus, in stomachi praecipue remediis. Discutit pituitas, inflationes tritum et cum pane sumptum vel potum ex aqua vinoque, tormina

θ. bleconem, d. *albeconem*, a. *blechona*, r*γ. blechon*, *β*. — *In tussi ex perfrictione*; pro hac scriptura ex *β* revocata habet *tussi inter frictiones θ*, *tussi in perfrictione* a*γ*, *tuso in perfrictiones* Td. *In tussi in perfrictione*, Barbar. — *ante*, ad. *an*, *θ*. — *balinea*, *θ*a. *balnea*, d*βγ*. — *accessionem horrore*, a. *horrorem*. *Convulsis*, *torminibus et podagris*, Dalec.

§ 157. *spasticis*, Pint. *pasticis*, *θ*Td. *hepaticis*, a*βγ*. — *cum melle et aloe*, Pint. — *est et*, a. *et*, d. — *decoctum*. *Succus aequaliter et*, Dalec. Potius aliquid excidisse videtur, ut fere Plin. scripserit *decoctum cum .... suco*; latet nomen ignotae alicuius herbae. — *privatimve*, ad. *scorpiones valet privatim contra*, Dalec. — *increscentis*, d. — *recens*, omitt. Td. — *levorem*, Heins. adv. p. 94.

§ 158. *Iterum*, T. — *Decocta*, ad. *Decocta enim*, *βγ*. — *tertias*, d. — *prodest*, ad. — *quam*; pro h. v. habent ad *qualia*, unde *qua re folia* legendum puto. — *et*, om. d. — *subtenere*, a. — *eo dormituris*, d. *eo dormituri*, *θ*. *et dormituris*, T. *obdormituris*, a*βγ*. — *aegilopiis*, a. *aegilopis*, d*β*. — *quae cum semine in balneo gargarizata*, r.

§ 159. *silvestre est*; pro his vv. habet *est silvestris* a, *est et silvestre* Td. Ceterum v. Dioscor. 3, 61. 62. — *sed ut*, a. *sedat*, d. *sed et*, *βγ*. — *inflationes*, ad. *et inflationes*, *βγ*.

quoque et intestinorum dolores; verumtamen omne pallorem bibentibus gignit. Ita certe ferunt, Porci Latronis clari inter 160 magistros dicendi adsectatores similitudinem coloris studiis contracti imitatos et paulo ante Iulium Vindicem adsertorem illum a Nerone libertatis captatione testamenti sic lenocinatum. Narium sanguinem pastillis inditum vel ex aceto recens sistit et oculorum epiphoris per se inpositum, tumentibus cum melle prodest; infantibus inponi in ventre satis est. Morbo regio in vino albo a balineis datur, XV. Aethiopi- 161 cum maxume in posca et in ecligmate cum melle; Africano privatim urinae incontinentiam cohiberi putant. Sativom datur ad iocineris vitia tostum, tritum in aceto, item ad vertiginem, iis vero quos acrior urina mordeat in dulci tritum, ad volvarum vitia in vino praeterque inpositis vellere foliis, testium tumoribus tostum tritumque cum melle aut cum rosaceo et cera. Silvestre ad omnia eadem efficacius, praeterea ad ser- 162 pentis cum oleo, ad scorpiones, scolopendras; sistit et vomitionem nausiasque ex vino, quantum adprehenderint tres digiti; propter colum quoque bibitur inliniturque vel penicillis fervens adprimitur fasciis. Strangulationes volvae potum in vino aperit tribus drachmis in tribus cyathis vini; auribus instillatur ad sonitus atque tinnitus cum sebo vitulino vel melle; suggillatis inlinitur cum melle et uva passa et aceto, lentigini nigrae ex aceto.

gignit bibentibus, d.

§ 160. *contracti*, a. *contra aucti*, d. — *testamentis*, θd. Haec vero verba, uti vulgo leguntur, nemo adhuc explicuit, vix quisquam explicare potuerit. Iulius Vindex cuminum bibisse dicitur, ut debilis et morti propinquus videretur. Voluit igitur heredipetas fallere, qui eius testamentum captabant. Luce clarius est Vindicem non lenocinatum esse per captationem, verum potius eum captatores testamenti allexisse ad se colendum et ambiendum, ut quos sperare iuberet mox se moriturum, favorem igitur Vindicis parandum esse, ut partem aliquam rei familiaris ipsis legaret. Legendum igitur est *captationi*, dativo pendente a verbo *lenocinatum*. Captatores testamenti alliciebat pallido suo colore, ut leno allicit praetereuntes fucata pulchritudine meretricum. Ludibrio igitur habuit Vindex heredipetas, quorum artes in favore hominum divitum captando positas multi lepide describunt; v. Horat. sat. 2, 5., Martial. 6, 63. et Iuven. 12, 93. Exempla vero heredipetarum spe sua a callidis divitibus hominibus deceptorum leguntur apud Plin. epp. II. 20, 7. VIII. 18. et Lucian. dialog. mort. 5, 3. 9, 6. Fecit ergo Iulius Vindex in re minore id quod aliquot saeculis post Sixtus V., ut sellam sacram adscenderet. — *vel ex*, a. *vel*, d. — *sistit*, d. *sis*, a. — *et oculorum* — *tumentibus cum*, om. a. — *ventrali*, Dalec.

§ 161. *balineis*, ad (codd. Gel.) *balneis*, β. Exscripsit haec Plin. Valer. 2, 59. — *Aethiopicum*, ad. *his Aethiopicum*, T (codd. Gel.) — *ecligmate*, Pint. *celigmate*, K. *ligmate*, ad $\beta\gamma$. — *cohibere*, a. — *ad iocineris*, a. *et ad iocineris*,

58. Est cumino simillimum quod Graeci vocant ammi; qui- 163
dam vero Aethiopicum cuminum id esse existumant. Hippocrates regium appellat, videlicet quia efficacius Aegyptio iudicavit; plerique alterius naturae in totum putant, quoniam sit exilius et candidius. Similis autem et huic usus; namque et panibus Alexandrinis subicitur et condimentis interponitur. Inflationes et tormina discutit, urinas et menstrua ciet, 164
suggillata, oculorum epiphoras mitigat, cum lini semine scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus privatimque cerastarum cum pari portione murrae; colorem quoque bibentium similiter mutat in pallorem. Suffitum cum uva passa aut resina volvam purgat. Tradunt facilius concipere eas quae odorantur id per coitum.

59. De cappari satis diximus inter peregrinos frutices. 165
Non utendum transmarino; innocentius est Italicum. Ferunt eos qui cotidie id edunt paralysi non periclitari nec lienis doloribus; radix eius vitiligines albas tollit, si trita in sole fricentur. Splenicis prodest in vino potus radicis cortex dua- 166
bus drachmis dempto balinearum usu, feruntque xxxv diebus per urinam et alvom totum lienem mitti. Bibitur in lumborum doloribus ac paralysi; dentium dolores sedat tritum ex aceto semen decoctum vel manducata radix. Infunditur et 167
aurium dolori decoctum oleo. Ulcera quae phagedaenas vocant folia et radix recens cum melle sanant; sic et strumas discutit radix, parotidas vermiculosque cocta in aqua. Ioci-

Td. — *acrior*, Tad. *acriorum*, *θ*. *acriore vi*, *β*. — *tritum*, Tad. *tritum vino*, *βγ*. — *cera*, d. *cetera*, a.

§ 162. *scolopendras*, ad. *ad scolopendras*, *βγ*. — *celum*, a. — *quoque*, codd. Gel. *quemque*, ad. — *penicillus*, d. — *adstringitur*, r. — *fasciis*, codd. Gel. *faciis*, ad. — *ad sonitus*, a. *ut sonitus*, d. — *sebo*, *θ*ad. *sevo*, *β*.

§ 163. *ami*, ad atque ita omnes codd. in indice huius libri, ut nesciam, an praeferenda sit haec scriptura vel invito Dioscoride 3, 63. — *quidam* — *Hippo* om. a. — *Aegyptio*, Pint. a. *Aegypto*, Td. *in Aegypto*, *β*. — *iudicabat*, Td. — *subiicitur*, Tad. *subigitur*, K. *subditur*, codd. Gel. *β*.

§ 164. *urinas*, *θ*Tad. *urinam*, *β*. — *oculorum*, ad. *et oculorum*, *βγ*. — *in vino*, d. *vino*, a. — *myrrae*, ad. *myrnae*, *θ*. — *aut resina*, ad. *et resina*, *βγ*. — *vulvam*, *θ*Tad. *vulvas*, *β*. — *odorantur*, a. *odorentur*, d*βγ*.

§ 165. *diximus* 13, 127. Add. Dioscor. 2, 204. — *est Italicum*, ad. *Italicum est*, *βγ*. — *trita*, a. *tritae*, *θ*Td. — *sale*, Td.

§ 166. *Splenicis*, *θ*ad. *Spleneticis*, *β*. — *prodẽẽ*, ad. — *potus*, d. *potu*, a*β*. — *demto bat in earum*, d. — *usus*, d. — *ferunt quod*, d. — *mitti*, ad. *emitti*, *βγ*. — *decoctum*, a. *vel decoctum*, *θ*Td.

§ 167. *vermiculosque*, ad. *auriumque vermiculos*, K.

neris doloribus tunsa cum farina hordeacia inponitur; vesicae quoque malis medetur. Dant et ad taenias in aceto et melle; oris exulcerationes in aceto decocta tollit; stomacho inutilem esse inter auctores convenit.

60. Ligusticum, — aliqui panaces vocant, — stomacho utile 168
est, item convolsionibus, inflationibus. Sunt et qui cunilam bubulam appellaverint, ut diximus, falso.

XVI. 61. Cunilae praeter sativam plura sunt in medicina 169
genera. Quae bubula appellatur semen pulei habet utile ad volnera conmanducatum inpositumque, ut quinto post die solvatur. Et contra serpentis in vino bibitur ac tritum plagae inponitur; volnera ab his facta perfricant; item testudines cum serpentibus pugnaturae hac se muniunt, quidamque in hoc usu panaceam vocant. Sedat et tumores et virilium mala sicca vel foliis tritis, in omni usu mire congruens ex vino.

62. Est alia cunila, gallinacia appellata nostris, Graecis 170
origanum Heracleoticum. Prodest oculis trita addito sale; tussim quoque emendat et iocinerum vitia, laterum dolores cum farina, oleo et aceto in sorbitionem temperata, praecipue vero serpentium morsus.

63. Tertium genus est eius quae a Graecis mascula, a 171
nostris cunilago vocatur, odoris foedi, radicis lignosae, folio aspero. Viris eius vehementissimas in omnibus generibus earum tradunt, manipulo quoque eius abiecto omnis ex tota

doloribus tusa cum farina hordeacea imponitur; vesicae, T, cui consentiunt θ d, nisi quod in θ *dolori*, in d *dolores* legitur. Omitt. a βγ. — *taenias*, θ a d. *tineas*, β. — *inutilem*, K. *inutile*, a d γ. *inutiles*, β.

§ 168. *panaces*, a d. *panacem*, βγ. — *utile*, θ K T a d. *inutile*, β. V. Dioscor. 3, 51. — *inflationibus*, a d. *et inflationibus*, βγ. — *Sunt et qui*, a d (codd. Gel.) *Sunt qui et*, T. — *diximus* 19, 165.

§ 169. *impositumque*, a. *impositum*, d. Ceterum v. Dioscor. 3, 31. — *Et*, om. K. — *his*, a d. *iis*, βγ. — *perfricant*, T. *perfrigent*, a (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 901. b. A.) *perfricent*, d. *perfrigentem*, Rigalt. ap. Salmas. *perfricantur*, βγ. — *item*, d (Thuan.) *tem*, a. Om. Rigalt. — *hac se muniunt*, omitt. a d (et omnes codd. Salmas.). De eadem re ita loquitur Plin. 8, 98. *Testudo cunilae, quam bubulam vocant, pastu vires contra serpentes refovet.* Pint. nonnulla in his transponit, Salmas. vero legit: *facta ibes fricant, cutem testudines — pugnaturae* omissis verbis *hac se muniunt.* Et huic quidem ita assentior, ut *cutem* legendum et verba *hac se mun.* delenda censeam; de ibibus dissentio et post v. *perfricant* nonnulla excidisse puto. — *quidam*, d. — *in hoc usu*, T a d. *in hunc usum*, β. *ob hunc usum*, K. — *panaceam*, θ a d. *panacem*, β. — *sicca*, om. T. — *ex*, omitt. a d.

domo blattas convenire ad eam, privatim adversus scorpiones ex posca pollere, tribus foliis ex oleo peruncto homine fugari serpentis.

64. E contrario quae mollis vocatur, pilosioribus foliis ac 172
ramis et aculeatis, trita mellis odorem habet, digitis tactu eius cohaerentibus, altera turis quam libanotida appellavimus. Medetur utraque contra serpentis ex vino vel aceto, pulices etiam contritae cum aqua sparsae necant.

65. Sativa quoque suos usus habet. Sucus eius cum ro- 173
saceo auriculas iuvat, ipsa ad ictus bibitur. Fit ex ea montana, serpyllo similis, efficax contra serpentis. Urinam movet, purgat a partu mulieres; concoctionem mire adiuvat et aviditatem ad cibos utraque vel in cruditate ieiunis in potione adspersa; luxatis quoque utilis, contra vesparum et similis ictus ex farina hordeacia et posca utilissima. Libanotidis alia genera suis locis dicentur.

XVII. 66. Piperitis quàm et siliquastrum appellavimus 174
contra morbos comitialis bibitur. Castor taliter demonstrabat: caule rubro et longo, densis geniculis, foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, utilem gingivis, dentibus, oris suavitati et ructibus.

67. Origanum quod in sapore cunilam aemulatur, ut dixi- 175
mus, plura genera in medicina habet; onitin vel prasion appellant, non dissimile hysopo. Privatim eius usus contra rosiones stomachi in tepida aqua et contra cruditates,

§ 170. *farina*, a. *farre*, θTd. — *sorbitionem* omisso *in*, a. *sorbitione*, Td.

§ 171. *est eius*, a. *eius*, Td. De re v. Dioscor. 3, 126. — *cuniculago*, Td. — *linosae*, θTd. — *omnibus*, a. *omnibus his*, θTd. — *earum*, a. *ad earum*, d. *ad eam rem*, Salmas. exerc. p. 903. b. A. — *abiecto*, a (codd. Barbari). *obiecto*, Td. — *ex tota*, d. *et a*, a. *e tota*, βγ.

§ 172. *foliis ac*, codd. Barbari. Omitt. Tad (et omnes codd. Salmas. exerc. p. 904. a. A.). — *et aculeatis*, Tad (codd. Barbari et Salmasii). *et* omitt. Hard. tacite, γ. — *a digitis*, d. — *tactu*, θTadr. *tractu*, β. — *cohaerentibus*, ad. *cohaerescentibus*, codd. Gel. βγ. — *libanotida appellavimus*, ita nos scripsimus coll. 19, 187. *libanotidam appellaverimus*, θa. *libanotidem appellamus*, dβγ. — *sparsae*, a. *et sparsae*, Td.

§ 173. *Fit ex ea*, ad. *Est et altera*, K. — *purgat*, ad. *purgat et*, βγ. — *aviditatem ad cibos*, ad. *ad cibos aviditatem*, βγ. — *locis dicentur*, ad. *dicentur locis*, βγ.

§ 174. *Piperiatis*, a. *Piperatis*, d. — *appellavimus* 19, 187. — *taliter*, r. *et aliter*, adβγ. *eam taliter*, Pint. — *monstrabat*, codd. Gel.

§ 175. *quod sapore*, K. — *cunilam*, Ka. *cunilae*, Tdβ. — *diximus* 19, 165. — *onitin vel prasion*; pro his vv. habet *coniphalis pharasion* a, *conitimphalis phrasion* d. — *Privatus*, d. — *torsiones*, r. — *contra cruditates*, θTad. *cruditates*, β.

araneos scorpionesque in vino albo, luxata et incussa in aceto et oleo et lana.

68. Tragoriganum similius est serpyllo silvestri; urinam 176
ciet, tumores discutit, contra viscum potum viperaeque ictum efficacissimum, stomacho acida ructanti et praecordiis; tussientibus quoque cum melle datur et pleuriticis et peripneumonicis.

69. Heraclium quoque tria genera habet: nigrius latiori- 177
bus foliis, glutinosum, alterum exilioribus, mollius, sampsucho non dissimile, quod aliqui prasion vocare malunt; tertium est inter haec medium, minus quam cetera efficax. Optumum Creticum; nam et iucunde olet; proxumum Zmyrnaeum odorius; Heracleoticum ad potum utilius, quod onitin vocant. Conmunis autem usus serpentis fugare, percussis esui dare 178
decoctum, eo potu urinam ciere, ruptis, convolsis mederi cum panacis radice, hydropicis cum fico aut cum hysopo acetabuli mensuris decoctum ad sextam, item ad scabiem, pruriginem, psoras in descensione balinearum. Sucus auribus infunditur cum lacte; tonsillis quoque et uvis medetur, capitis ulceribus. Venena opi et gypsi exstinguit decoctum, 179
si cum cinere in vino bibatur; alvom mollit acetabuli mensura, suggillatis inlinitur, item dentium dolori, quibus et candorem facit, cum melle et nitro; sanguinem narium sistit. Ad parotidas decoquitur cum hordeacia farina; ad arterias asperas cum galla et melle teritur, ad lienem folia cum melle et sale. Crassiores pituitas et nigras extenuat coctum cum 180
aceto et sale sumptum paulatim; regio morbo tritum cum

araneos, r. *araneas*, T d. *aranea*, a. *contra araneas*, *β*. *contra araneos*, *γ*. — *luxata*, d (codd. Gel.) *laxata*, a.

§ 176. *stomacho*, a c. *stomachoque*, *βγ*. Ceterum v. Dioscor. 3, 32. — *ruptanti*, a d. — *peripleumonicis*, T. *peripleumeticis*, *θ* a d. Om. r.

§ 177. *sambuco*, d. — *presion*, d. — *inter*, d. *in*, a. — *efficax. Optimum*, a. *efficax. Optimum autem*, d *βγ*. *efficax autem. Optimum*, r. — *Zmirnium*, T. — *odorius*, T a d. *dorius*, *θ*. *odoratius*, Pint. *deinde*, *β*. — *eo quod* vel *quam quod*, Hard. — *otinin*, a d.

§ 178. *estu*, d. — *eo potu*, a d. *potu*, *βγ*. — *ciere ruptis*, d. *vel eruptis*, a. — *medetur*, K. — *item scabiem* omisso *ad*, a d. — *descensione*, vir doctus ap. Barbar. *discessione*, a. *discentione*, d. *distentione*, T. *decessione*, r. *κνησμοὺς δὲ καὶ ψώρας καὶ ἕκτερον τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ ἐν λούτρῳ ὠφελεῖ*, Dioscor. 3, 29. — *balnearum*, d. — *lacte mulieris*, T d. — *tonsillis*, T. *toxillis*, a d. — *et uvis*; pro his vv. habet *fluvis* d, *fluviis*, a. — *capitis*, a d. *et capitis*, *βγ*.

oleo in naris infunditur. Lassi perunguntur ex eo ita ut ne venter attingatur. Epinyctidas cum pice sanat, furunculos aperit cum fico tosta, strumas cum oleo et aceto et farina hordeacia, lateris dolores cum fico inlitum, fluctiones sanguinis in genitalibus tunsum ex aceto inlitum, reliquias purgationum a partu.

70. Lepidium inter urentia intellegitur; sic et in facie 181
cutem emendat exulcerando, ut tamen cera et rosaceo facile sanetur; sic et lepras et psoras tollit semper facile et cicatricum ulcera. Tradunt in dolore dentium adalligatum bracchio qua doleat convertere dolorem.

71. Git ex Graecis alii melanthion, alii melaspermon 182
vocant. Optumum quam excitatissimi odoris et quam nigerrimum. Medetur serpentium plagis et scorpionum; inlini ex aceto ac melle reperio incensoque serpentis fugari; bibitur drachma una et contra araneos. Destillationem narium discu- 183
tit tunsum in linteolo olefactum, capitis dolores inlitum ex aceto et infusum naribus, cum irino oculorum epiphoras et tumores, dentium dolores coctum cum aceto, ulcera oris tritum aut conmanducatum, item lepras et lentigines ex aceto, difficultates spirandi addito nitro potum, duritias tumoresque veteres et suppurationes inlitum; lacte mulierum auget continuis diebus sumptum. Colligitur sucus eius ut hyoscyami, 184
similiterque largior venenum est, quod miremur, cum semen gratissime panis etiam condiat. Oculos quoque purgat, urinam et menses ciet; quin immo linteolo deligatis tantum granis xxx secundas trahi reperio. Aiunt et clavis in pedi-

§ 179. *in vino*, a. *et vino*, d. — *quibus et*, T d. *quibus etiam et*, a $\beta\gamma$. — *sanguinis*, a.

§ 180. *nigra*, K. — *regio morbo*, a d. *mortuo prodest*, K. — *funditur*, a. — *ita ut ne venter*; pro his vv. habet *ita ut neuter* d, *et neuter* a. — *tosta*, T d. *totas*, a. *trita*, $\beta\gamma$. — *ex aceto*, a d. *et aceto*, $\beta\gamma$.

§ 181. *Lepidium*, Barbar. *Lepidum*, a d. De re v. Dioscor. 2, 205. — *hulcerum cicatrices*, K. — *convertere*, θ T a d. *compescere*, β.

§ 182. *Git*, a. *Gyth*, d. *Gith*, $\beta\gamma$. V. ad 19, 167., de ipsa planta Dioscor. 3, 83. — *melaspermon*, a d. *melanspermon*, Dalec. γ. — *Optimum*, d. *Olumum*, a. — *et contra*, θ T a d. *contra*, β.

§ 183. *Destillationem*, a d. *Distillationem*, $\beta\gamma$. — *tusum*, a d. *tusus*, β. — *olefactum*, a d. *olfactum*, $\beta\gamma$. — *infusus*, d. — *irino*, a. *mirino*, d. — *nitro*, a d. *vino*, K. — *lacte*, θ T a d (codd. Leidd. ap. Oudend. ad Appul. metam. p. 559.) *lac*, β.

§ 184. *largius*, K. — *condat*, d. — *menses*, a d (codd. Gel.) *menstrua*, d. — *deligatis*, T a. *diligatis*, d. *illigatis*, r. *alligatis*, β.

bus mederi tritum in urina, culices suffitu necare, item muscas.

72. Et anesum adversum scorpiones ex vino habetur, Py- 185
thagorae inter pauca laudatum sive crudum sive decoctum; item viride aridumve omnibus quae condiuntur quaeque intinguntur desideratum, panis etiam crustis inferioribus subditum. Saccis quoque additum cum amaris nucibus vina conmendat; quin ipsum oris halitum iucundiorem facit fae- 186
toremque tollit manducatum matutinis cum zmyrnio et melle exiguo, mox vino conlutum. Voltum iuveniorem praestat; insomnia levat suspensum in pulvino ut dormientes olefaciant; adpetentiam ciborum praestat, quando id quoque inter artificia deliciae fecere, ex quo labor desiit cibos poscere. Ob has causas quidam anicetum id vocavere.

73. Laudatissimum est Creticum, proxumum Aegyptium. 187
Hoc ligustici vicem praestat in condimentis, dolores capitis levat suffitum naribus. Epiphoris oculorum Euenor radicem eius tunsam inponit, Iollas ipsum cum croco pari modo et vino et per se tritum cum polenta ad magnas fluctiones extrahendisque si qua in oculos inciderint; narium quoque carcinodes consumit inlitum ex aqua. Sedat anginas cum 188
hysopo ac melle ex aceto gargarizatum, auribus infunditur cum rosaceo, thoracis pituitas purgat tostum, cum melle sumptum melius. Cum acetabulo anesi nuces amaras L purgatas tere in melle ad tussim; facillime vero anesi drachmae tres, papaveris duae miscentur melle ad fabae magnitudinem et ternae diebus sumuntur. Praecipuum autem est ad ructus; 189
ideo inflationibus stomachi et intestinorum torminibus et coe-

§ 185. *anesum*, a d. *anisum*, *β*. De ipsa planta v. Dioscor. 3, 58. — *adversum*, a. *adversus*, d *βγ*. — *habetur*, a d. *bibitur*, *βγ*. — *coctum*, T d. — *quaeque condiuntur*, T. — *tinguntur*, T d. — *panes*, d. — *crustis*, a. *rustici*, d. — *Sagis*, d. — *additum cum*, T. *additur: cum*, a *βγ*.

§ 186. *colluti*, K. — *iuveniorem*, T d. *iuniorem*, a *βγ*. — *laevatur pensum*, V, qui codex ab his verbis initium capit. — *in*, V. *ut*, a d. — *olefaciant*, V T d. *olfaciant*, a *βγ*. — *desit*, V.

§ 187. *capitis*, om. V. — *Evenor*, Pint. et Gronov.; confirmat r. *Evenenor*, V¹ T *ϑφ*. *Eveneor*, *ρ*. *Eveneror*, a d. *Eueneros*, *θ*. *et venena*, V². *e vino*, codd. Gel. *β*. — *lollas*, d. — *per se tritum*; pro his vv. habent *cum per se* V a d. — *extrahendaque*, K. — *carcinodes*, a d. *cardines*, *θ* V. *carnes*, T. — *illitum*, a d. *inlia*, V¹. *illia*, V².

§ 188. *hysopo ac melle*, V d. *melle et hyssopo*, a *βγ*. — *annisi*, V a d. — *terere*, V d. — *anesi*, V. *anisi*, a d. — *drachmas*, a. — *ternae*, V T d. *ternis*, a *βγ*.

liacis medetur; singultus et olefactum potumque decoctum inhibet, foliis decoctis digerit cruditates. Sucus decocti cum apio olefactus sternumenta inhibet. Potum somnos concitat, calculos pellit, vomitiones cohibet et praecordiorum tumores, et pectorum vitiis, nervis quoque quibus succinctum est corpus utilissimum. Prodest et capitis doloribus instillari sucum 190
cum oleo decocti. Non aliud utilius ventri et intestinis putant, ideo dysintericis et in tenesmos datur tostum; aliqui addunt et opium, pilulis in die ternis lupini magnitudine in vini cyatho dilutis. Dieuches et ad lumborum dolores suco 191
usus est, semen hydropicis et coeliacis dedit tritum cum menta, Euenor radicem et ad renis; Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma inposuit cum apio, item volvarum dolori, deditque bibendum cum aneto parturientibus. Phreneticis quoque inlinunt vel recens cum polenta, sic et infantibus comitiale vitium aut contractiones sentientibus. Pythagoras quidem negat conripi vitio comitiali in manu 192
habentis; ideo quam plurumum domi serendum; parere quoque facilius olfactantis et statim a partu dandum potui polenta adspersa. Sosimenes contra omnis duritias ex aceto usus est eo et contra lassitudines in oleo decoquens addito nitro; semine eius poto lassitudinis auxilium viatoribus spopondit. Heraclides ad inflationes stomachi semen tribus di- 193
gitis cum castorei obolis duobus ex mulso dedit, similiter ad ventris aut intestinorum inflationes et orthopnoicis quod ternis digitis prenderit seminis, tantundem hyoscyami cum lacte asinino. Multi vomituris acetabula eius et folia lauri decem trita in aqua bibenda inter cenam suadent.

§ 189. *inflationibus stomachi*, V. *stomachi inflationibus*, ad. — *et* ante *intestinorum* om. K. — *potumque decoctum*, Vad. *decoctum potumque*, *β*. — *decocti ipsum cum*, V. — *sternumenta*, Vad*δ*. *sternutamenta*, *βγ*. — *somnos*, Td. *somnus*, Va. *somnum*, *βγ*. — *conciliat*, K. — *cohibet et*, Vd. *cohibet*, a.

§ 190. *Prodest et*, VTad. *Prodest eius et*, *β*. — *tenesmos*, *θ*Vd. *tenesmus*, a. *tenesmo*, T (codd. Gel.) *βγ*. — *inde*, K.

§ 191. *menta Euenor*, Pint. a. *mentae. uenor*, V. *mente uenor*, *ϑ*. *menta et uenor*, Td. *menta verum*, *δρφ*. *menta e vino*, codd. Gel. *β*. — *et ad renes*, VTd*δϑρφ*. *ad renes*, a*βγ*. — *Dalion*, V. *Dallon*, ad. — *inlinunt*, Vad (cod. Leid. ap. Oudend. ad Suet. Oth. 12. *inliniunt*, Voss. ap. eundem). *illinivit*, T*γ*. *illevit*, r. — *vel*, Vad. Omitt. r*γ*. — *confractiones*, V.

§ 192. *negat*, V. Omitt. ad. — *corripi*, ad (codd. Gel.) *corrigi*, V. — *ideo*, Vad. *ideoque*, *βγ*.

§ 193. *prenderit*, *θ*d. *praenderit*, V. *prehenderit*, a*βγ*. — *acetabulum*, K. — *decim*, V.

Strangulatus volvae, si manducetur et linatur calidum vel si 194
bibatur cum castoreo in aceto et melle, sedat; vertigines
a partu cum semine cucumeris et lini pari mensura ternum
digitorum, vini albi tribus cyathis discutit. Tlepolemus ad
quartanas ternis digitis seminis anesi et feniculi usus est in
aceto et mellis cyatho uno. Lenit articularis morbos cum 195
amaris nucibus inlitum. Sunt qui et aspidum venenis adver-
sari naturam eius putent. Urinam ciet, sitim cohibet, vene-
rem stimulat, cum vino sudorem leniter praestat, vestis quo-
que a tineis defendit. Efficacius semper recens et quo nigrius,
stomacho tamen inutile praeterquam inflato.

XVIII. 74. Anetum quoque ructus movet et tormina sedat, 196
alvom sistit; epiphoris radices inlinuntur ex aqua vel vino.
Singultus cohibet semen fervens olefactu; sumptum ex aqua
sedat cruditates. Cinis eius uvam in faucibus levat, oculos
et genituram hebetat.

75. Sacopenium quod apud nos gignitur in totum trans- 197
marino alienatur; illud enim hammoniaci lacrimae simile sa-
gapenon vocatur. Prodest laterum et pectoris doloribus, con-
volsis, tussibus vetustis exscreationibusque, praecordiorum
tumoribus; sanat et vertigines, tremulos, opisthotonicos,
lienes, lumbos, perfrictiones. Datur olfactandum ex aceto in
strangulatu volvae; ceteris et potui datur et cum oleo infri-
catur. Prodest et contra mala medicamenta.

76. Papaveris sativi tria diximus genera et sponte nascen- 198
tis alia promisimus. E sativis albi calyx ipse teritur et e

§ 194. *Strangulatus*, θVTad. *Strangulationes*, β. — *in aceto*, Vad. *aceto*, r. — *cum semine*, V. *semine cum*, ad. — *funiculi*, a.

§ 195. *inutile*, Td. *inutilem*, V. *inutile est*, aβγ.

§ 196. *vomet*, V. De aneto eiusque effectu v. Dioscor. 3, 60. — *semen*, a. *et semen*, VTd. — *olfactu*, d. *olfactus*, V. *olfactum*, aβγ.

§ 197. *toto*, V. De ipsa herba v. Dioscor. 3, 85. — *a transmarino*, d. — *aliud*, a. — *sagapemon*, ad. — *excreationibus praecordiorumque tumoribus*, K. In V semper *excreat.* scribitur. — *lienis*, V. — *olfactandum*, VTad. *et olfactandum*, βγ.

§ 198. *tria*, VT. *ita*, θd. Omittunt aβ. De re ipsa v. Dioscor. 4, 65. — *diximus* 19, 168. — *promisimus*, Vd. *proximus*, a. *proxime*, r. — *E sativis*, VTad. *Sed sativi*, β. — *calix*, V uti plerumque aliis in locis. — *et e*, Va (codd. Gel.) *et*, θφ. *e*, d. — *sopor*, θVTad. *opium*, K. *sapor*, β. *liquor*, Pontedera antiquitt. p. 52. — *capite*, Dalec. — *ut Iollas*, a. *urtiollas*, V. *uti olla*, d. — *defloruerit*, T. — *sereni diei*, Vad. *serena diei*, T. *diei sereni*, β. — *tertia*, V ab alia, ut videbatur Nautae, manu adscriptum. Omitt. Tadθφβγ. — *aut calice*, Dalec.

§ 199. *et huius*, Dalec. — *policis*, V. — *ut lactucis*, Vad (codd. Gel.) *aut*

vino bibitur somni causa; semen elephantiasi medetur. E nigro papavere sopor gignitur scapo inciso, ut Diagoras suadet, cum turgescit, ut Iollas, cum deflorescit, hora sereni diei tertia, hoc est cum ros in eo exaruerit. Incidi iubent sub capite et calyce, nec in alio genere ipsum inciditur caput. Sucus et hic et herbae cuiuscumque lana excipitur aut, si 199
exiguus est, ungue pollicis, ut lactucis, et postero die magis quod inaruit; papaveris vero largus densatur et in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi soporifera modo verum, si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnos; opium vocant. Sic scimus interemptum P. Licini Caecinae praetorii viri patrem in Hispania Bavili, cum valetudo inpetibilis odium vitae fecisset, item plerosque alios. Qua de causa 200
magna concertatio exstitit Diagorae et Erasistrato; in totum damnavere ut mortiferum, infundi vetantes praeterea, quoniam visui noceret; addidit Andreas ideo non protinus excaecari eo, quoniam adulteraretur Alexandriae; sed postea usus eius non inprobatus est medicamento nobili quod diacodion vocant. Semine quoque eius trito in pastillos e lacte utuntur ad 201
somnum, item ad capitis dolores cum rosaceo, cum hoc et aurium dolori instillatum. Podagris inlinitur cum lacte mulierum, — sic et foliis ipsis utuntur, — item ad ignis sacros et volnera ex aceto. Ego tamen damnaverim collyriis addi multoque magis quas vocant lexipyretos quasque pepticas et coeliacas; nigrum tamen coeliacis in vino datur. Sativom 202

lactucis, Barbar. *ut conchulis*, Cornar. ad Dioscor. 4, 55. — *largior*, K. — *densatus*, Td. — *siccatur*, om. V. — *vi*, V. Omitt. ad. *non soporifera modo vi*, Pint. — *somnos*, VTd. *somnum*, a*δθρφβ*. — *opium*, Vd. *sopium*, a. *opion*, *θρφβ*. *opio*, *δ*. — *P.*, *θ*. *post*, VTad. *Postumii*, ed. princ. et *γ* inepte coniunctis duarum gentium nominibus. Nihil horum habet *β*. — *praetori*, V. — *Bilbili*, Dalec. et Gron. *baiuli*, Hard. de antiquo nomine praetoris Hispanico id interpretatus. — *impetibilis*, V¹Tad*δθρφ*. *inputibilis*, V². *impatibilis*, *βγ*. V. Madvig. ad Cic. de fin. p. 243.

§ 200. *concertatio*, a. *concentauro*, V. *cum centauro*, d. — *Diagorae et Erasistrato*, ita nos scripsimus. *diagorae rasistratos*, Va. *diagoras erasistratus*, d. *Diagoras et Erasistratus*, *βγ* ad sequentia referentes. — *addidit*, ad. *ra didit*, V (littera erasa). — *improbatus*, ad. *ut probatus*, V. — *diacodion*, Barbar. *acydion*, Vad.

§ 201. *pastillo*, *θ*Vad. — *e lacte*, ad. *electe*, V. *electo*, *θ*. — *utantur*, V. — *somnium*, *θ*. — *hoc et*, codd. Gel. *haec*, Vad. — *instillatum*, Vd. *instillatur*, a*βγ*. — *ignes sacros*, Vad. *sacros ignes*, codd. Gel. *βγ*. — *magis confectionibus quas*, K. — *vocant*, a. Omitt. Vd. — *lexipyretos*, Hard. tacite. *lexipyretus*, VTad. *lexipyretas*, *β*. *alexipyretus*, Pint. — *peticas*, Vad. — *caeliacas* et *caeliacis*, V.

omne maius; rotunda ei capita, at silvestri longa ac pusilla sed ad omnis effectus valentiora. Decoquitur et bibitur contra vigilias eademque aqua fovent ora. Optumum in siccis et ubi raro pluat. Cum capita ipsa et folia decocuntur, sucus meconium vocatur multum opio ignavior. Experimentum opi 203
est primum in odore, — sincerum enim perpeti non est, — mox in lucernis, ut pura luceat flamma et ut exstincto demum oleat, quae in fucato non eveniunt; accenditur quoque difficilius et crebro exstinguitur. Est sinceri experimentum et in aqua, quoniam ut nubecula innatat; fictum in pusulas coit; sed maxume mirum est aestivo sole deprehendi; sincerum enim sudat et se diluit donec suco recenti simile fiat. Mnesides optume servari putat hyoscyami semine adiecto, alii in faba.

XIX. 77. Inter sativa et silvestria medium genus, quon- 204
iam in arvis sed sponte nasceretur, rhoeam vocavimus et erraticum. Quidam id decerptum protinus cum toto calyce mandunt. Alvom exinanit; capita quinque decocta in vini tribus heminis pota et somnum faciunt.

78. Silvestrium unum genus, — ceratitim vocant, — nigrum, 205
cubitali altitudine, radice crassa et corticosa, calyculo inflexo ut corniculo; folia minora et tenuiora quam ceteris silvestribus. Semen exile tempestivom est messibus; alvom purgat dimidio acetabulo in mulso. Folia trita cum oleo argema 206

§ 202. *maius*, VTad$\vartheta\rho\varphi$. *magis*, β. — *rotunda ei*, Gron. *rotunda et*, Vaδ. *rotunda*, Td. *rotundat*, β. — *caput*, K. — *at*, a. *ac*, Vδ. *et*, Td. *ut*, Gron. — *longa ac*, VTd. *longa at*, a. *longa et*, θ. *longa aut*, δ. *longum ac*, β. — *pusilla sed*, Gron. Td. *pusillas et*, V. *pusillus et*, δ. *pusilla et*, θaγ. *pusillum et*, β. — *valentiora*, θVTadδ. *valentius*, β. — *foventur*, K. — *pluat*, θVTad. *pluit*, β. — *menotium*, a. *De meconio*, V (litteris coloratis) d (in rasura). — *opio ignavior*, a. *opinio ignavior*, V. *opinione gravior*, Td.

§ 203. *in odore*, θVad. *odore*, β. — *est mox*, Vd (codd. Gel.) *mox est*, a. — *et ut*, θVad. *aut ut*, T. *aut*, β. — *extincto*, Vad. *exstinctum*, $\beta\gamma$. — *sinceri*, a. *sincere*, V. *sincerum*, d. — *quoniam*, VTad. *quia*, β. — *ut nubecula*, VT. *in nubila*, adγ. *nebula*, β. — *pulsas*, a. — *mirum est*, Vad. *mirum*, $\beta\gamma$. — *recentis*, V. — *Mnesides*, VTad. *Mnesicles*, β.

§ 204. *et silvestria*, a (codd. Gel.) *est silvestria*, Vd. — *medium*, Vad (codd. Gel.) *est medium*, T. — *in arvis*, Va (codd. Gel.) *rarius*, d. V. Theophr. hist. plant. IX. 12, 2. — *spondia*, a. *quod nisi in arvis esset sponte nasceretur*, Barbar. — *rhoean* vel *rhyan*, codd. Salmas. exerc. p. 582. b. C. *rhiam*, Vad. *rhoeada* vel *rhoeadem*, Salmas. — *vocavimus* 19, 168. — *erraticum*, Barbar. *empraticum*, θVa. *emraticum*, d. — *id*, ad. *ad*, V. — *exinanit*, Vad. *exinaniunt*, $\beta\gamma$. — *et*, om. d.

§ 205. *ceratitim*, d. *ceraticum*, a. *ceratitin*, V$\beta\gamma$. V. Dioscor. 4, 66. — *corniculo*, ita nos scripsimus. *cornicula*, ad$\beta\gamma$, quae vox nihil significare potest

iumentorum sanant. Radix acetabuli mensura cocta in duobus sextariis ad dimidias datur ad lumborum vitia et iocineris. Carbunculis medentur ex melle folia. Quidam hoc genus glaucion vocant, alii paralium; nascitur enim in adflatu maris aut nitroso loco.

79. Alterum e silvestribus genus heraclion vocatur, ab 207
aliis aphron, foliis, si procul intuearis, specimen passerum praebentibus, radice in summa terrae cute, semine spumeo. Ex hoc lina splendorem trahunt aestate. Tunditur in pila comitialibus morbis, acetabuli mensura in vino albo; vomitionem enim facit, medicamento quod diacodion et arteriace vocatur utilissimum. Fit autem huius papaveris aut cuius- 208
cumque silvestris capitibus cxx in aquae caelestis sextariis tribus biduo maceratis in eademque discoctis; deinde siccato iterumque cum melle decoquito ad dimidias partis vapore tenui; addidere postea drachmas senas croci, hypocisthidis, turis, acaciae et passi Cretici sextarium. Haec ostentatione; simplex quidem et antiqua illa salubritas papavere et melle constat.

80. Tertium genus est tithymalon, — mecona vocant, alii pa- 209
ralion, — folio lini, albo, capite magnitudinis fabae. Colligitur uva florente, siccatur in umbra. Semen potum purgat alvom dimidio acetabulo in mulso. Cuiuscumque autem papaveris ca-

nisi cornicem parvam. *καρπὸν δὲ μακρόν, καμπύλον, ὥσπερ κέρας*, Dioscor. — *in mulso*, ad. *bi. mulso*, V.

§ 206. *pharalium*, Vd. *far alium*, a. *paralion*, *βγ*. — *loco*, Va. *solo*, Td.

§ 207. *e*, codd. Gel. *est*, Vad. — *silvestribus*, Va (codd. Gel.) *silvestrium*, d. — *heraclion vocatur*, codd. Gel. *heraclium vocatur*, a. *heraclium vocant*, V. *et vocatur heraclium*, d. — *aphron*, a (codd. Gel.) *aphro*, Vd (codd. Salmas. exerc. p. 793. a. G.) — *praebentibus*, Gron. a. *prae senibus*, V erasis septem fere litteris. *praesentantibus*, d*β*. *repraesentantibus*, K; v. Drakenb. ad Liv. 25, 16., de re Theophr. hist. plant. IX. 12, 4. et Dioscor. 4, 67. — *mensura*; pro h. v. habent *semine* Vad. — *vomitionem*, *θ*VTad. *vomitiones*, *β*. — *enim*, VTad. *autem*, K. — *medicamentum*, d. — *dacodyon*, V. *dam godion*, a. *decadion*, Td. *dodecadion*, Pint. — *arteriace*, VTd. *asteriace*, a.

§ 208. *aquae caelestis*, a. *aquae caelesti*, V. *aqua caelesti*, d. — *discoctis*, Vad. *decotis*, T. *decoctis*, K. — *dein*, Td. — *siccato*, *θ*VTad. *siccatis*, K. *saccatis*, *βγ*. — *iterumque*, a. *iterum*, VTd. — *decoquito*, ita nos scripsimus. *decocto*, *θ*VTad. *decoctis*, *βγ*. — *ad*, om. a. — *postea dracmis*, V. *dragmis postea*, ad. — *sextarium*, a. *sextario*, Vd. — *hac*, d. — *quiddam*, d.

§ 209. *est*, V. Omitt. ad. — *tiet hymalon*, V. *tiethimalon*, d. *et himalon*, a. — *meconia*, d. — *paralion*, *ὁ δὲ παράλιος λεγόμενος (τιθύμαλος), ὃν ἔνιοι τιθυμαλίδα ἢ μήκωνα ἐκάλεσαν*, Dioscor. 4, 162. *arthallion*, *θ*. *arthalion*, ad. *archalion*, T. *asthalion*, V. — *lini*, Dalec. Va. *leni*, Td. *laevi*, *β*. — *albo*, a. *folio albo*, VTd.

put viride vel siccum inlitum epiphoras oculorum lenit. Opium ex vino meraculo si protinus detur, scorpionum ictibus resistit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt, si capita eius vel folia terantur.

XX. 81. Est et porcillaca quam peplin vocant, non multum 210
sativa efficacior, cuius memorabiles usus traduntur: sagittarum venena et serpentium haemorroidum et presterum restingui pro cibo sumpta et plagis inposita extrahi, item hyoscyami pota e passo expresso suco. Cum ipsa non est, semen eius simili effectu prodest. Resistit et aquarum vitiis, capitis dolori ulceribusque in vino tunsa et inposita; reliqua ulcera conmanducata cum melle sanat. Sic et infantium cerebro inpo- 211
nitur umbilicoque prociduo, in epiphoris vero omnium fronti temporibusque cum polenta, sed ipsis oculis e lacte et melle; eadem, si procidant oculi, foliis tritis cum corticibus fabae, pusulis cum polenta et sale et aceto. Ulcera oris tumoremque gingivarum conmanducata cruda sedat, item dentium dolores, tonsillarum ulcera sucus decoctae. Quidam adiecere 212
paulum murrae; nam mobilis dentis stabilit conmanducata, cruda sedat vocemque firmat et sitim arcet. Cervicis dolores cum galla et lini semine et melle pari mensura sedat, mammarum vitia cum melle aut Cimolia creta, salutaris et suspiriosis semine cum melle hausto; stomachum in acetariis sumpta conroborat. Ardenti febribus inponitur cum po- 213
lenta, et alias manducata refrigerat etiam intestina. Vomitiones sistit; dysinteriae et vomicis estur ex aceto vel bibitur cum cumino, tenesmis autem cocta; comitialibus cibo vel

oculum, V d. — *restit*, V.

§ 210. *porcillaça*, T a d. *procillaca*, V. *portulaca*, Barbar. *β*. V. ad 13, 120., de ipsa planta Dioscor. 2, 150. — *peplin*, T. *pephlin*, a d. *peplilin*, V. *peplion*, *β*. — *non*, om. K. — *et presterum*, Barbar. *et presigrum*, V T d. *et presigarum*, a. *ait Petrichus*, Pint. — *restringi*, T K. — *extrai*, V. — *pota*, a d. *potae*, T. *pote*, V. — *semine*, V a d.

§ 211. *prociduo*, V d. *procul dubio cibo duo*, a. — *fronti*, V T a d. *fronte*, *β*. — *pulenta*, V ut saepe. — *procidant*, codd. Hard. *procedant*, *θ* T V d. *procedens*, a. *procident*, *β*. — *oculi*, T. *oculis*, V a d. *prodest*, *β*. — *pusullis*, V. *pusillis*, a d. — *Ulcera*, d. *ut ulcera*, a. *ut cera*, V. — *oristum orenque*, V.

§ 212. *myrrhini*, Pint. — *mobiles*, *θ* V T a d r. *et mobiles*, *βγ*. — *commanducata*, V a. *manducata*, *θ* T d. — *cruda*, *θ* V T a d. *cruditates*, *βγ*. — *et melle*, *θ* V T a d. Om. *β*. — *aut Cimolia*, *θ* V T a d. *et Cimolia*, *β*. — *et suspiriosis*, V d. *est suspiriosis*, a *βγ*. — *in*, om. *θ*.

§ 213. *Ardenti*, V a d. *Ardentibus*, *βγ*. — *estur*, V d (codd. Gel.) *detur*, a. — *cocta*, V T a d. *cocta et*, *βγ*. A voce *comitialibus* nova iam periodus incipit.

potu prodest, purgationibus mulierum acetabuli mensura in sapa, podagris calidis cum sale inlita et sacro igni. Sucus 214 eius potus renis iuvat ac vesicas, ventris animalia pellit. Ad volnerum dolores ex oleo cum polenta inponitur; nervorum duritias emollit. Metrodorus qui ἐπιτομὴν ῥιζοτομουμένων scripsit purgationibus a partu dandam censuit; venerem inhibet venerisque somnia. Praetorii viri pater est 215 Hispaniae princeps quem scio propter inpetibilis uvae morbos radicem eius filo suspensam e collo gerere, praeterquam in balineis, ita liberatum incommodo omni. Quin etiam inveni apud auctores caput inlitum ea destillationem anno toto non sentire; oculos tamen hebetare putatur.

82. Coriandrum inter silvestria non invenitur; praecipuum 216 esse constat Aegyptium. Valet contra serpentium genus unum quod amphisbaenas vocant potum inpositumque; sanat et alia volnera, epinyctidas, pusulas tritum; sic et omnis tumores collectionesque cum melle aut uva passa, panos vero ex aceto tritum. Seminis grana tria in tertianis devorari iubent aliqui ante accessionem vel plura inlini fronti. Sunt 217 qui et ante solis ortum cervicalibus subici efficaciter putent. Vis magna ad refrigerandos ardores viridi. Ulcera quoque quae serpunt sanat cum melle vel uva passa, item testis, ambusta, carbunculos, auris, cum lacte mulieris epiphoras oculorum, ventris, intestinorum fluctiones semen ex aqua potum; bibitur et in choleris cum ruta. Pellit animalia in- 218 teraneorum cum mali punici suco et oleo semen potum. Xenocrates tradit rem miram, si vera est, menstrua conti-

§ 214. *mollit*, d. — *ἐπιτομὴν ῥιζοτομουμένων*, ad. *epitomē rhegotomumenon*, V. *ἐπιτ. τῶν ῥιζοτ.*, Barbar. *βγ*.

§ 215. *Praestori*, V. — *Hispaniae princeps*, om. T. — *impetibiles*, d *δθρφ*. *impatibiles*, V a *βγ*. — *filo*, a. *filio*, V d[1]. *folio*, d[2]. — *balneis*, d. — *ita*, *θ* V a d. *et ita*, *β*. Verba *ita* — *omni* om. T. — *omni*, a. *omnia*, V. Om. d. — *sentire*, a d (codd. Gel.) *sentiri*, V. — *putant*, V.

§ 216. *praecipuum*, V T a d. *praecipuum tamen*, *βγ*. De re v. Dioscor. 3, 64. — *constat statim*, V T a d. — *amfisvenas*, V d. *amsis venas*, a. — *impositumque*, a d. *quae*, V suprascripto *impositum* ab eadem, ut videtur, manu. — *pusulas tritum*, V a. *pusulas trita*, d.

§ 217. *antea*, V. — *ad*, omitt. V a d. — *refrigerando*///, d. — *intestinorum*, V d. *et intestinorum*, a *βγ*. — *potum; bibitur et*, a. *potum bibit. urat et*, V. *bibitur potum. At*, d.

§ 218. *miram*, *θ* V T a d r. Om. *β*; at illud confirmat etiam Appul. p. 267.

neri uno die, si unum granum biberint feminae, biduo, si duo, et totidem diebus quot grana sumpserint; Marcus autem Varro coriandro subtrito et cumino acetoque carnem omnem incorruptam aestate servari putat.

83. Atriplex et silvestre est et sativom, accusatum Pytha- 219
gora tamquam faceret hydropicos morbosque regios et pallorem, concoqueretur difficillime; ac ne in hortis quidem iuxta id nasci quicquam nisi languidum culpavit. Addidere Dionysius et Diocles plurumos gigni ex eo morbos, nec nisi mutata saepe aqua coquendum, stomacho contrarium esse, lentigines et papulas gignere. Miror quare difficulter in Italia nasci 220
tradiderit id Solo Zmyrnaeus. Hippocrates volvarum vitiis, infundit id cum beta; Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit, panos, furunculos incipientis, duritias omnis vel cocto vel crudo utiliter inlini putavit, item ignem sacrum cum melle, aceto, nitro, similiter podagras. Unguis scabros 221
detrahere dicitur sine ulcere. Sunt qui et morbo regio dent semen eius cum melle, arterias et tonsillas nitro addito perfricent, alvom moveant, cocto vel per se vel cum malva aut lenticula concitantes vomitiones. Silvestri capillos tingunt et ad supra scripta utuntur.

si duo, a (Appul.) Omitt. Vd. — *quod*, V (Appul.) — *sumpserunt*, Appul. — *Marcus autem*, Appul. *M.*, VTad$\beta\gamma$. — *uuarro*, V (Appul.) — *coriandrū*, Appul. — *et cumino acetoque*, Td. *et comino acetoque*, Appul. *et cum in aceto quae*, V. *cum acetoque*, a. *cum aceto*, $\beta\gamma$. — *carnem omnem*, T (Appul.) *carnem*, Vad$\beta\gamma$.

§ 219. *est et sativum, accusatum*, $\delta\vartheta\rho\varphi$. *et sativum accusatum*, Tdr. *et accusatum*, Va. In V per participium *accusatum* traducta est linea, eique vox *sativum* suprascripta. Appul. modo verba *Atriplex et silvestre est* habet. *est accusatum*, β. *et sativum est*, γ. Idem habet Dioscor. 2, 145. — *Phytagora*, d. *ypitagora*, a. *pytagma*, V. *a Pythagora*, β. *Pythagoras*, Gron. γ. De ablativo v. ad 33, 3. — *regios et*, a. *regio sed*, V. *regios sed*, d. — *concoqueretur*, codd. Hard. *conqueretur*, VTa. *conqueritur*, d. *coqueretur*, codd. Gel. β. — *iuste*, Vad. *putavit*, K. — *nec*, ad. *nunc*, V. — *mutate*, V. — *saepe*, θVTad. *saepius*, β.

§ 220. *nasci tradiderit id*, Vadϑ. *nasci tradiderunt id*, $\delta\rho\varphi$. *id nasci tradiderit*, $\beta\gamma$. — *Solo*, V$\rho\varphi$. *Solon*, a$\delta\vartheta\beta\gamma$. *solus*, d. V. Haas. ad Reisig. schol. grammat. Lat. p. 85. — *Smyrneus*, a. *myrneus*, Vdϑ. *et mineus*, $\delta\rho\varphi$. — *infundit id*, Vd. *id infundit*, a$\beta\gamma$. — *panos autem et*, Appul. Ceterum haec repetiit Plin. Valer. 4, 7. — *duritiasque*, Appul. — *nitro*, Appul. *nigro*, θVTad. *nitroque*, $\beta\gamma$. *acetoque nigro*, r. — *podagris*, Vd.

§ 221. *detraere*, Appul. — *vel per se*, Vad (codd. Gel.) *per se*, K. — *aut cum lenticula*, T. — *Silvestre praeter dicta etiam capillos tinguit*, Appul. 2. *ad*, ad. Omitt. Vβ. — *scripta*, θVTKad. *dicta*, β.

§ 222. *discernentur*, V. De ipsa planta v. Dioscor. 2, 144. — *lopen*, θVd. *lopem*, a. Appul. quoque *ΛΩΠΕΝ*, non *μαλόπην* habuisse videtur. *molochen*,

XXI. 84. E contrario in magnis laudibus malva est utra- 222
que, et sativa et silvestris. Duo genera earum amplitudine foli discernuntur; maiorem Graeci malopen vocant in sativis, alteram ab emolliendo ventre dictam putant malachen; at e silvestribus cui grande folium et radices albae, althaea vocatur, ab excellentia effectus quibusdam plistolochia. Omne 223
solum, in quo serantur, pinguius faciunt, contra omnis aculeatos ictus efficaces, praecipue scorpionum, vesparum similiumque et muris aranei; quin et trita cum oleo qualibet earum peruncti ante vel habentes eas non feriuntur. Folium inpositum scorpionibus torporem adfert. Valent et contra psimithi venena; aculeos omnis extrahunt inlitae crudae cum aphronitro, potae vero decoctae cum radice sua leporis marini venenum restingunt, ut quidam dicunt, si vomatur. De iisdem 224
mira et alia traduntur, sed maxume, si quis cotidie suci ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis cariturum. Ulcera manantia in capite sanant in urina putrefactae, lichenas et ulcera oris cum melle, radix decocta furfures capitis et dentium mobilitates. Eius quae unum caulem habet radice circa dentem qui doleat pungito, donec desinat

Salmas. de hyle p. 46. b. C. — *emolliendo*, V a d. ... *liendum*, Appul. — *ventre*, a d. *ventrem*, θ V. *ventrē*, Appul. — *malacen*, V d. *malecen*, a. *alace*, Appul., apud quem vox *ventrē* proxime praecedit. — *at e*, ita nos scripsimus. *a te*, Appul. *E*, a βγ. — *ae*, V, *e*, d, quorum codicum uterque has litteras proximo *malachen* annectit. — *cui*, a d. *qui*, V. *quo*, Appul. — *althea*, V. *altea*, Appul. De ipsa planta v. Dioscor. 3, 153. — *quibusdam*, V a d. *a quibusdam*, Appul. βγ. — *plistolochia*, ita nos scripsimus. *plistholocia*, Appul. *plistolocia*, T d γ. *plitolicia*, θ V a. *aristalthaea*, β. *plistolycia*, Hard. Idem cognomen etiam aliis plantis inditum; v. 20, 29. 25, 96.

§ 223. *omnis olum*, V. *omnes orū*, Appul. — *serantur*, V a. *seruntur*, T d (Appul.) — *pinguius*, a. *pinguis*, V (Appul.) *pinguissimum*, T d. Scripsit Plin. *pinguefaciunt* (coll. 16, 246.), nisi forma *pinguifaciunt* praeferenda est. — *contra*, T d (Appul.) *in contra*, V a. *Huic contra*, βγ. — *efficaces*, V T d (Appul.) *efficacior vis*, a β. *efficax vis*, θ K γ. — *psimithi*, hanc Pintiani coniecturam confirmat Appul. *psitim*, T d. *phystim*, θ a. *phsitim*, V. *presterum*, r. Nihil horum habent βγ. — *a fronitro*, Appul., quod emendavi. *a nitro*, θ d. *nitro*, a (codd. Gel.) βγ. *anetho*, r. *crudae aut cum anetho potae; decoctae vero cum*, Schneider. ad Nicandr. alex. p. 331. — *sua*, a d. *suco*, θ V T. — *venenum*, θ T a d r. *venena*, V βγ. — *restingunt*, *ut*, ita nos scripsimus. *restinguntur*, a. *restringuntur*, V. *restinguitur*, θ T d. *restringunt et ut*, β. *restinguunt et ut*, γ.

§ 224. *iisdem*, V. *eisdem*, a d βγ. — *si quis cotidie*, V d. *si quis cottidie*, Appul. *cotidie quis*, T. *si quotidie quis*, βγ. — *sorveat*, Appul. — *capitis*, V a d. *in capite*, Appul. — *mobilitatē*, Appul., quod nescio an sit praeferendum; v. ad 2, 189. — *Eius quae*, V a. *Eius qui*, d. *eiusq; vero*, Appul. p. 268. — *dolet*, r. — *pungito*, Dalec. *pungit*, θ V T a d. *perunge*, K. *punge*, β. *pungunt*, codd. Hard., Appul. γ.

dolere. Eadem strumas et parotidas panosque, addita hominis 225
saliva, purgat citra volnus. Semen in vino nigro potum pituita et nausiis liberat; radix mammarum vitiis occurrit adalligata in lana nigra, tussim in lacte cocta et sorbitionis modo sumpta quinis diebus emendat. Stomacho inutilis Sex- 226
tius Niger dicit, Olympias Thebana abortivas esse cum adipe anseris; aliqui purgari feminas foliis earum manus plenae mensura in oleo et vino sumptis. Utique constat parturientis foliis substratis celerius solvi, protinus a partu revocandam, ne volva sequatur. Dant et sucum bibendum parturientibus 227
ieiunis in vino decoctae hemina; quin et semen adalligant bracchio genitale non continentium, adeoque veneri nascuntur, et semen unicaulis adspersum genitali feminarum aviditates augere ad infinitum Xenocrates tradit, itemque tris radices iuxta adalligatas, tenesmo et dysintericis utilissime infundi, item sedis vitiis, vel si foveantur. Melancholicis quoque sucus datur cyathis ternis tepidus, et insanientibus quaternis, decoctae comitialibus heminae suci; hic et calculosis 228
et inflatione et torminibus aut opisthotono laborantibus tepidus inlinitur. Et sacris ignibus et ambustis decocta in oleum

dolere, ita nos scripsimus. *dolore*, V (Appul.) *a dolore*, T d. *dolor*, a $\beta\gamma$.

§ 225. *panos*, V a d. — *purgat*, a d. *pungit*, V. *pungunt*, θ T. — *pituita*, V a d. *a pituita*, $\beta\gamma$. — *et nauseis*, V. *ex nauseis*, a d. — *sorbitiones*, V.

§ 226. *utiles*, r. At vulgatam vindicat etiam Macer Floridus 1963. — *Utique*, V a. *Votique*, d. — *solvi sed id protinus*, K[1]. *solvi sed protinus*, K[2]. — *revocandam*, V T (Appul.) *revocanda*, K. *revocandum*, a d $\beta\gamma$.

§ 227. *decoctae*, θ V a d. *decocta*, β. — *semen*, θ V T a d. *semen tritum*, β. — *adeoque*, a d. *adeo quae*, V. — *venere*, V a d. *eae Veneri*, $\beta\gamma$. — *et*, V a. *ut*, d $\beta\gamma$. — *genitali*, vir doctus ap. Barbarum. *curationis*, V a $\delta\theta\rho\varphi$. *curationes*, d. *cubatibus*, Gron. Certe tum scribendum esset, quod propius a codd. scriptura abest, *cubationi*, qua voce Varro usus est de ling. Lat. VIII. 30, 54., ita ut *cubatio feminarum* sit idem quod *feminae cubantes*; v. ad 17, 105. At scripsit Plin. *subationi*. Vocem *subandi*, quae proprie de suum libidine dicitur (8, 205. 10, 182.), Plin. h. l. *καταχρηστικῶς* ad mulieres libidinosas transtulit; v. Horat. epod. 12, 11. Eadem ratione *καπρᾶν* apud Graecos legitur; v. Meinek. ad Menandr. fragmm. p. 277. ed. 1. — *augeri et infinitum*, V a d. — *tradit*, V. *tradat*, a d $\beta\gamma$. — *itemque*, θ V a d. *item*, β. — *tres*, V a. *ut tres*, d. — *tenesmo et*; pro his vv. habent *tenesmos* V d, *tenesmos sint* a. — *cyathis*, V d. *quartis*, a. — *quaternis*, V d. Omitt. ar.

§ 228. *hic*, V d. *His*, a $\beta\gamma$. *is*, K. — *opisthotono*, K. *opistonico*, V. *opisthotonico*, a d $\beta\gamma$. — *ambusta*, V a d. — *oleo*, K. — *vulnerum*, a. *vulneram*, V. *vulnera*, d. — *infusione*, V a. *infusium*, T d. *insessione*, K. — *in oleum*, ita nos scripsimus collatis verbis superioribus. *oleum*, V T a d. *in oleo*, $\beta\gamma$ ad superiora referentes. — *permeatus*, θ V a. *permixtus*, T d. *pori meatus*, β. *potus halitus*, K[1]. *orisque meatus*, K[2]. — *suaves*, a. *suavius*, V T d.

§ 229. *inflammationes*, V a d. *inflationes*, θ T. *inflammationes tollit. Panos in*

folia inponuntur et ad volnerum inpetus cruda cum pane. Sucus decoctae nervis prodest et vesicae et intestinorum rosionibus; volvas et cibo et infusione emollit; in oleum sucus decoctae permeatus suavis facit. Althaeae in omnibus supra 229
dictis efficacior radix, praecipue convolsis ruptisque. Cocta in aqua alvom sistit; ex vino albo strumas et parotidas et mammarum inflammationes et panos in vino folia decocta et inlita tollunt; eadem arida in lacte decocta quamlibet perniciosae tussi citissime medentur. Hippocrates volneratis si- 230
tientibusque defectu sanguinis radicis decoctae sucum bibendum dedit, et ipsam volneribus cum melle et resina, item contunsis, luxatis, tumentibus et musculis, nervis, articulis inposuit et asthmaticis, dysintericis in vino bibendam dedit. Mirum aquam radice ea addita addensari sub divo atque glaciescere. Efficacior autem quo recentior.

85. Nec lapathum dissimilis effectus habet; est autem et 231
silvestre quod alii oxalida appellant, sapore proxumum, foliis acutis, colore betae candidae, radice minuma, nostri vero rumicem, alii lapathum cantherinum, ad strumas cum axungia efficacissimum. Est et alterum genus fere, — oxylapathon vocant, — sativo id quidem similius, — sed acutiora folia ac ru-

vino fol. dec. et illita. Eadem, K. — *tussi citissime medentur*; pro his vv. habet *tutissime medentur* a, *tutissime dentur* V, *tusa citissime medentur* d.

§ 230. *siccescentibusque*, K. — *contusis*, VTad. *tussis*, Appul. *convulsis*, r. — *et luxatis*, T. — *tumentibus et*, Vad. *tumentibus aut*, Appul. *tumentibus*, K. — *et asthmaticis*; pro his vv. habent *ut supra spasticis* θVTad. *Spasticis* h. l. reponendum esse non dubito; in verbis *ut supra* videtur latere *ut nihil supra*, quamquam alibi Plinium hac locutione uti non memini. — *dysintericis*, θVad. *ac dysentericis*, βγ. — *bibendam*, Appul. *bibendum*, Vadβγ. — *addita*, om. r. — *divo*, θVad. *div*, Appul. *dio*, βγ. — *glaciescere*, T (Appul.) *lactescere*, Vadβγ. *lentescere*, K. πηγνύναι δὲ (ὕδωρ) καὶ τὴν τῆς ἀλθαίας ῥίζαν, ἐάν τις τρίψας ἐμβάλῃ καὶ θῇ ὑπαίθριον, Theophr. hist. plant. IX. 18, 1. πήγνυσι δὲ ἡ ῥίζα (τῆς ἀλθαίας) καὶ ὕδωρ μιγεῖσα λεία καὶ συνεξαυθριασθεῖσα, Dioscor. 3, 153.

§ 231. *lapatum*, V. *lappatum*, Appul. — *autem et*, Vad (codd. Gel.) *autem*, r. Vid. § 234. — *oxallida*, Appul. *oxalli id*, d. *oxea alli id*, a. *CXVII. id*, V. *oxalidem*, βγ. V. Dioscor. 2, 140. — *sapore*, θVTad. *sativo*, β. Utraque lectio ita iungenda est, ut *sativo sapore* legatur, altera voce per alteram ob similitudinem expulsa. Id suadet cum res ipsa, quia, si non ita legitur, non apparet, cui plantae sit sapore proximum silvestre lapathum, tum Appuleius, apud quem legitur *saporem autem sativū proximum*, verbis paululum corruptis. — *lappatium*, Vd. — *feri*, Pint. — *oxylapathum*, a. *oxilapatum*, Vd. — *id quidem*, K[1]. *idem*, arγ. *item*, VTdβ. *id est*, K[2]. — *sed*, K. *et*, Vad (Appul.) βγ. — *folia*, Vad. *habet folia*, βγ. Recepi scripturam codicum, ita ut verba *sed acutiora* — *rubriora* parenthetice sint sumenda. — *rubriore*, V. *rudiore*, Appul. Hinc est, quod suspiceris Plinium *sed acutiore folio ac rubrioře* scripsisse.

briora, — non nisi in palustribus nascens. Sunt qui et hydrolapa- 232
thon tradant in aqua natum. Est et aliud hippolapathon maius sativo candidiusque ac spissius. Silvestria scorpionum ictibus medentur et feriri prohibent habentis. Radix aceto decocta, si conluatur sucus, dentibus auxiliatur, si vero bibatur, morbo regio; semen stomachi inextricabilia vitia sanat. Hippolapa- 233
thi radices privatim unguis scabros detrahunt; dysintericos semen duabus drachmis in vino potum liberat. Oxylapathi semen lotum in aqua caelesti sanguinem reicientibus adiecta acacia lentis magnitudine prodest. Praestantissimos pastillos faciunt ex foliis et radice, addito nitro et ture exiguo; in usu aceto diluunt.

86. Sed sativom in epiphoris oculorum inlinunt frontibus; 234
radice lichenas et lepras curant, in vino vero decocta strumas et parotidas et calculos, pota vino et lienes, inlita coeliacos aeque et dysintericos et tenesmos. Ad eademque omnia efficacius ius lapathi; et ructus facit et urinam ciet et caliginem oculorum discutit, item pruritum corporis in solia balinearum additum aut prius ipsum inlitum sine oleo. Fir- 235
mat et conmanducata radix dentis; eadem decocta cum vino sistit alvom, folia solvont. Adiecit Solo, ne quid omittamus,

§ 232. *Sunt qui*, T d. *qui sunt*, V a. — *et*, recepi ex Appuleio, qui *et thyrdolapadum* habet. Omitt. V a d $\beta\gamma$. — *tradant*, V d. *tradunt*, a $\beta\gamma$. — *Est*, omitt. V a d. — *aliud*, a. *alium*, V d. — *hippophatum*, V. — *Silvestria*, V a d. *Sed omnia silvestria*, Appul. — *feriri*, Appul. *ferire*, V a d. *sortiri*, K. — *proibent*, Appul. — *colluatur*, Cornar. ad Dioscor. 2, 103. *coluatur*, T d. *coletur*, V β. *colatur*, a. — *sucus*, om. T.

§ 233. *scabrose*, V. — *detrahit*, V a d. — *potum*, a (Appul.) *optimum*, θ V T d. *optime*, Gron. — *sanguinem*, V a d ϑ (codd. Gel.) *sanguinem prodest*, $\delta\rho\varphi$. — *adiecta acacia*, d. *iecta acacia*, a. *aiecta acia*, V. — *prodest*, a d. Omitt. V $\delta\vartheta\rho\varphi$ iisque auctoribus Gronov. delet supra *reiicientes* scribens. — *ture exiguo*, Cornar. ad Dioscor. 2, 103. *iure exiguo*, d (codd. Barbari). *iure enguo*, a. *iurenguo*, V.

§ 234. *fronti et temporibus*, K. — *radice eius*, Appul. *radici*, V. — *lichenas*, T. *licenas*, Appul. *licherias*, V a d. *cherias*, $\delta\vartheta\rho\varphi$. *meliceridas*, β. — *lepnas*, V. *libras*, Appul. — *pota*, a. *poto*, V d. — *inlita*, θ V T a d. Om. β. — *Ex eademque*, V a d. — *lappati*, V. — *et ructus*, V a d. *quod ructus*, K. — *et caliginem*, a d. *caliginem*, V.

§ 235. *Adiecit*, V a d. *adiecto*, r $\delta\vartheta\rho\varphi$. — *Solo*, θ V a d. *sole*, $\delta\vartheta\rho\varphi$. *sale*, r. *Solon*, $\beta\gamma$. — *ne quid*, $\delta\vartheta\rho\varphi$. *neque ut*, V a d. *neque hic*, r. — *omittemus*, r. — *bulappatum*, V a d. — *altitudinem*, V. — *et*, ut suppositicium delendum est, cum, si haec particula retinetur, Plin. dicat bulapathon praeter cetera lapathi genera differre effectu erga dysintericos; sed idem effectus etiam in illis coll. § 233. 234. Quodsi vero *et* pro *etiam* dictum sumas, alios morbos desideres, quibus bulapathon medetur. Praeterea oratio per illam copulam valde impeditur. — *efficaci effectu*, codd. Gel. *efficacius*, r. *effectu*, V a d $\delta\vartheta\rho\varphi\beta\gamma$. — *potae*, Gronov. *pota*, V T a d. *potu*, codd. Gel. *potum*, $\delta\vartheta\rho\varphi\beta$.

bulapathon radicis tantum altitudine differens et erga dysintericos efficaci effectu potae ex vino.

XXII. 87. Sinapi, cuius in sativis tria genera diximus, 236
Pythagoras principatum habere ex his quorum sublime vis feratur iudicavit, quoniam non aliud magis in naris et cerebrum penetret. Ad serpentium ictus et scorpionum tritum cum aceto inlinitur; fungorum venena discutit; contra pituitam tenetur in ore donec liquescat, aut gargarizatur cum aqua mulsa. Ad dentium dolores manditur, ad uvam gargarizatur cum 237
aceto et melle, stomacho utilissimum contra omnia vitia; pulmonibus exscreationes facilis facit in cibo sumptum; et suspiriosis datur, item comitialibus taediis cum suco cucumerum. Sensus atque sternumentis caput purgat, alvom mollit, menstrua et urinam ciet; et hydropisi inponitur cum fico et cumino tunsum ternis partibus. Comitiali morbo aut volvarum conver- 238
sione suffocatas excitat odore, aceto mixto, item lethargicos, — adicitur tordylon, est autem hoc semen ex seseli, — et si vehementior lethargus premat, cruribus aut etiam capiti inlinitur cum fico ex aceto. Veteres dolores thoracis, lumborum, coxendicum, umerorum et in quacumque parte ex alto corporis vitia extrahenda sunt inlitum caustica vi emendat pusulas faciendo; at in magna duritia sine fico inpositum aut, si ve-

§ 236. *diximus* 19, 171. Ceterum v. Dioscor. 2, 183. — *in sublime*, K.

§ 237. *dolores*, VTad. *dolorem*, $\beta\gamma$. — *pulmonibus*, Vad. *pulmonibusque*, $\beta\gamma$ ad praecedentia referentes. — *et suspiriosis datur*, VTd. *datur et suspiriosis*, a$\beta\gamma$. — *taediis*, Gronov. *tedis*, VTad. *tepidus*, $\vartheta\rho$. *tepidum*, β. — *Sensus atque sternutamentis*, Va (codd. Gel.) *Sternutamentis sensus atque*, Td. Ceterum ego *sternumentis* scripsi coll. ad 32, 28. — *alvum mollit*, a. *alvum purgat, mollit*, Vd. — *et hydropisi*, ita nos scripsimus. *et hydropici*, Va. *hydropicis*, Td (Appul.) $\beta\gamma$. — *cimino*, V.

§ 238. *Comitali autem*, Appul. p. 269. — *aut vulvarum*, Vad (Appul.) *et vulvarum*, codd. Gel. $\beta\gamma$. *ex vulvarum*, K. — *suffocatas*, codd. Gel. *suffocatos*, VTadγ. *exanimes*, Appul. — *excitat odore*, codd. Gel. *excitat odores*, Vad. *excitato dolore*, Appul. — *tordylon*, Vad. *topaion* (i. e. *ΤΟΡΔΥΛΟΝ*), Appul. *tordylion*, codd. Barbari, $\beta\gamma$. V. Schneid. ad Nicandr. theriac. 841. — *hoc*, VTd (Appul.) *id*, $\beta\gamma$. Om. a. — *ex seseli*, *ἔνιοι δὲ σέσελι Κρητικὸν καλοῦσι*, Dioscor. 3, 56. *ex sese*, Vad. *esse li*, Appul. *ex sili*, Pint. — *et si*, a. *et sive*, Vd. *si*, Appul. — *vehementior lethargus*, ita nos scripsimus. *ve aementiori et largus*, Appul. *vehementior lethargicos*, Vad. *vehementior somnus lethargicos*, $\beta\gamma$. *veternus lethargicos*, Gronov. — *ficu*, Appul. — *ex aceto*, Va. *et aceto*, Td (Appul.) — *thoracis tollit*, Appul. — *coxarum*, Appul. — *umerorum*, omitt. codd. Barbari. — *parte ex alto corporis vitia*, VTad. *parte ex alto vitta corporis*, Appul. *parte corporis ex alto vitia*, $\theta\gamma$. *corporis ex alto vitia*, β. — *faciendum*, Appul. — *at in*, ad. *ad in*, Appul. *ad*, V. *ad magnam duritiem*, r. — *imponitur*, d. — *aut*, Appul. *ut*, V. *vel*, ad$\beta\gamma$.

hementior ustio timeatur, per duplicis pannos. Utuntur eo 239
et ad alopecias cum rubrica, psoras, lepras, phthiriasis, tetanicos, opisthotonicos; inungunt quoque scabras genas aut caligantis oculos cum melle, sucusque tribus modis exprimitur in fictili calescitque in eo sole modice. Exit et e caulieulo sucus lactens qui ita cum induruit dentium dolori medetur. Semen ac radix cum inmaduerint musto conterun- 240
tur manusque plenae mensura sorbentur ad confirmandas faucis, stomachum, oculos, caput sensusque omnis, mulierum etiam lassitudines, saluberrimo genere medicinae. Calculos quoque discutit potum in aceto; inlinitur et livoribus suggillatisque cum melle et adipe anserino aut cera Cypria. Fit et oleum ex eo semine madefacto in oleo expressoque, quo utuntur ad nervorum rigores lumborumque et coxendicum et perfrictiones.

88. Sinapis naturam effectusque eosdem habere traditur 241
adarca inter silvestria dicta, in cortice calamorum sub ipsa coma nascens.

89. Marrubium plerique inter primas herbas conmendavere, quod Graeci prasion vocant, alii linostrophon, nonnulli philopaeda aut philochares, notius quam ut indicandum sit. Huius folia semenque contrita prosunt contra serpentis, pectorum et lateris dolores, tussim veterem, et iis qui sanguinem

ustio, θVTad. *urigo*, Barbar. β. — *timetur*, Appul.

§ 239. *eo*, T (Appul.) Omitt. V a d βγ. — *et*, Appul. Omitt. VTad βγ. — *ad*, VTad. Om. Appul. — *alupitias*, Appul. *olopicias*, V. — *lubrica*, d. *lupri capsoriis*, V. — *tetanicos*, Cornar. ad Dioscor. 2, 140. *litanicos*, Vad γ. *lithanicos*, β. *lichenas*, Hard. — *caligantes*; pro h. v. habet *cum gallicam ter* V, *cum gallica inter* Tad. — *sucusque*, a. *sucoque*, VTdr. — *Exit et e*, a. *Exit et*, V. *excitet*, d. — *lactens*, Vd. *latens*, r. *lacteus*, aβγ. — *qui*, a (?). *ei vaevi* vel *ei ucevi*, V. *ei vetvi*, d. *ei ne cui*, r. Quibus ex lectionibus quid sit exsculpendum, mihi non liquet. Plura h. l. interierunt, quam quae coniectura suppleri possint; verba *ita cum induruit* — *medetur* significant in illis verbis corruptis latere rationem, qua succus ille densetur.

§ 240. *immaduerint*, ita nos scripsimus. *immaduerit*, Vd. *immaduere*, aβγ. — *conteruntur*, ad. *cum teruntur*, V. — *munusque*, V. — *confirmandas*, θVTd. *firmandas*, aβγ. — *saluberrimo*, d. *saluberrimae*, θVaγ. — *in aceto*, θVTad. *ex aceto*, β. — *inlinitum*, Va. *illitum*, d. — *liboribus*, V. *laboribus*, d. — *singillatisque*, Vd. — *ex eo*, θVad. *ex ipso*, T. *ex*, β. — *oleo*, ad. *ulco*, VT. — *expressoque quo utuntur*, a. *expresso quoque utuntur*, V. *expressoque utuntur*, d. *expressu contuntur*, Appul. Verba Plinii egregie illustrat Dioscor. 1, 47. — *rigores*, Vd (Appul.) *frigores*, a. — *coxendicium*, V. — *et*, Vad. Omitt. βγ.

§ 241. *naturae*, Vad. — *habere auditur*, Va. *traditur habere*, d. — *adarcam*, Vad. — *silvestria dicta*, Appul. *silvas tacta*, Vaβγ. *silvas tecta*, T. *silvas*

reiecerint eximie utile, scopis eius cum panico aqua decoctis ut asperitas suci mitigetur; inponitur strumis cum adipe. Sunt qui viridis semen quantum duobus digitis capiant, cum 242
farris pugillo decoctum addito exiguo olei et salis sorberi ieiunis ad tussim iubeant. Alii nihil conparant in eadem causa marrubi et feniculi sucis ad sextarios ternos expressis decoctisque ad sextarios duos, tum addito mellis sextario, rursus decocto ad sextarios duos, si cocleari mensura in die sorbeatur in aquae cyatho. Virilium vitiis tunsum cum melle 243
mire prodest; lichenas purgat ex aceto, ruptis, convolsis, spasticis, nervis salutare; potum alvom solvit cum sale et aceto, item menstrua et secundas mulierum. Arida farina cum melle ad tussim siccam efficacissima est, item ad gangraenas et pterygia; sucus vero auriculis et naribus et morbo regio minuendaeque bili cum melle prodest, item contra venena inter pauca potens. Ipsa herba stomachum et exscrea- 244
tiones pectoris purgat cum iride et melle, urinam ciet, cavenda tamen exulceratae vesicae et renium vitiis. Dicitur sucus et claritatem oculorum adiuvare. Castor marrubi duo genera tradit, nigrum et quod magis probat candidum. In ovom inane sucum addit is ipsumque ovom infundit melle aequis portionibus, tepefactum vomicas rumpere, purgare, persanare promittens, inlitis etiam volneribus a cane factis tunso cum axungia veteri.

tectam, d. V. 16, 167. *instar salis coacta*, Salmas. exerc. p. 918. a. A. — *in cortice*, Va. *cortice*, Td. — *commandavere*, V. — *prasion*, Dioscor. 3, 109. *parsion*, ad. *pa sion*, V littera *r*, uti videtur, erasa. Apud Appuleium pro hoc nomine legitur *iippacconium*, ita ut fortasse *eupatorium* ex Dioscoride sit restituendum et *prasion*, *alii eupatorion* legendum, quae verba vicinitate sequentium facile absorberi poterant. — *philopaeda*, ad. *philopheda*, V. ....*padam*, Appul. — *prosunt*, ad. *pr̃*, V. — *his*, Vd. — *reiiciunt*, r.

§ 242. *viridem*, Appul. — *capiat*, V. — *sorberi ieiunis*, θVTadr. *sorueri ia iunus*, Appul. *sorbere ieiunos*, β. — *marruvi*, V. — *tum addito*, θVad. *cum addito*, β. — *decocto*, Vad. *decocta*, β. — *cochlearii*, Gesner. hist. anim. 4, 236. ad. *codiarii*, V. — *in aquae*, Va. *in aqua*, d. *cum aqua*, Dalec. — *quieto*, V.

§ 243. *Virilium*, V. *Et virilium*, adβγ. — *sparsicis*, V. — *menstruas*, d. — *cancrianas*, Vad. — *pterugia*, d. *pterugias*, V. — *succus vero articulis et e naribus morbo regio*, Barbar. — *bile*, V.

§ 244. *cum iride et melle*, ad sequentia refert β; interpunctionem emendavit Hard. — *cavendo*, Vd. — *renium*, d. *renum*, Vaβγ. — *et claritatem*, θVad. *claritatem*, β. — *inanem*, V. — *ipsumque infuso melle*, K. — *melle aequis*, a. *mel aequis*, Vd. Vulgata scriptura cum omni structura destituatur, legendum puto *et mel*, copula *et* per proximam syllabam absorpta. — *promittit*, *illinit etiam vulnera a cane facta*, K. — *tuso*, Ka. *tusum*, θ. *tusam*, Vd.

90. Serpyllum a serpendo putant dictum, quod in silvestri 245
evenit, in petris maxume. Sativom non serpit sed ad palmum altitudine increscit. Pinguius voluntarium et candidioribus foliis ramisque, adversus serpentis efficax, maxume cenchrim et scolopendras terrestris ac marinas et scorpiones, decoctis ex vino ramis foliisque; fugat et odore omnis, si uratur, et contra marinorum venena praecipue valet. Capitis 246
doloribus decoctum in aceto inlinitur temporibus ac fronti cum rosaceo, item phreneticis, lethargicis, contra tormina et urinae difficultates, anginas, vomitiones drachmis quattuor; ex aqua bibitur ad iocinerum desiderium. Folia obolis quattuor dantur ad lienem ex aceto. Ad cruentas exscreationes teritur in cyathis duobus aceti et mellis.

91. Sisymbrium silvestre quibusdám thymbraeum appella- 247
tum pedali non amplius altitudine. Quod in riguis nascitur simile nasturtio est, — utrumque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones et similia, — quod in sicco odoratum est et inseritur coronis, angustiore folio. Sedant utraque capitis dolorem, item epiphoras, ut Philinus tradit; alii panem addunt, alii per se decocunt in vino. Sanat et epinyctidas 248
cutisque vitia in facie mulierum intra quartum diem noctibus inpositum diebusque detractum; vomitiones, singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibet sive in cibo sumptum sive suco potum. Non edendum gravidis nisi mortuo conceptu; quippe etiam inpositum eicit. Movet urinam cum vino

§ 245. *Serpillum*, V (Appul.) Ceterum cf. Theophr. hist. plant. VI. 7, 5. et Dioscor. 3, 40. — *Nam sativo*, Appul. Multa h. l. mutat Dalec. — *ad palmum altitudine*, Td. *apalmum altitudine*, Appul. *ad palmum altitudinem*, V. *ad palmae altitudinem*, aγ. *ad palmi altitudinem*, β. — *cencharim*, Vad. — *ex vino*, θVTad (Appul.) *in vino*, β. — *odorem*, V (Appul.) — *uratur*, codd. Gel., Appul. *uretur*, θVad.

§ 246. *difficultates*, θVTad. *difficultatem*, β. — *anguinas*, V. — *quattuor*, Vad. *quatuor datur*, $\beta\gamma$. — *bibitur ad*, Vad. *bibitur et ad*, $\beta\gamma$. — *desiderium*, θVTa. *desideria*, d (codd. Gel.) $\beta\gamma$. *dolores*, K.

§ 247. *quibusdam*, VTad (Appul.) *a quibusdam*, $\beta\gamma$. De ipsa planta v. Dioscor. 2, 154. — *timbreum*, Appul. — *amplius*, ad. *plus*, V. — *nasturcio*, Appul. — *sicco*, VTad. *sicco ortum*, $\beta\gamma$. Supplendum ex superioribus *nascitur*, quod cum non viderent veteres editores, locum interpolarunt. — *Sedantur aquae*, V. — *ut Philinus tradit*, K. *ut Plinius tradit*, θVTad. Nihil horum habet β. *Phyllinus*, Pint.

§ 248. *detractum*, ad. *dractum*, V. — *gravidis*, ad (Appul.) *ignavidis*, V. — *urinas*, Appul. — *vero*, Appul. Omitt. Vad$\beta\gamma$. — *et*, Vad (Appul.) *eiicit*, K. — *calculos*, Appul. *calchos*, Vad.

potum, silvestre vero et calculos; quos vigilare opus sit, excitat infusum capiti cum aceto.

92. Lini semen cum aliis quidem in usu est, sed et per se 249
mulierum cutis vitia emendat in facie; oculorum aciem suco adiuvat; epiphoras cum ture et aqua aut cum murra ac vino sedat, parotidas cum melle aut adipe aut cera, stomachi solutiones inspersum polentae modo, anginas in aqua et oleo decoctum et cum aneso inlitum. Torretur ut alvom sistat; coeliacis et dysintericis inponitur ex aceto. Ad iocineris do- 250
lores estur cum uva passa; ad phthisim utilissime e semine fiunt ecligmata. Musculorum, nervorum, articulorum, cervicum duritias, cerebri membranas mitigat farina seminis, nitro aut sale aut cinere additis; eadem cum fico idem concoquit ac maturat, cum radice vero cucumeris silvestris extrahit quaecumque corpori inhaereant; sic et fracta ossa. Serpere 251
ulcus in vino decocta prohibet, eruptiones pituitae cum melle; emendat unguis scabros cum pari modo nasturti, testium vitia et ramices cum resina et murra et gangraenas ex aqua, stomachi dolores cum feno Graeco sextariis utriusque decoctis in aqua mulsa, intestinorum, thoracis perniciosa vitia clystere in oleo aut melle.

93. Blitum iners videtur ac sine sapore aut acrimonia ulla, 252
unde convicium feminis apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho inutile est, ventrem adeo turbat ut choleram faciat aliquis, dicitur tamen adversus scorpiones potum e vino

§ 249. *sed et*, Appul. *et*, V a d $\beta\gamma$. — *muliebris*, Appul. — *myrrha ac vino*, V (codd. Gel.) *myrta ac vino*, d. *mu. ta et vino*, Appul. *misto acuino*, a. — *parotidas*, d (codd. Gel.) *paroidas*, V a. — *aut cera*, V a (codd. Gel.) *et cera*, T d. — *dissolutiones*, Dalec. — *polenta*, V d. — *anguinae*, V a d. — *aneto* coniicit Broter. ex Marcello Empir. 15. et Plin. Valer. 1, 52. — *inlinitum*, a. — *Torpetur*, a.

§ 250. *utilissime e semine*, codd. Gel. *utilissime semine*, a d. *utilissimae seminae*, V. — *et ligmata*, V. — *cervitium*, a. *cervicis*, V. — *fico et idem*, V T a d r. *fico totidem*, K. *item*, Dalec. In verbis *et idem* latere nomen morbi alicuius vel cuiuscumque mali certum est; ex Dioscor. 2, 125. legerem *ephelidem*, si huic malo verba *concoquit ac maturat* apta essent. — *et fracta*, a. *effracta*, θ V T d.

§ 251. *eruptiones*, d. *ervitiones*, V a. — *emendant*, V d. — *paro modi*, V. — *nasturti*, a. *nasturci*, V. *nasturtii*, d r γ. *nasturtii et*, β. — *ramites*, V[1] d. — *cancraenas*, V. — *faeno*, V. — *utrisque*, a. — *thoracis*, V a d. *et thoracis*, $\beta\gamma$. — *pernitiosa*, V. — *aut melle*, θ V T a d. *et melle*, β.

§ 252. *ac*, V. *hac*, Appul. *aut*, a d. — *seminis*, V. — *Menandrum*; v. Meinek. ad Menandr. fragmm. p. 283. ed. 1. — *inutile est*; pro his vv. habent *inutilem* V a d. — *cholera*, V. *ulcera*, Appul. — *uliquis*, V a. *aliquibus*, d $\beta\gamma$. — *dicetur*, V d.

prodesse, clavis pedum inlini, item lienibus et temporum dolori ex oleo. Hippocrates menstrua sisti eo cibo putat.

XXIII. 94. Meum in Italia non nisi a medicis seritur et 253
his admodum paucis. Duo genera eius; nobilius Athamanticum vocant, illi tamquam ab Athamante inventum, hi, quoniam laudatissimum in Athamante reperiatur, foliis aneto simile et caule aliquando bicubitali, radicibus multis obliquis nigris, quibusdam et albis, minus rufum quam illud alterum. Ciet urinam et in aqua potum radice trita vel decocta inflationes stomachi mire discutit, item tormina et vesicae vitia, volvarumque articulis cum melle, infantibus cum apio inlitum imo ventri urinas movet.

95. Feniculum nobilitavere serpentes gustatu, ut diximus, 254
senectam exuendo oculorumque aciem suco eius reficiendo, unde intellectum hominum quoque caliginem praecipue eo levari. Colligitur hic caule turgescente et in sole siccatur inunguiturque ex melle; — ubique hoc est; — laudatissimus in Iberia e lacrimis fit et e semine recenti; fit et e radicibus prima germinatione incisis.

96. Est in hoc genere et silvestre quod hippomarathum, 255

clavis, V a d. *et clavis*, $\beta\gamma$. — *temporibus doloribus*, d. — *menstruatis*, Appul. — *sisti*, V a d (Appul.) *cieri*, θ.

§ 253. *Meum*, θ V T a d. *Meom*, r. *Milium*, Appul. p. 272. *Meu*, β. — *his*, V d. *iis*, a $\beta\gamma$. — *adamanticum*, V a d. *adamant. hic cum velata manichum*, Appul. V. Dioscor. 1, 3. — *illi* et *hi*, V a d. *sive* et *sive*, Appul. — *aneto*, K. *aneso*, V a d (Appul.) *aniso*, $\beta\gamma$. Lectionem a nobis receptam tuetur Dioscorides. — *bicubitali*, *δίπηχύ που ἀναβαῖνον*, Dioscor. *bipedali*, V T a d. *bipedale*, θ. *vipedale*, Appul. — *obliquis nigris*, V T. *oliuis nigris*, Appul. *obolis nigris*, a. *oblis nigris*, d. *oblongis nigris*, r. *et obnigris*, β. — *et albis*, Appul. *altis*, V T d. *altissimis*, a $\beta\gamma$. — *illud*, Appul. *illum*, V a d. — *Ciet*, omitt. V a d. — *murinam*, V a d. — *et*, V a d. Omitt. $\beta\gamma$. — *qua*, V. — *pota*, V. — *potum*. *Radice trita vel decocta inflationes*, K. — *art. cum melle prodest. Infantibus*, K[1]. *art. dolentibusque prodest; thoracis item fluxionibus cum melle. Infantibus*, K[2].

§ 254. *diximus* 8, 98. De hac planta v. Dioscor. 3, 74. — *exuendum*, Appul. p. 270. *exuendam*, V a. *execuend am*, d. — *oculorumque*, Appul. *colonorumque*, a d. *c.lo.umque*, V, ubi ab initio suprascripta est littera *o* nigriore atramento. — *reficiendo*, V a d. *acuend..*, Appul. — *intellectum*, V a d (Appul.) *intellectum est*, $\beta\gamma$. — *hominum*, V[2] a d. *hominem*, θ V[1]. *homini*, Appul. — *caliginem praecipue eo*, V a d. *adversus c... ligine prodeesse*, Appul. — *levari*, V T d. *levare*, θ a. *relevari*, r. — *et in*, V a d (Appul. p. 271.) *In*, β. — *laud. tamen in*, K. — *e lacrimis*, a. *lacrimis*, V d. — *fit et e*, T a d (Appul.) *fit et ex*, V β. — *recenti*, V (Appul.) *recente*, a. Omitt. T d. — *fit et e*, θ V a. *fit et*, T d. *et e*, Appul. *Fit etiam e*, β. *Fit etiam et e*, Hard. e codd. (?).

§ 255. *in hoc genere et*, V d. *in hoc genere*, a. *et in hoc genere*, $\beta\gamma$. De hac planta v. Dioscor. 3, 75. — *quod*, V (Appul.) *quod alii*, a d $\beta\gamma$. — *ippomarathum*, Appul. *hippomaratum*, R T a d (ind. libri I.) *ipphomatum*, V. *hippomatum*,

alii myrsineum vocant, foliis maioribus, gustu acriore, procerius, baculi crassitudine, radice candida; nascitur in calidis sed saxosis. Diocles et aliud hippomarathi genus tradidit, longo et angusto folio, semine coriandri. Medicinae in 256
sativo ad scorpionum ictus et serpentium semine in vino poto; sucus et auribus instillatur vermiculosque in eis necat. Ipsum condimentis prope omnibus inseritur, oxyporis etiam aptissime; quin et panis crustis subditur. Semen stomachum dissolutum adstringit vel in febribus sumptum, nausiam ex aqua tritum sedat, pulmonibus et iocineribus laudatissimum; ventrem sistit cum modice sumitur, urinam ciet et ad tormina potum prodest decoctum, in lactis defectu potum mammas replet. Radix cum tisana sumpta renis purgat, sive de- 257
cocto suco sive semine sumpto; prodest et hydropicis radix ex vino cocta, item convolsis. Inlinuntur folia tumoribus ardentibus ex aceto, calculos vesicae pellunt, venerem stimulant. Genituras abundantiam quoquo modo haustum facit, verendis amicissimum, sive ad fovendum radice cum vino decocta sive contritum in oleo inlitum. Multi tumoribus et suggillatis cum cera inlinunt, et radice in suco vel cum melle

a. *hyppomatum*, d. *hippomarathron*, $\beta\gamma$. V. Iacobs. ad Aelian. hist. anim. 9, 16. — *myrsineum*, d (Appul.) *myrseneum*, V a. *murrhineum* vel *murrhinum*, Dalec. *smyrneum*, Hard. — *vacculi* i. e. *baculi*, Appul. *bracioli*, V. *bracchioli*, a d. *brachiali*, $\beta\gamma$. — *sed*, a d. *et*, T V (in quo codice una littera ab initio erasa videtur). — *hippomarathi*, V a d. *hippomarathri*, $\beta\gamma$. — *tradidit*, V a d. *tradit*, $\beta\gamma$.

§ 256. *in sativo*, a d. *insitivo*, θ V. *sativi*, Appul. — *eis*, Appul. *his*, V a d $\beta\gamma$. — *necat*, d (Appul.) *necatis*, V a. — *omnibus prope*, d. — *febris*, V. — *ex aqua*, a d. *ea aqua*, V. — *ciet*, T d. *et ciet*, V a. *exciet*, β. *excitat*, K. — *et ad*, T d. *ad*, θ V a (Appul.) *et*, K $\beta\gamma$. De praepositione *ad* v. ad 20, 28. — *potum*, ita nos scripsimus. *totum*, θ V T a d. *totu*, Appul. *mitigat totum*, K. *mitigat*, $\beta\gamma$. — *prodeest*, Appul. Omitt. V T a d $\beta\gamma$. — *in lactis*, ita nos scripsimus. *et in lactis*, Appul. *lactis*, V T a d. *lactisque*, $\beta\gamma$. Praepositio *in* per litteram praecedentem *m* in codd. est absorpta; illi praemisit *et* Appul. — *inplet*, Appul. *replet radice cum ptisana sumpta*, K.

§ 257. *tisana*, V (Appul.) *ptisana*, a d $\beta\gamma$. — *renis*, ita nos scripsimus. *renes*, V a d $\beta\gamma$. At genetivus pluralis in optimis codd. ubique *renium* scribitur; v. ad 32, 99. — *decocto*, a. *decocti*, θ V T d. — *ex vino*, V a. *e vino*, d. *cum vino*, T. — *cocta*, V T a d. *sumto pota*, Appul. — *ardentes*, V a d. — *vessicarum*, Appul. — *venerem stimulant*, Appul. Omitt. V a d $\beta\gamma$. — *quoquo*, V d. *quo*, a (Appul.) — *radicem*, V a d. — *cum*, a. *cum in*, V d. — *decocta*, ita nos scripsimus. *cocta*, $\beta\gamma$. *decoctam*, V d. *decoctum*, a. — *contritum*, V T a d. *contrita*, $\beta\gamma$. — *Multi*, V d. *Multum*, a. — *tumoribus*, omitt. V a d. — *radice in suco*, a. *radicem in suco*, V d. *radicis succo*, K. Locus est corruptus, cum vulgata interpolata nullum prorsus sensum praebeat; neque verba statim sequentia ei conveniunt. — *vel*, a. *vel radicem*, V d.

contra canis morsum utuntur et contra multipedam ex vino. Hippomarathum ad omnia vehementius calculos praecipue 258
pellit, prodest vesicae cum vino leni et feminarum menstruis haerentibus. Efficacius in eo semen quam radix; modus in utroque, quod duobus digitis tritum addatur in potionem. Petrichus qui ophiaca scripsit et Micton qui rhizotomumena adversus serpentis nihil hippomaratho efficacius putavere; sane et Nicander non in novissimis posuit.

97. Cannabis in silvis primum nata est, nigrior foliis et 259
asperior. Semen eius exstinguere genituram virorum dicitur; sucus ex eo vermiculos aurium et quodcumque animal intraverit eicit sed cum dolore capitis, tantaque vis ei est ut aquae infusus coagulare eam dicatur; et ideo iumentorum alvo succurrit potus in aqua. Radix articulos contractos emollit in aqua cocta, item podagras et similis inpetus; ambustis cruda inlinitur sed saepius mutatur priusquam arescat.

98. Ferula semen aneto simile habet. Quae ab uno caule 260
dividitur in cacumine, femina putatur. Caules eduntur decocti conmendanturque muria ac melle stomacho utiles, sin plures sumpti, capitis dolorem faciunt. Radix denari pondere in vini cyathis duobus bibitur adversus serpentis, et ipsa radix inponitur; sic et torminibus medetur; ex oleo

utuntur et, V a d. *utuntur vel*, K. — *multipedem*, V d.

§ 258. *Hippomarathum*, V[2]. *Hippomaratum*, V[1] a d. *Ippomaratum*, Appul. *Hippomarathron*, *βγ*. — *praecipue pellit*, V a. *praecipue tollit*, T d. *expellit praecipue*, Appul. — *haerentibus*, a (codd. Gel., Appul.) *haerentes*, V d. — *Sed efficacius*, Appul. — *modus*, Appul. *modis*, V a. Om. d. — *in utroque*, V d. *in utraque*, Appul. *utraque*, a. — *trito*, V a d. Om. Appul. — *addatur*, Appul. *additur*, V a d *βγ*. — *Petrichus*, *θ* V T a d. *Petridius*, *β*. — *iophia chas*, V. — *Micton*, Pint. *Miccon*, V T a d. *Myccon*, *θ*. *Miction*, *β*. *Miccion*, Salmas. praef. ad hylen p. 11. — *rhizatomumena*, V. — *hippomarathon efficacius*, V. *efficacius hippomarathon*, a d. — *Nicander* theriac. 596.

§ 259. *Cannauis*, Appul. De ipsa planta v. Dioscor. 3, 156. — *nigrior foliis et asperior*, *θ* a d. *nigriore foliis et asperior*, V. *nigrior et foliis asperior*, T. *nigriore folio et asperiore*, *β*. — *infusus*, Appul. *infusum*, a d. *infusa*, V *βγ*. — *lamentorum*, V. — *potus*, V a. *poti'*, d. *pota*, *βγ*. — *articulos contractos*, V a d (Appul.) *contractos articulos*, *βγ*. — *sed*, a d. *et*, V. — *inarescat*, K.

§ 260. *condiunturque*, K. — *muria*, ita nos scripsimus coll. Dioscor. 3, 81. *ταριχεύονται δὲ καὶ εἰς τὰς ἁλμεύσεις*. *murta*, T d. *musta*, V. *amurca*, a. *musto*, *βγ*. — *sin*, a. *in*, V. *hi*, T d. *sed*, K. — *dolorem*, *θ* V a d. *dolores*, *β*.

§ 261. *solvit*, V T a d. *sistit*, K. — *e viridi medulla*, V a *δθρφ*. *et viride merulla*, *θ*. *e viride ferula*, T d. *et viridi ferula*, *β*. — *vulvis*, Gronov. *vultuis*, *θ* V. *vultui*, T a d r *δθρφ*. *ramusculus*, *β*. — *utilis est*, V. *utilis est et*, r. *utile est*, *θ* T a d. *utile est et*, *δθρφ*. *utilis*, *et*, *γ*. — *ea*, V a d. *eius*, r *δθρφ*. *earum*,

autem et aceto contra sudores inmodicos vel in febribus proficit. Sucus ferulae alvom solvit fabae magnitudine devora- 261
tus; e viridi medulla volvis utilis est ad omnia ea vitia. Ad sanguinem sistendum decem grana seminis bibuntur in vino trita vel cum medulla. Sunt qui comitialibus morbis dandum putent luna IIII. usque VII. lingulae mensura. Natura ferularum murenis infestissima est, tactae siquidem ea moriuntur. Castor radicis sucum et oculorum claritati conferre multum putavit.

99. Et de carduorum satu inter hortensia diximus, qua- 262
propter et medicinam ex iis non differamus. Silvestrium genera sunt duo, unum fruticosius a terra statim, alterum unicaule crassius; utrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus, sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter canescentem et abeuntem cum aura; σκόλυμον Graeci vocant. Hic antequam floreat contunsus atque 263
expressus inlito suco alopecias replet. Radix cuiuscumque ex aqua decocta potoribus sitim facere narratur; stomachum conroborat et volvis, si credimus, etiam conferre aliquid traditur, ut mares gignantur; ita enim Glaucias scripsit qui circa carduos diligentissimus videtur. Mastiche e carduis odorem conmendat oris.

Gronov. — *vel medulla*, V eodem atramento. *vel medulla*, ad$\beta\gamma$. — *morbis*, ad. *bis*, θV. — *putent*, θV. *putant*, ad$\beta\gamma$. — *IIII. usq: VII.*, V. *quarta*, *sexta*, *septima*, ad$\beta\gamma$. — *lingulae*, θVTad. *ligulae*, β. — *molliuntur*, Appul. p. 272.

§ 262. *diximus* 19, 152. — *his*, Vad. — *emittit*, d. — *CKOΛYMON*, Appul. *scolymon*, Vad$\beta\gamma$.

§ 263. *potoribus*, ad (Appul.) *potioribus*, θV. *potatoribus*, T. *potionibus*, r. — *sic*, θ. — *vulvis*, Vad. *ad venerem*, Appul. — *ita enim*, V. *ita et*, Tad. — *Glaucias scripsit*, ita nos scripsimus. *cereae Glaucias adscripsit*, VTd. *cerea Glatias adscripsit*, a. *Chaereas Atheniensis scripsit*, *et Glaucias*, $\beta\gamma$ ex interpolatione nulla codicum auctoritate nitente. *Scripsit* sine ulla dubitatione retinui, quia *ad* ortum apparet ex ultimis litteris nominis praecedentis. Quid in scriptura *cereae* lateat, non liquet; ne quis *Chaereae* i. e. *ad Chaeream* suspicetur, prohibet usus Plinii, qui nusquam ita loquitur. Vulgatam vero lectionem interpolationi deberi iam inde sequitur, quod Plin., qui in indicibus complurium librorum Chaerean affert, in indice huius libri, ubi Glaucian commemorat, illum non nominat. — *qui*, Td. *quid*, Va. — *Mastiche e carduis*, ita nos scripsimus. *Mastice carduis*, Appul. *Masteche carduis*, V. *Mastethe carduis*, a. *Mastet haec carduis*, Td. *Mastethae carduis*, Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 161. b. C. *Mastiche cardui*, Hard. γ. *Manducatus carduus*, β. — *odorem commendat oris*, d. *odorem commendoris*, Va. *oris odorem conmendat*, Appul.

XXIV. 100. Sed discessuri ab hortensiis unam composi- 264
tionem ex his clarissimam subtexemus adversus venenata animalia incisam in lapide versibus Coi in aede Aesculapi: serpylli duum denariorum pondus, opopanacis et mei tantundem singulorum, trifoli seminis pondus denari unius, anesi et feniculi seminis et ammi et api denarium senum e singulis generibus, ervi farinae denarium XII. Haec tunsa cribrataque vino quam possunt excellenti digeruntur in pastillos victoriati ponderum; ex his singuli dantur ex vini mixti cyathis ternis. Hac theriace Magnus Antiochus rex adversus omnia venenata usus traditur aspide excepta.

§ 264. *Sed discessuri*, codd. Gel. *et discessum*, V a d. *Ante discessum*, Brot. γ. Horum nihil habet θ. — *hortensiis*, Gronov. T a d. *hortensis*, V δ ϑ ρ φ. *hortensibus*, codd. Gel. β. — *subtexemus*, codd. Gel. *subtexímus*, V a d. — *incisa*, d. — *in lapide*, d (Appul.) *lapide*, V a β γ. — *Coi in aede*, ita nos scripsimus ex Appuleio, qui *coiinę de* habet. *et linede*, V a d. *limine dee*, ϑ (ubi supra *limine* verba *vel line* scripta sunt). *in limine dei*, δ ρ φ. *in limine aedis*, β γ. *VI in aede*, Gronov. Lectionem ab Appuleio subministratam confirmat Plin. Valer. 3, 52. *ut apud insulam Coum in templo Aesculapii incisa sit in lapide*, quibus similia habet 4, 38. De genetivo locativo *Coi* v. 35, 92. coll. Tzschuck. not. crit. ad Mel. II. 7, 4. — *serpylli duum*, a d (Appul.) *serpullidium*, V. — *opopanacis*, Appul. *opopanaces*, V a. *opopanicis*, d. — *mei*, Cagnatus var. obss. 2, 25. et Dalec. ex Galen. de antidot. 2, 14. p. 185. ed. Kühn., qui eandem theriacam cum Eudemi versibus afferf. *mii*, Appul. *mili*, V a d. *milii*, β. *mellis*, Valer. — *trifolii seminis*, T d (Appul., Valer.) τριφύλλου σπέρματος, Galen. *trifoliis*, V. *trifolii*, a β γ. — *pondus denarii unius*, Valer. *pondus denari*, T a d β γ. Om. V. — *anesi et feniculi seminis et ammi et apii*, a d. *an. siet feniculi seminis et appii*, Appul. *aneti et feniculi seminis et apuli atque apii*, Valer. *seminis et ami et apii*, V. *anethi et feniculi seminis et anisi et ammii et apii*, β. ἀνίσου, μαράθρου, ἄμμεως, σελίνου σπέρματος, Galen. — *denarium senum e singulis*, Appul. *denarii fenum et singulis*, V. *denarii senum et singulis*, a d. *singulorum pond. den. semis*, Valer. *denariorum senum singulis*, β γ. ἀνὰ ὀξόβαφον, Galen. — *erbi*, Appul. — *denarium XII*, Appul., Valer. *duodecim*, V a d β γ. ὀξύβαφα β′, Galen. — *Haec tusa*, V a. *hętusa*, Appul. *extusa*, T d. *Haec singula trita*, Valer. — *quam possunt*, d (Appul.) *quam possit*, V a β γ. *quantum possit*, r. — *pestillis*, Appul. — *ponderum*, V T d (Appul.) *pondere*, a β γ. *ponderis*, Valer. — *singuli*, Appul., Valer. *singulis*, V a d. — *Hac theriache*, Appul. *Haec thereace*, V. *Haec theriace*, a d. *Hac theriaca*, β γ. — *magus*, d. — *venenata*, θ V a d (Appul.) *venena*, β. — *aspide excepta*, Appul. *praeter aspidem*, Valer. Omitt. V a d β γ. Quod apud Galenum de aspide nihil legitur, sed πρὸς ἑρπετὰ simpliciter dicitur, id Appuleio fidem denegare non debet, cum Plinium haec ex alio fonte hausisse vox *traditur* demonstret.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXI.

CAP. I. SECT. 1. In hortis seri et coronamenta iussit Cato, § 1
inenarrabili florum maxume subtilitate, quando nulli potest facilius esse loqui quam rerum naturae pingere, lascivienti praesertim et in magno gaudio fertilitatis tam variae ludenti. Quippe reliqua usus alimentique gratia genuit ideoque sae- 2
cula annosque tribuit iis, flores vero odoresque in diem gignit magna, ut palam est, admonitione hominum, quae spectatissime floreant celerius marcescere, sed ne pictura quidem sufficiente imagini colorum reddendae mixturarumque varietati, sive alterni atque multiplices inter se nectantur sive privatis generum funiculis in orbem, in oblicum, in ambitum; quaedam coronae per coronas currunt.

II. 2. Tenuioribus utebantur antiqui struppos appellantes, 3
unde nata strophiola. Quin et vocabulum ipsum tandem con-

Ad hunc librum toti sunt excussi RVd.

§ 1. *In hortis* — *Cato*, om. R. — *Cato* de re rust. 8, 2. — *variae*, θRVd. *varie*, β. — *ludentis*, d. *iubenti*, V. *viventi*, R.

§ 2. *his*, VT. — *vero flores*, T, ita ut ab *his* novam periodum incipiat. — *in diem*, v. Hand. Tursell. 2, 207. 3, 340. — *magna*, Rd. *magnam*, V. — *ut*, Vd. *aut*, R. — *admonitione*, Rd. *et monitione*, V. — *celerius*, θVTd. *celerrime*, Rβγ. — *sufficiente*, R. *sufficienti*, Vd. *sufficit*, K. — *reddendae*, Rϑρφ. *reddenda et*, Vd. *reddendo*, δ. *sufficiens imagini col. reddendae est mixturarumque*, Gronov. — *mixturarumque*, RVKδ. *mixturarum quaque*, Td. *mixturarum*, β. — *privati*, V (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 752. b. F.) — *generis*, Thuan. *brevitate generis*, Salmas. — *finiculis*, R. *privorum generum fasciculi*, Gronov.

§ 3. *struppos*, Td. *strupos*, codd. Turn. adv. 29, 1. *stroppos*, θV. *stropos*, R. *strophia*, β. *strophos*, Oudend. ad Appul. metam. p. 788. Quam lectionem nos recepimus, nititur ea voce *struppearia*, quae adfertur a Festo s. v. *stroppus* p. 313. ed. Müller. — *tandem*, VT. *tande de*, R. *tarde*, d (codd. Gel.) βγ.

municatum est, inter sacra tantum et bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus; cum vero e floribus fierent, serta a serendo serieve appellabantur, quod apud Graecos quoque non adeo antiquitus placuit.

3. Arborum enim ramis coronari in sacris certaminibus 4
mos erat primum; postea variare coeptum mixtura versicolori florum, quae invicem odores coloresque accenderet, Sicyone ingenio Pausiae pictoris atque Glycerae coronariae dilectae admodum illi, cum opera eius pictura imitaretur, illa provocans variaret essetque certamen artis ac naturae, quales etiam nunc exstant artificis illius tabellae atque in primis appellata stephaneplocos qua pinxit ipsam; idque factum est post olympiada centesimam. Sic coronis e flori- 5
bus receptis, paulo mox subiere quae vocantur Aegyptiae ac deinde hibernae, cum terra flores negat, ramento e cornibus tincto; paulatimque et Romae subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox et corollariis, postquam e lamna tenui aerea inaurata aut inargentata dabantur.

III. 4. Crassus Dives primus argento auroque folia imi- 6
tatus ludis suis coronas dedit, accesseruntque et lemnisci, quos adici ipsarum coronarum honos erat, propter Etruscas quibus iungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere ii; caelare eos primus instituit P. Claudius Pulcher bratteasque etiam philyrae dedit.

suum, V d. *sunt*, R. — *vero e*, d (codd. Turn. 18, 19.) *vere*, V. *vero*, R. — *serieve*, Salmas. *serive*, R (codd. Turnebi). *serviae*, V d β. *serivae*, θ r (codd. Salmas.) *sativae*, Turn. *sertive*, Lips. ant. lectt. 3, 1. p. 388.

§ 4. *enim*, R. Omitt. V d. — *postea*, R. Omitt. V d (codd. Turn. adv. 18, 29.) — *variare*, R V. *variari*, d $\beta\gamma$. — *versicolori*, θ d. *versicoloris*, V. *versicolores*, R. — *florum quae*, θ R V d (codd. Turnebi). *florumque*, β. — *accenderet*, θ R V d (codd. Turnebi). *accendere*, β. — *Sicyone*, θ V T d (codd. Turnebi.) *Sicyon*, R. *Sicyonii*, β. — *ingenio*, V d. *ingeniis*, T. *ex ingenio*, R $\beta\gamma$. — *Pausiae*, Sabell. et Barbar. R. *Paustae*, T d. *parte*, V. — *pictoris*, V d. *inpictoris*, R. — *lycerae*, d. *licerae*, V. — *picturae*, R. — *illa*, R V T d. *et illa*, $\beta\gamma$. — *stephaneplocos*, R V T d $\delta\vartheta\rho\varphi$. *stephanoplocos*, β. V. Lobeck. ad Phrynich. p. 650. — *olympiada*, θ V. *olympiadem*, R d $\beta\gamma$.

§ 5. *subire*, V. — *negat ramento e*, R. *negat ramento*, d. *nec atramento*, V. — *cincto*, R. — *surrexit*, T d. — *corollatis*, θ. — *lamna*, θ V. *lamina*, R d $\beta\gamma$. — *tenui aerea*, V d. *tenui aerea tenui*, R. *aerea tenui*, $\beta\gamma$.

§ 6. *Crassus Dives*, ita nos scripsimus. *Crassus dives*, codd. $\beta\gamma$. Non liquet, quisnam ex illis Crassis sit intelligendus, qui cognomine *Dives* utebantur. —

5. Semper tamen auctoritas vel ludicro quaesitarum fuit; 7
namque ad certamina in circum per ludos et ipsi descendebant et servos suos equosque mittebant. Inde illa XII tabularum lex: „qui coronam parit ipse pecuniave eius, virtutis suae ergo duitor ei." Quam servi equive meruissent, pecunia partam lege dici nemo dubitavit. Quis ergo honos? ut ipsi mortuo parentibusque eius, dum intus positus esset forisve ferretur, sine fraude esset inposita; alias in usu promiscuo ne ludicrae quidem erant; 6. ingensque et hinc severitas. L. Fulvius argentarius bello Punico secundo cum 8
corona rosacea interdiu e pergula sua in forum prospexisse dictus ex auctoritate senatus in carcerem abductus non ante finem belli emissus est. P. Munatius, cum demptam Marsyae coronam e floribus capiti suo inposuisset atque ob id duci eum in vincula triumviri iussissent, appellavit tribunos plebi. Nec intercessere illi, aliter quam Athe- 9
nis, ubi comissabundi iuvenes ante meridiem conventus sapientium quoque doctrinae frequentabant. Apud nos exemplum licentiae huius non est aliud quam filia divi Augusti, cuius luxuria noctibus coronatum Marsyam litterae illius dei gemunt.

7. Florum quidem populus Romanus honorem Scipioni 10
tantum habuit. Serapio cognominabatur propter similitudinem

honos, V. *honor*, Rd. — *Etruscos*, V. — *ii caelare*, R. *hic aelare*, V. *hic caelare*, d. — *bracteasque*, V. *bratiasque*, Rd. *bractearumque etiam philyras*, K.

§ 7. *equosque*, Salmas. *quosque*, RVTd (codd. Salmas.) *quisque*, *β*. *quique*, *γ*. — *virtutis suae*, Pint. et Gronov. *virtuti suae*, T. *virtutisve*, *θ*RVKd*δϑρφ* (codd. Turn. adv. 18, 29. et Thuan. ap. Salmas.) *virtutis*, *βγ*. — *duitor ei*, Gronov. *duitur ei*, Pint. V¹d² (Thuan.) *duuitur ei*, T. *dividitur ei*, *θ*d¹. *dividitor ei*, Turn. K. *arguitur ei*, RV²*δϑρφ* (codd. Turnebi et Salmasii). *arguitur*, *β*. *arduitor*, Lips. epist. quaest. 4, 26. — *pecuniam*, R. — *partam lege*, codd. Gel. *partam legem*, RV. *partem legem*, d. — *merito*, T. — *intus positus*, R. *inpositus*, *θ*VTd. *positus*, Salmas. — *efferretur*, K. — *impositas alia*, Vd. — *ludiae*, codd. Turn. adv. 18, 29. — *errant*, R.

§ 8. *hinc*, RVd (codd. Gel.) *huic*, T. *his*, r. *hic*, K. — *e*, omitt. RVd. — *abductus*, *θ*RV. *missus*, Td. *adductus*, *β*. — *Marsuae*, RV¹. *Marsiae*, V². — *eum in*, Rd. *cum*, V. — *plebi*, Vd. *plebis*, R*βγ*. V. Drakenb. ad Liv. II. 42, 6.

§ 9. *comissabundi*, *θ*R. *commissabundi*, Vd. *comessabundi*, *βγ*. — *conventus quoque sapientium doctrinae causa*, Dalec. — *frequentabantur*, Rd. — *luxoria*, RV¹. — *Marsuam*, V. *Marsua*, R. — *illius describunt*, Torrent. ad Suet. Aug. 65. Illustrarunt hunc locum Lips. ant. lectt. 3, 1. p. 388. et ad Tacit. ann. 1, 53., Muret. opp. 3, 20. 4, 116., Scaliger ad Propert. p. 290. et Heins. ad Tac. annal. 1, 59.

§ 10. *adhibuit*, r. — *Serapio*, RV. *quando Serapio*, T. *quod Serapio*, d.

suarii cuiusdam negotiatoris; obierat in tribunatu plebei admodum gratus dignusque Africanorum familia, nec erat in bonis funeris inpensa; asses ergo contulit populus ac funus elocavit quaque praeferebatur flores e prospectu omni sparsit.

8. Et iam tunc coronae deorum honos erant et larum 11
publicorum privatorumque ac sepulchrorum et manium, summaque auctoritas pactili coronae, uti iis Saliorum in sacris invenimus sollemnis cenas. Transiere deinde ad rosaria eoque luxuria processit ut non esset gratia nisi mero folio sutili, mox petitis ab India aut ultra Indos. Lautissimum quippe habetur e nardi folio eas dari aut veste Serica versicolori unguentis madida; hunc habet novissime exitum luxuria feminarum.

9. Et apud Graecos quidem de coronis privatim scripsere 12
et Mnesitheus atque Callimachus medici, quae nocerent capiti, quoniam et in hoc est aliqua valetudinis portio, in potu atque hilaritate praecipue odorum vi subrepente fallaciter scelerata e Cleopatrae sollertia. Namque in adparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginae Antonio timente nec nisi praegustatos cibos sumente, fertur pavorem eius lusisse extremis coronae floribus veneno inlitis ipsaque capiti inposita; mox procedente hilaritate invitavit Antonium ut coronas biberent;

suarii, d. *suam*, V. *sua*, R. — *obierat*, Freinshem. ad Flor. II. 7, 14. *ob id erat*, RVd$\beta\gamma$. — *plebes*, Rd. *plebi*, Vγ. — *nec*, om. r. — *inpensa*, R. *inpensas*, V. *immensas*, d. — *et qua parte ferebatur*, r.

§ 11. *larum*, RVd. *larium*, $\beta\gamma$. — *pactili*, Rd (codd. Turn. adv. 18, 29.) *factili*, V. *fictili*, θ. — *uti iis Saliorum*, ita nos scripsimus. *ut is aliorum*, V[1]. *uti saliorum*, d[2]. *ut his aliorum*, V[2]Td[1]. *utilis aliorum*, R. *Sutiles aliorum*, β. *Sutiles Saliorum*, Barbar. γ. *ut in Saliorum*, Turneb. — *in sacris*, ita nos scripsimus. *sacris*, RVTd$\beta\gamma$. Praepositio per proximam litteram est absorpta. — *solemnes cenas*, RVTd$\beta\gamma$. *et solennes coenis*, Barbar. $\beta\gamma$. — *rosaria*, Barbar. *rosalia*, Vd. *nos alia*, R. — *eoque*, Rd. *eo*, V. — *luxoria*, V. — *mero folio*; haec quamquam ferri possunt, tamen non dubito, quin Plin. *mero e folio* scripserit. — *folio*, Rd[2]. *foliis*, V. *filius*, d[1]. — *sutili*, ita nos scripsimus. *sutilis*, Rd[2]. *utilis*, Vd[1]. *sutilibus*, $\beta\gamma$. Dativum reposui, quia genetivus Pliniano usui adversus modo durissime explicari potest. Quae vox cum vulgo ad sequentia referatur, Böttiger. in Sabina 1, 242. eam recte ad priora retulit, frustra obloquente Beckero in Gallo 2, 215. ed. 1., qui de coronis sutilibus accurate disputans ipse monet coronas Indicas a sutilibus longe diversas fuisse. Ad v. *petitis* ex superiore *coronis* est supplendum. Coniecturas Salmasii exerc. p. 392. b. G. commemorare longum est. — *peritis*, Vd[1]. — *India*, Rd[2]. *Indio*, Vd[1]. — *versicolori*, Vd. *versicoloris*, R. *versicolores*, $\beta\gamma$. — *unguentis*, R. *unguenti*, Vd. — *madida*, RV. *madidas*, d$\beta\gamma$. — *luxuriaque*, R.

§ 12. *scripserem*, R. — *et*, RVd. Omitt. $\beta\gamma$. — *Mnesitheus*, θRVTd. *Mnestheus*, β. — *nocent*, codd. Gel. — *et in*, R. *in*, Vd. — *valitudinis*, R[1]d.

quis ita timeret insidias? Ergo concerpta in scyphum inci- 13
pienti haurire opposita manu: „en ego sum", inquit, „illa, Marce Antoni, quam tu nova praegustantium diligentia caves; adeo mihi, si possim sine te vivere, occasio aut ratio deest!" Inde eductam custodiam bibere iussit illico exspirantem. De floribus supra dictos scripsit Theophrastus apud Graecos; ex nostris autem inscripsere aliqui libros anthologicon, flores vero persecutus est nemo, quod equidem inveniam; nec nos nunc scilicet coronas nectemus, id enim frivolum est, sed de floribus quae videbuntur digna memorabimus.

IV. 10. Paucissima nostri genera coronamentorum inter 14
hortensia novere ac paene violas rosasque tantum. Rosa nascitur spina verius quam frutice, in rubo quoque proveniens, illic etiam iucundi odoris quamvis angusti. Germinat omnis primo inclusa granoso cortice, quo mox intumescente et in viridis alabastros fastigato, paulatim rubescens dehiscit ac sese pandit in calyces, medio sui stantis conplexa luteos
apices. Usus eius in coronis prope minumus est; oleo ma- 15
ceratur, idque iam a Troianis temporibus Homero teste; praeterea in unguenta transit, ut diximus; medicas per se

— *portio////*, d. — *in hilaritate*, d. — *vi odorum*, d. — *scelerata e*, ita nos scripsimus. *sceleratae*, θVTd. *scelerata*, R (codd. Gel.) βγ. — *Cleosathra*, R. — *sollertia*, VTd. *sollertiae*, R. Ut quod reposui reponerem, flagitavit cum codicum consensus, tum ipsa orationis ratio, quae in vulgata scriptura omni vinculo et nexu caret. Id sentiens Pint. *fallacis et sceleratae Cl. sollertia* coniecit. — *in*, θRVTd. Omitt. codd. Gel. β. — *pavorem*, ita nos scripsimus. *pavore*, VTd (codd. Gel.) βγ. *ab ore*, R. *pavori eius illusisse*, Pint. — *coronae*, Rd (codd. Gel.) *coronis et*, V. — *inlictis*, R. — *praecedente*, V. — *quis*, R (codd. Gel.) Omitt. Vd.

§ 13. *scypum*, V. — *Marce*, RVTd. *care*, β. — *diligentias*, R. — *ideo*, r. *At mihi, si possim sine te vivere, occidendi ratio adest*, K. — *Inde eductam*, Lips. excurs. B. ad Tacit. annal. 3, 22. *inductam*, θRV[1]. *eductam*, d. *inde ductum*, r. *inductum*, V[2]. *Inde eductum*, βγ. — *custodiam*, θRVd. *in custodiam*, r. *custodia*, βγ. *Custodia* i. e. *homo custoditus*; v. Lips. l. l. et ad Senec. epist. 5. — *vivere*, R. — *expirantem*, θVTdr. *expirante*, Rβ. — *supra dictos*, Gronov. d. *supra dictis*, θRVTϑ. *extra supra dictos*, β. — *Theophrastus* hist. plant. VI. 6. 7. — *prosecutus*, r. — *de floribus*, Vd. *nec floribus*, R. — *memoravimus*, R.

§ 14. *fastigato*, Rd. *fastigiato*, Vβ. — *calices*, RV. *calicis*, dβγ. — *stanteis*, K. *stanti*, RVd.

§ 15. *Visus*, R. — *nimius*, Barbar. K, quod probat Tit. locc. controv. 9, 6. et assertt. p. 185., refutat Yvo Villiomarus p. 166. — *maceretur*, RV. — *idque tam*, RV. *id tam*, d. — *Homero* Iliad. ψ, 186. — *diximus* 13, 9. — *medicas per se*, V. *modicas per se*, d. *per se ut diximus medicas per se*, R, ubi verba *per se ut diximus* a librario, uti apparet, male sunt repetita.

artis praebet: emplastris atque collyriis inseritur mordaci subtilitate, mensarum etiam deliciis perunguendis minume noxia. Genera eius nostri fecere celeberrima Praenestinam 16
et Campanam; addidere alii Milesiam, cui sit ardentissimus color non excedenti duodena folia, proxumam ei Trachiniam minus rubentem, mox Alabandicam viliorem, albicantibus foliis, vilissimam vero plurumis sed minutissimis spiniolam; differunt enim multitudine foliorum, asperitate, levore, colore, odore. Paucissima quina folia ac deinde numerosiora, cum 17
sit genus eius quam centifoliam vocant, quae est in Campania Italiae, Graeciae vero circa Philippos, sed ibi non suae terrae proventu. Pangaeus mons in vicino fert numerosis foliis ac parvis; adcolae transferentes conserunt, ipsaque plantatione proficiunt. Non autem talis odoratissima est nec cui latissimum maxumumve folium, breviterque indicium est odoris scabritia corticis. Caepio Tiberi Caesaris princi- 18
patu negavit centifoliam in coronas addi praeterquam extremas velut ad cardines, nec odore nec specie probabilem. Est et quae Graeca appellatur a nostris, a Graecis lychnis, non nisi in umidis locis proveniens nec umquam excedens quinque folia violaeque magnitudine, odore nullo; est et alia Graecula appellata convolutis foliorum paniculis nec dehiscens nisi manu coacta semperque nascenti similis, latis-

inpellitur, R. — *etiam*, omitt. Td. — *perunguendis*, RVTd. *inungendis*, *β*. — *minimae*, V.

§ 16. *Genera*, codd. Gel. *Contra genera*, RVTd. — *celeberrimam*, VT. — *Praenesticam*, d. — *cui*, *θ*RVTd. *cuius*, *β*. — *color*, Rd. *colos*, V*βγ*. — *excedenti*, codd. Hard. *excedentis*, RVd*β*. *excedenteis*, K. — *folia*, *proximam*, Vd. *proxima folia*, R. — *Albandicam*, RVd. — *filiis*, R, uti saepe. — *vilissimam*, *θ*RVTdr. *utilissimam*, *β*. — *pallidis*, codd. Barbari. — *sed*, Vd. *vel*, R. — *spiniolam*, ita nos scripsimus. *spinioiam*, R. *spinis iam*, V. *spineolam*, codd. Gel. *βγ*. *spinosam*, d (codd. Barbari). — *leviore*, V.

§ 17. *Graecia vero*, K. Desumpsit haec Plin. partim ex Theophr. hist. plant. VI. 6, 4. 5. — *suae*, RV. *sine*, d. — *mons*, RVd (codd. Gel.) *namque mons*, r. — *fert*, d (codd. Gel.) *fera*, RV. — *accolae*, RV. *unde accolae*, d*βγ*. *Inde accolae*, K. — *conserunt*, Vd (codd. Barbari). *consenserunt*, R. — *ipsaeque*, K. — *est*, R. Omitt. Vd. — *maximumve*, RVTd. *maximumque*, *βγ*. — *scabritiae*, R.

§ 18. *extremas*, RVd. *extremos*, *β*. — *margines*, K. — *probabilem. Est et*, RVTd. *probabilem et*, *β*. *probabilis est*, Hard. *γ* a vv. *nec odore* novam periodum incipiens; at verba *nec odore* — *probabilem* indicant sententiam Caepionis, non ipsius Plinii. — *lycinis*, V. V. Dioscor. 3, 104. — *foliam*, R. — *violaeque*, *θ*RVTdr. *violae*, *β*. — *magnitudinem*, r.

§ 19. *Alii*, R. — *e*, om. V. — *malvatio*, V. *malvaceo*, Rd*βγ*. Illud correxi. — *oleae*, VTd. *olea*, R. *ulmi*, K. — *habente*, R. *habentem*, Vd (v. proximam

simis foliis. Alia funditur e caule malvacio folia oleae habente, 19
— macetum vocant, — atque inter has media magnitudine autumnalis quam coroniolam appellant, omnes sine odore praeter coroniolam et in rubo natam; tot modis adulteratur. Et alias vera quoque plurumum solo praevalet. Cyrenis odoratissima est ideoque ibi unguentum pulcherrimum, Carthagine Hispaniae hieme tota praecox. Refert et caeli temperies; quibusdam enim annis minus odorata provenit, praeterea omnis siccis quam umidis odoratior. Seri neque pinguibus volt ne- 20
que argillosis locis nec riguis, contenta raris, proprieque ruderatum agrum amat. Praecox Campana est, sera Milesia, novissime tamen desinit Praenestina. Fodiuntur altius quam fruges, levius quam vites. Tardissime proveniunt semine quod in ipso cortice est, sub ipso flore, opertum lanugine; ob id potius caule conciso inseruntur, et ocellis radicis, ut harundo; unum genus inseritur pallidae, spinosae, longissimis virgis, quinquefoliae, quae Graecis altera est. Omnis autem reci- 21
sione atque ustione proficit; translatione quoque, ut vites, optume ocissimeque provenit, surculis quaternum digitorum longitudine aut ampliore, post vergiliarum occasum sata, dein per favonium translata pedalibus intervallis crebroque circumfossa. Qui praecocem faciunt, pedali circa radicem scrobe aquam calidam infundunt germinare incipiente calyce.

vocem). — *macetum*, R. *ucetum*, V. *mucetum*, d. *aceton*, r (codd. Barbari). *mosceuton*, Barbar. *βγ*. *moscheuton*, Dalec. Neutra harum coniecturarum fundamento aliquo nititur; si hariolari licet, possis dicere hanc rosam appellatam fuisse *Μάκεττον* sive *Μάκστον* i. e. *Μακεδονικόν*, de qua forma v. Stephani thes. ling. Graec. — *coroniolam*, Rd. *coroneolam*, V*βγ*. Eadem scripturae varietas statim infra. — *appellant*, *θ*RVTd. *vocant*, *βγ*. — *et*, om. Barbar. At v. Gesner. hist. anim. 1, 191. — *adulteratur*, RVd. *adulterantur*, *βγ*. — *quaeque*, K. — *ideoque*, RV. *id aeque*, d. — *praeterea*, RVTd. *praeterea locis*, codd. Barbari, *β*. V. Geopon. XI. 18, 3.

§ 20. *neque* et *neque*, *θ*d. *nae q:* et *neque*, V. *nec* et *nec*, R*βγ*. — *rarii*; pro h. v. habet *raribus* R, *ruribus* V (codd. Barbari), *ribus* Td. Incertum, quid Plinius scripserit; ex reliquiis scripturae coniici possit eum vel *aridioribus* vel *durioribus* posuisse. *ruderibus*, Pint. — *ruderatum*, R. *ruderaceum*, VTd. — *est*, RVTdr. Om. *β*. — *serra*, R. — *novissime*, R. *novissima*, VTd. — *tamen*, R. Omitt. Vd. — *ipso cortice est*, *sub*, om. V. — *flore*, RVd. *fere*, r. *quod sub ipso cortice est fere*, *opertum*, Dalec. — *ob id*, Vd. *obit*, R. — *conciso*, RV. *inciso*, d. — *inseruntur*, d. *ut feruntur*, V. *ut ferunt*, R. — *at ocellis*, K. — *radicis*, om. R. — *quinquefoliae quae*, RV. *quinq; eque folia*, d. — *Graecis*, RV. *Graecula*, r. *e Graecis*, d (codd. Gel.) *βγ*. *a Graeculis*, Dalec.

§ 21. *autem*, Vd. *ater*, R. — *tralatione*, V. — *vites*, *θ*RVd. *vitis*, *βγ*. — *optime*, d*ϑ*. *optima*, *θ*RV. — *surculis*, Vd. *singulis*, R. — *crebro*, R. — *circafossa*, d. *circafossam*, RV. — *Qui*, omitt. Td.

V. 11. Lilium rosae nobilitate proxumum est et quadam 22
cognatione unguenti oleique quod lirinon appellatur; et inpositum etiam maxume rosas decet, medio proventu earum incipiens. Nec ulli florum excelsitas maior, interdum cubitorum trium, languido semper collo et non sufficiente capitis oneri. Candor eius eximius foris striati et ab angustiis in 23
latitudinem paulatim sese laxantis effigie calathi, resupinis per ambitum labris tenuique pilo et staminum stantibus in medio crocis. Ita odor colorque duplex, et alius calycis, alius staminis, differentia angusta; in unguenti vero oleique usu et folia non spernuntur. Est flos non dissimilis illi in herba 24
quam convolvolum vocant, nascens per frutecta, nullo odore nec crocis intus, candorem tantum referens ac veluti naturae rudimentum lilia facere condiscentis. Alba lilia iisdem omnibus modis seruntur quibus rosa, et hoc amplius lacrima sua ut hipposelinum, nihilque est fecundius, una radice quinquagenos saepe emittente bulbos. Est et rubens lilium quod Graeci crinon vocant, alii florem eius cynorrodon; laudatissimum in Antiochia ac Laodicea Syriae, mox in Phaselide; quartum locum optinet in Italia nascens.

12. Sunt et purpurea lilia, aliquando gemino caule, carno- 25
siore tantum radice maiorisque bulbi sed unius; narcissum vocant. Huius alterum genus flore candido, calyce purpureo.

§ 22. *lirinon*, Dioscor. 3, 16. *lilium*, RVd. — *et impositum*, RV. *impositum*, d. *appositum*, K. *interpositum*, Hard. — *caule interdum*, K. — *languido*, V[1]d. *longido*, R. *longitudo*, V[2]. — *non*, om. R.

§ 23. *foris*, RVTd. *foliis foris*, β. — *striati*, V[1]. *striatis*, RV[2]β. *stricti*, Td. — *angustis*, V. — *latitudine*, R. — *laxantis*, RVTd. *laxantibus*, β. — *effigie*, d. *efficiae*, V. *efficaciae*, R. — *pilo*, θRVT. *filo*, dβγ. „*Pilum* vocat Plin., quod hodie *pistillum* dicunt botanici, *clavam* Nicander, cum genitali membro asini comparans." SCHNEID. ad Theophr. hist. plant. VI. 6, 8. p. 514. Nicandri verba sunt alexiph. 406. ἐν δέ νυ θρίοις ἀργαλέην μεσάτοισιν ὀνειδείην ἐπέλασσε δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδήνασα κορύνην. — *staminum*, K[1]. *staminis*, K[2]. *semine*, RVdβγ. *stamine*, Pint. „Stamina antheras croceas gerentia in apice pilum in medio flore circumstant et eminent." SCHNEID. — *et alius*, Rd (codd. Gel.) *ut alius*, V. — *calycis alius*, om. R. — *stamines*, R.

§ 24. *convolvulum*, d. *convolvorum*, RV. — *vocant. Nascitur*, K. — *Alba lilia*, Theophr. hist. plant. II. 2, 1. VI. 6, 8. — *ut*, Rd. *et*, V. — *crinon*, Vd. *crim*, R. *crinon agrion*, K. — *vocant*, RV. *appellant*, Td. — *cynorrodon*, Rd. *cinorodon*, V[2]. *quinorodon*, V[1] (cod. vetustissimus Salmas. exerc. p. 861. b. F.) *crinorrhodon*, Cornar. ad Dioscor. 3, 104. — *ac*, Vd. *et*, Rβγ. — *Laudice Assyriae*, RV. — *quantum*, V.

§ 25. *aliquando*, R. *quando*, Vd. V. Theophr. l. l. VI 6, 8. — *gemino caule*, R. *gemne caule*, V. *gemine caule*, d[2]. *gemine*, d[1]. — *a liliis*, Vd (codd. Barbari). *lilis*, R. — *est et*, R (codd. Barbari). *et*, Vd. — *in radice folia*, RVd. *folia in*

Differentia a liliis est et haec, quod narcissis in radice folia sunt, probatissimis in Lyciae montibus. Tertio generi cetera eadem, calyx herbaceus. Omnes serotini; post arcturum enim florent ac per aequinoctium autumnum.

13. Inventa est et in his ratio inficiendi monstrificis ho- 26
minum ingeniis. Conligantur namque mense Iulio scapi arescentes liliaque suspenduntur in fumo; dein, nudantibus se nodulis, in faece nigri vini vel Graeci mense Martio macerantur ut colorem percipiant, atque ita in scrobiculis seruntur, heminis faecis circumfusis. Sic fiunt purpurea lilia, mirumque tingui aliquid ut nascatur infectum.

VI. 14. Violis honos proxumus earumque plura genera, 27
purpureae, luteae, albae, plantis omnes ut olus satae. Ex iis vero quae sponte apricis et macris locis proveniunt purpureae latiore folio statim ab radice carnoso exeunt solaeque nomine a ceteris discernuntur appellatae ia et ab his ianthina vestis. E sativis maxuma auctoritas luteis. Genera autem Tusculana et quae marina appellatur folio aliquanto latiore sed minus odorato, in totum vero sine odore minutoque folio Calatiana, munus autumni, ceterae veris.

15. Proxuma ei caltha est concolori amplitudine; vincit 28
numero foliorum marinam quinque non excedentem. Eadem odore superatur; est enim gravis calthae; non levior ei quam

radice, $\beta\gamma$. — *Alteri generi*, Dalec. — *helvaceus*, Salmas. exerc. p. 72. a. E. 864. a. E. — *autumni*, K.

§ 26. *inficiendi*, Pint. K. *inserendi*, RVd$\beta\gamma$. V. Geopon. XI. 20, 1. — *Colligantur*, Schneid. ad Theophr. hist. plant. VI. 6, 7. p. 511. *σύνδησον*, Geopon. *Colliguntur*, RVTd$\beta\gamma$. — *scabi*, RVd. *bulbique*, K. — *arescentes*, Vd. *anascentes*, R. *arescentis*, T. — *liliaque*, R. *lilia quae*, V. *lilii que*, Td. — *accipiant*, K. — *circumfusis*, Vd. *circumseruntur fusis*, R. — *tingui*, RVd. *ita tingui*, β.

§ 27. *honor*, d. — *earumque*, θRVTd. *earum*, β. — *plantae*, K. — *satis*, d. — *statim*, Vd. *statis*, R. — *carnoso*, VK. *carnora*, R. *carnosa*, dβ. — *exeunti*, R. V. Theophr. l. l. VI. 6, 7. — *nomine*, θd. *Graeco nomine*, RV$\beta\gamma$. — *appellatae*, RVTKdr. *appellata*, β. — *ia*, Barbar. *ita*, RVd. — *et ab*, θRVTdr. *ut ab*, Barbar. β. — *ianthina*, Merula, d. *iantina*, R. *iacinthina*, θV. — *E sativis*, VTd. *Se sativis*, R. *Sed sativis*, β. *Sed sativarum*, K. — *autem*, θRVTd. *iis*, $\beta\gamma$. — *flore*, Dalec. — *Calatiana*, R. *Calatina*, VTd. *Calathiana*, β. *caltiana*, Pint. Add. Salmas. exerc. p. 816. b. C. — *munus*, V. *mus*, R. *minus*, d.

§ 28. *caltha*, d. *calth*, V. *calta calta*, R. — *concolori*, R. *et conculcari*, V. *et coneul ari*, d. *et cochleari*, Gronov. *est et concolor. Amplitudine vincit et numero*, Salmas. — *amplitudine*, Vd. *amplitudini*, R. *similitudine*, K. — *quinque non*, RVd (codd. Gel.) *quinque folia non*, r. — *calthae*, r. *calta*, RVd. *caltha*, β. — *levior ei*, Rd. *leviore*, V.

scopam regiam appellant, quamquam folia eius olent, non flores.

16. Baccar quoque radicis tantum odoratae est, a quibus- 29
dam nardum rusticum appellatum. Unguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos Aristophanes priscae comoediae poeta testis est, unde quidam errore falso barbaricam eam appellabant. Odor est cinnamomo proxumus; gracili solo nec umido provenit. Simillimum ei combretum appellatur, folio- 30
rum exilitate usque in fila attenuata et procerius quam baccar; haec sunt tantum. Eorum quoque error corrigendus est, qui baccar rusticum nardum appellavere; est enim alia herba sic cognominata quam Graeci asaron vocant, cuius speciem figuramque diximus in nardi generibus; quin immo asaron invenio vocitari, quoniam in coronas non addatur.

17. Crocum silvestre optumum; serere in Italia minume 31
expedit, ad scrupula usque singula areis decoquentibus; seritur radicis bulbo. Sativom latius maiusque et nitidius sed multo lenius, degenerans ubique nec fecundum etiam Cyrenis, ubi semper flores laudatissimi. Prima nobilitas Cilicio et ibi in Coryco monte, dein Lycio e monte Olympo, mox Centuripino Siciliae; aliqui Phlegraeo secundum locum dedere. Adulteratur nihil aeque; probatio sinceri, si inpositum 32

scopum regium, d. — *quamque*, V.

§ 29. *Baccar*, RV. *Bacchar*, d$\beta\gamma$. V. Dioscor. 3, 44. — *nandum*, R. — *Aristophanes* ap. Athenaeum 15. p. 690. D. — *quidem*, V. — *barbarida ea*, Salmas. exerc. p. 752. b. A. — *illam*, T. — *appellant*, r. — *est*, RVd. *ei*, $\beta\gamma$.

§ 30. *ei*; pro h. v. habent *et* RVd. — *cobretum*, R. — *baccar*, R. *bacchar*, Vd$\beta\gamma$. — *haec sunt tantum*, RVTd (optimi codd. ap. Salmas. exerc. p. 752. b. E.) *Nec haec sunt tantum*, β. *nexui tantum*, Salmas. Locus corruptus, in quo plura verba periisse videntur. — *Eorum*, VTd (codd. Salmas.) *Sed eorum*, R$\beta\gamma$. — *corrigendus*, R. *regendus*, θVTd (codd. Salmas.) — *baccara*, R. — *diximus* 12, 47. — *nardis*, R. — *asaron*, Rd. *assaron*, Vβ. — *coronas*, RVTdr. *coronis*, β.

§ 31. *Crocum* — *expedit ad*, Vd. Om. R. *Crocum et silvestre est; serere*, K. Ceterum v. Dioscor. 1, 25. — *scripula*, V. — *arcis*, Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 75. b. A., qui *arcis decoquens* legit. At v. Gronov. — *Sativum latius optimum; maiusque*, K. *laetius*, Hard. — *lenius degenerans ubique nec fecundum*, VTd. *lenius degenerans sed ubique nec fecundum*, R. *levius degenerans. Sed nec ubique fecundum*, β. — *Quirenis*, R. Haec sumpta sunt ex Theophr. hist. plant. VI. 6, 5. — *ibi*, om. T. — *Corcyro*, T. Partim haec exscripsit Solin. 38, 6. — *Lycio e monte*, ita nos scripsimus. *Lyciae monte*, Rγ. *Lyciae*, VTd. *Lycio monte*, β. — *Centuripino*, V. *centauripinos*, d. *centumpinos*, R. — *Phlegraeo*, Barbar. in corollario Dioscoridis. *dhereo*, R (codd. Salmas. l. l. a. G.) *hereo*, θVTd (alii codd. Salmas.) *Theraeo*, codd. Turn. adv. 16, 16. *Aegaeo*, Pint. ex Dioscor. 1, 25. *Pheraeo*, Salmas. — *tertium*, Pint.

manu crepitet veluti fragile, — umidum enim, quod evenit adulteratione, silet; — altera probatio, si manu relata ad ora leniter faciem oculosque mordeat. Est per se genus sativi blandissimum volgo, cum sit mediocre; dialeucon vocant. Contra Cyrenaico vitium, quod omni croco nigrius est et celerrime marcescit. Optumum ubicumque quod pinguissimum et brevis capilli, pessimum vero quod situm redolet. Mucianus 33
auctor est in Lycia anno septumo aut octavo transferri in locum subactum atque ita degenerans renovari. Usus eius in coronis nusquam; herba enim est folio angusto paene in capillamenti modum; sed vino mire congruit, praecipue dulci, tritum ad theatra replenda. Floret vergiliarum occasu paucis 34
diebus folioque florem expellit; viret bruma et colligitur; siccatur umbra, melius etiam hiberna. Carnosa est illi radix vivaciorque quam ceteris. Gaudet calcari et atteri pereundoque melius provenit; ideo iuxta semitas ac fontis laetissimum. VII. Troianis temporibus iam erat honos ei; hos certe flores Homerus tris laudat, loton, crocon, hyacinthum.

18. Omnium autem odoramentorum atque adeo herbarum 35
differentia est in colore et odore et suco. Odorato sapor raro ulli non amarus; e contrario dulcia raro odorata; itaque et

§ 32. *sinceri si*, d. *sinceris*, RV. — *inpositum*, ita nos scripsimus. *inpositu*, R. *imposita*, V d $\beta\gamma$. De forma dativi *manu* v. ad 35, 20. — *crepitet*, Salmas. *crepiti*, V (codex optimus Salmas.) *crepit*, θ R T d. *crepat*, $\beta\gamma$. — *silet*, Turneb. *sedit*, R V T d (optimus cod. Salmas. et codd. Turn.) *cedit*, $\beta\gamma$. *sidit*, Salmas. — *altera probatio, si*; post haec vv. in V haec leguntur: *imposita manueripuieluti fragile umidum enim quod evenit adulteratione sedit*, ex superioribus per errorem repetita. — *manu*, R. Omitt. V T d. — *relata*, V T d. *praelata*, R. *prolata*, $\beta\gamma$. — *ad ora*; pro his vv. Scaliger in Scaligeranis p. 107. *odore* coniicit. — *laudatissimum*, Scaliger. — *volgo*, RV. *quod vulgo*, T d. — *mediocre*, R V T d (codd. Salmas.) *medio candidum*, Barbar. β. *medie candidum*, Scaliger. — *dialeucon*, V T d (codd. Salmas.) *dileacon*, R.

§ 33. *brevis capilli*, θ R V T d. *brevibus capillis*, β. — *revocari*, d. — *enim herba*, d. Haec sumpta sunt ex Theophr. hist. plant. VI. 6, 10. — *capillamentis*, R. — *dulce*, R.

§ 34. *Floret* — *folioque*, om. R. — *folioque*, d. *folio qui*, V. — *florem*; pro h. v. habent *floret* V d, *foret* R. — *et colligitur*, R d. *colligitur*, V. *Collectum siccatur*, r. — *est illi*, r. *et illi*, R V d $\beta\gamma$. Nondum sermo fuit de croci aliquo genere, ad quod *et illi* referri possit. — *alterri*, R. V. Theophr. hist. plant. VI. 6, 9. — *pereundoque*, R V d (codd. Gel.) *pede pereundoque*, K. *pede quo*, r γ, quod probat etiam Schneider. ad Pallad. p. 83. — *ac fontes*, R V. *fontesque*, T d. — *Troianis*, R (codd. Gel.) *Troiani*, V d. — *ei*, codd. Gel. *et*, R V d. — *Homerus* Iliad. ξ, 348. — *laudatur*, V. — *crocum*, V. — *et iachinthum*, d.

§ 35. *Odorato*, R. *Odoratus*, V d. *Odoratis*, T. V. Theophr. de caus. plant. VI. 16, 7. — *raro* — *dulcia*, om. d. — *ulli* — *raro*, om. V. — *itaque* — *odoratiora*, omitt. V d.

vina mustis odoratiora et silvestria magis omnia sativis. Quorundam odor suavior e longinquo, propius admotus hebetatur, ut violae; rosa recens a longinquo olet, sicca propius. Omnis autem verno tempore acrior et matutinis; quidquid 36
ad meridianas horas dies vergit, hebetatur. Novella quoque vetustis minus odorata; acerrimus tamen odor omnium aestate media. Rosa et crocum odoratiora cum serenis diebus leguntur, et omnia in calidis quam in frigidis; in Aegypto tamen minume odorati flores, quia nebulosus et roscidus aer est a multo flumine. Quorundam suavitati gravitas inest; quaedam 37
dum virent, non olent propter umorem nimium, ut buceros quod est fenum Graecum. Acutus odor non omnium sine suco est, ut violae, rosae, croco; quae vero ex acutis carent suco, eorum omnium odor gravis, ut in lilio utriusque generis. Habrotonum et amaracum acris habent odores. Quorundam flos tantum iucundus, reliquae partes ignavae, ut violae ac rosae. Hortensiorum odoratissima quae sicca, ut ruta, 38
menta, apium, et quae in siccis nascantur. Quaedam vetustate odoratiora, ut cotonea, eademque decerpta quam in suis radicibus. Quaedam non nisi defracta aut ex attritu olent, alia non nisi detracto cortice, quaedam vero non nisi usta,

longuinco proprius, V. — *rosae*, d. — *proprius*, V.

§ 36. *tepore*, *θ*. V. Theophr. de caus. plant. VI. 17, 1. — *meridias*, d. — *dies*, RVd*ϑ* (codd. Gel.) *die*, *ρ* (a m. pr.) *φ*. *diei*, *βγ*. De illa genetivi forma in *es* exeunte v. Schneider. grammat. Lat. II. 1. p. 355., Wagner. ad Vergil. georg. 1, 208. et Haas. ad Reisig. schol. grammat. Lat. p. 104. — *hebebatur*, V. — *minus*, d. *nimis*, RV. — *aestate*, d. *aete*, V. *et e*, R. — *quam in*, RV. *quam*, d. — *in Aegypto*, Theophr. de caus. plant. VI. 18, 3. — *multo*, VTd. *mamulto*, R. *Nilo*, *βγ*. — *flumine*, V[1]Td. *flamine*, RV[2]. Ceterum in his vv. corruptelam latere apparet primum ex scriptura codicis R *estamamulto*, in quam quomodo vulgata scriptura corrumpi potuerit, non intelligitur, tum ex eo, quod Theophrastus de fluminis vi nihil dixit, postremum quod ipse Plinius 5, 58. sit: *idem amnis* (Nilus) *unus omnium nullas exspirat auras*. Hinc ductu optimorum librorum legendum puto: *roscidus aer est, tam multo flamine* i. e. cum tam multum flamen sit ventorum.

§ 37. *dum*, *θ*VTd. *cum*, R*β*. V. Theophr. de caus. plant. VI. 14, 10. — *virent*, VTd. *venirent*, R. — *foenum*, V. — *Aquatus*, RVTd. V. Theophr. de caus. plant. VI. 14, 1. — *ut*, om. R. — *acutis*, R. *aquatis*, Vd. *aquaticis*, T. — *carent suco*, Rd. *suco carent*, V*βγ*. — *omnibus*, K[1]. *omnino*, K[2]. — *amaracum*, RVd. *amaracus*, *βγ*. At illam scripturam huic loco vindicat Theophr. de caus. plant. VI. 14, 9. — *Quorundam* rell., Theophr. de caus. plant. VI. 11, 4.

§ 38. *Hortensiorum*, codd. Hard. *Hortensium*, RVd*β*. V. Theophr. de caus. plant. VI. 14, 7. — *appium*, R. — *nascuntur*, d. — *sicut*, RV. *ut*, d. — *triti omnes*, RV. *tritu omnes*, *θ*. *omnes triti*, Td. — *acriores*, Pint. — *intacti*, V[2]d. *intanti*, RV[1].

sicut tura murraeque; flores triti omnes amariores quam intacti. Aliqua arida diutius odorem continent, ut melilotos; 39
quaedam locum ipsum odoratiorem faciunt, ut iris, quin et arborem totam, cuiuscumque radices attinget. Hesperis noctu magis olet, inde nomine invento. Animalium nullum odoratum, nisi si de pantheris quod dictum est credimus.

19. Illa quoque non omittenda differentia est, et odora- 40
mentorum multa nihil attinere ad coronamenta, ut irim atque saliuncam, quamquam nobilissimi odoris utramque. Sed iris radice tantum conmendatur, unguentis nascens et medicinae; laudatissima in Illyrico et ibi quoque non in maritimis sed in silvestribus Drilonis et Naronae; proxuma in Macedonia, longissima haec et candicans et exilis; tertium locum habet Africana, amplissima inter omnis gustuque amarissima. Illy- 41
rica quoque duorum generum est: raphanitis a similitudine, quae et melior rhizotomo, subrufa; optuma quae sternumenta tractatu movet. Caulem habet cubitalem, erectum; floret versicolori specie sicut arcus caelestis, unde et nomen; non inprobatur et Pisidica. Effossuri tribus ante mensibus mulsa 42
aqua circumfusa hoc veluti placamento terrae blandiuntur; circumscriptam mucrone gladi orbe triplici, cum legerunt

§ 39. *melilotus*, Vd. — *attinget*, RV. *attingat*, d. *attingit*, $\beta\gamma$. V. Theophr. de caus. plant. VI. 17, 7. — *nisi si*, Vd. *nisi*, R (codd. Gel.) In V particulam *si* aliquis eradere conatus esse videtur. — *quod*, codd. Gel. *quam quod*, RVd. — *dictum est* 8, 62. — *credimus*, d (codd. Gel.) *si credimus*, RV.

§ 40. *non*, omitt. Hard. et γ operarum errore. — *et*, RVd. Omitt. $\beta\gamma$. — *odoratorum*, Vr. — *nihil*, Rr. *in his*, VTd. — *attinere*, θRT. *pertinere*, Vd$\beta\gamma$. — *salluricam*, R. — *nobilissimi*, Vd. *nobilissimis*, R. *nobilissimi sit*, codd. Gel. — *utramque*, RV (codd. Gel.) *utraque*, d. — *Sed iris* rell., Dioscor. 1, 66. — *tantum radice tantum*, R. — *nascens et medicinae*, Vd. *nascens ut medicinae*, R. *et medicinae nascens*, $\beta\gamma$. — *Illyrico*, Theophr. de caus. plant. VI. 19, 12. — *sed*, Vd. *et*, R. — *Drilonis* 3, 144., ubi v. variet. lect. *Drinonis*, Rd. *Arinonis*, V. — *Naronis* aut *Narone*, Pint. coll. Tzschuck. not. exeget. ad Mel. II. 3, 13. — *in Macedonia*, Theophr. de caus. plant. VI. 19, 12. — *longissima* — *candicans*, RVd (codd. Gel.) *laudatissima haec candicans*, r. — *et exilis*, d (codd. Gel.) *et exillis*, R. *et ex illis*, V. *Ex illis tert.*, r.

§ 41. *quae et*, RVd. *et quae*, Hard. γ. At cum scriptura statim infra a nobis recepta iam concinunt verba § 140. — *mollior*, V. — *rhizotomo*, Vd. *rhizotomos*, R$\beta\gamma$. — *sternumenta*, V. *sternutamenta*, Rdβ. — *tractatu*, TdK. *tractatum*, V. *tractu*, R. *tactu*, $\beta\gamma$. *tritu*, Scaliger in Scaligerr. p. 317. — *erectum*, T. *erectis*, RVd. *et rectum*, K. — *versicolori*, Gronov. *versicoloris*, VTd. *diversi coloris*, R$\beta\gamma$. *diversicolore*, Salmas. de hyle p. 21. b. E.

§ 42. *Effossuri*, TKd. *Et fossuri*, RV$\beta\gamma$. V. Theophr. hist. plant. IX. 8, 7. — *mulsam aquam circumfundunt*, K. — *hac*, R. — *veluti*, Vd. *velut in*, R. — *blandientes*, K. — *circumscriptam*, RVd. *circumscriptae*, K. *circumscripta*, $\beta\gamma$. — *gladiorve*, R. *gladio re*, d. *gladio orbe*, V. — *cum*. Vulgo (RVd$\beta\gamma$) lege-

eam, protinus in caelum attollunt. Natura est fervens tractataque pusulas ambusti modo facit. Praecipitur ante omnia, ut casti legant. Teredines non sicca modo verum et in terra celerrime sentit. Optumum antea irinum Leucade et Elide ferebatur, — iampridem enim et seritur, — nunc e Pamphylia; sed Cilicium maxume laudatur atque e septentrionalibus.

20. Saliunca folio quidem subbrevi et quod necti non possit radici numerosae cohaeret, herba verius quam flos, densa 43
veluti manu pressa breviterque caespes sui generis. Pannonia hanc gignit et Norici Alpiumque aprica, urbium Eporedia, tantae suavitatis ut metallum esse coeperit. Vestibus 44
interponi eam gratissimum; 21. sicut apud Graecos polium herbam, inclutam Musaei et Hesiodi laudibus, ad omnia utilem praedicantium superque cetera ad famam etiam ac dignitates, prorsusque miram, si modo, ut tradunt, folia eius mane candida, meridie purpurea, sole occidente caerulea adspiciuntur. Duo genera eius: campestre maius, silvestre quod minus est. Quidam teuthrion vocant. Folia canis hominum similia, a radice protinus, numquam palmo altiora.

VIII. 22. Et de odoratis floribus satis dictum, in quibus 45
unguento vicisse naturam gaudens luxuria vestibus quoque provocavit eos flores qui colore conmendantur. Hos animad-

batur *et cum*; ego copulam a librario intrusam eieci, quo me permovit et scriptura *circumscriptam* et ratio totius loci, qui, uti vulgo legebatur (*circumscripta*), contorta modo et vix Latina scriptura laborabat. — *legerunt*, R. *legerint*, V d $\beta\gamma$. — *eam*; pro h. v. habet *cum* R. Neutrum habent V d. — *Natura est*; pro his vv. habent *Naturae* RV, *Natura* d. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. de odor. § 32. — *tracta quae*, V. — *modi*, V. — *verum etiam in*, T d. — *sensit*, R. — *ante arinum*, V. — *afferebatur*, K. — *'e*, R. *et*, V d. *iampridem enim et nunc fertur e Pamphylia*, Pint. — *Cilicum*, R V d. — *atque e septentrionalibus*, T. *atque septentrionalibus*, R V d. *atque septentrionale*, β. *At septentrionalis saliunca*, K. At v. Theophr. hist. plant. IX. 7, 4.

§ 43. *folio*, T. *folia*, R V d. *foliosa*, β. — *quidem*, R V T d. *quidem est*, β. — *subbrevi*, V T d. *sed brevi*, R. *sed brevis*, β. — *et quod*, R V T d. *et quae*, β. — *radice numerosa*, K. — *Eporidia*, R V d. — *melatum*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 1, 7., qui *mel Atticum* coniicit; at v. Constantin. ad Dioscor. l. l. et Petiti miscell. observatt. 1, 9.

§ 44. *sicut*, R V T. *sic*, d. *Sic et*, $\beta\gamma$. — *polium*, R V d. *polion*, $\beta\gamma$. V. Theophr. hist. plant. IX. 9, 2. et I. 10, 4. — *herba*, V. — *inclyta*, d. — *laudibus. Ad omnia utilem praedicant vim superque*, r. — *ac dignitates*, R V d (codd. Gel.) *dignitatis*, r. — *aspiciuntur*, V. *adspicitur*, R d. — *campestre maius*, R. Omitt. V d. — *silvestri*, R V. — *theutrion*, R. — *hominum*, R. *hominis*, V d $\beta\gamma$.

§ 45. *in quibus unguenta vicisse naturam gaudemus*, r. — *rubentem*, *ut*, ita nos scripsimus. *ut rubentem*, V T d. *unum*, $\delta\theta\rho\beta$. *rubentem*, Hard. γ. Nihil horum habet R. — *a rosis migrante gratia*, R V d. *rosis migrante gratia*, T. *a rosis*

verto tris esse principalis: rubentem, ut in cocco, qui a rosis migrante gratia [nihil] trahitur suspectu et in purpuras Tyrias dibaphasque ac Laconicas; amethystinum qui a viola et ipse in purpureum quemque ianthinum appellavimus; genera enim tractamus in species multas sese spargentia. Tertius est, qui proprie conchyli intellegitur, multis modis; 46
unus in heliotropio et in aliquo ex his plerumque saturatior, alius in malva ad purpuram inclinans, alius in viola serotina, conchyliorum vegetissimus. Paria nunc componuntur et natura atque luxuria depugnant. Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum feminis concessum et fortassis ideo non numerari inter principalis, hoc est communis maribus ac feminis, quoniam societas principatum dedit.

23. Amaranto non dubie vincimur; est autem spica pur- 47
purea verius quam flos aliquis et ipse sine odore. Mirum in eo gaudere decerpi et laetius renasci. Provenit Augusto mense, durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus adservatur, mireque, postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua revivescit et hibernas coronas facit. Summa natura eius in nomine est, appellatio, quoniam non marcescat.

micante gratia, ϑ. *a rosis micat. Gratius*, ρ. *a rosis micat grativis gratius*, δ. *in rosis micat. Gratius*, β. — *nihil*, RVTdδϑρβ. *idem*, Hard. γ. Ego illam vocem restituendam quidem duxi, ne quid lectores desiderarent, quod in hoc loco conclamato ipsi codd. praeberent; quia tamen nullo modo ei coniectura aliqua in hac voce mederi poteram, uncis inclusi. — *trahitur*, VTd. *traditur*, Rδϑρβ. — *suspectu et in*, VTd. *suspectu et*, R. *aspectus et in*, ρ. *aspectu qui et in*, δϑ. *aspectu et in*, β. *nihil aspectu trahitur is in*, K. — *purpuras Tyrias*, RVϑρ. *purpura spirias*, d. — *dibaphasque*, RV. *dibatasque*, d. *diphasque*, ϑρ. — *ac*, Vd. *ad*, R. *aut*, δϑρ. — *Laconias*, d. — *amethystinum*, ita nos scripsimus. *amethystum*, RVd. *alium amethiston*, δϑρ. *alium in amethysto*, βγ. — *qui a*, RTd. *quae*, V. *quod*, δϑρ. *qui in*, β. — *viola. Traditur et ipsa*, K. — *purpuraeum*, V. — *ianthinum*, d. *lantinum*, R. *yacinthinum*, V. *iaciunthinum*, θ. — *appellavimus* § 27. Coniecturas de h. l. proposuerunt Dalec., Salmas. exerc. p. 193. b. C., de hyle p. 93. a. B., ad Tertull. pall. p. 185., Gronov. et Ferrar. de re vestiar. I. p. 148. — *tractamus in*, om. R. — *multas species*, d.

§ 46. *intellegis*, R. — *heliotropo*, RV. — *in aliquo ex his*, RVd. *aliquando exilior*, K. — *Serrana*, K. — *vegetissimus*, θ. *vegetissima*, RVdβ. — *componuntur natura atque luxuria depugnante*, K. — *numeratum*, K.

§ 47. *Amaranto*, R (et codd. ind. h. l.) *Amaranthon*, Vd. *Amarantho*, γ. — *flos*, Vd. *plus*, R. — *ipsi*, R. — *odore. Mirum*, Vd. *mirum odorem*, R. — *decerpti*, V. — *palmam*, RV. — *assignatur*, R. — *mireque*, θVRTd. *mirumque*, β. — *aquam*, R. — *reviviscit*, d. — *et*, R. Omitt. Vd. — *comas*, d. — *Summa natura eius*, Vdδϑρφ (codd. Salmas. exerc. p. 679. a. C.) *Summam natura eius*, R. *Summa eius natura*, βγ. De *natura* Gronov. nos remittit ad sua ad Livium 26, 10. — *in nomine*, d. *innomina*, RV. — *appellatio*, RVd. *appel-*

24. In nomine et cyani colos, item holochrysi. Omnes 48
autem hi flores non fuere in usu Alexandri magni aetate, quoniam proxumi a morte eius auctores siluere de illis, quo manifestum est postea placuisse. A Graecis tamen repertos quis dubitet, non aliter Italia usurpante nomina illorum?

25. At Hercules, petilio ipsa nomen inposuit, autumnali 49
circaque vepris nascenti et tantum colore conmendato, qui est rosae silvestris. Folia parva, quina; mirumque in eo flore inflecti cacumen et non nisi retorto folia nasci, parvolo calyce ac versicolori, luteum semen includente. Luteus et bellio pastillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Pratenses hi flores ac sine usu plerique et ideo sine nominibus; quin et his ipsis alia alii vocabula inponunt.

26. Chrysocome sive chrysitis non habet Latinam appel- 50
lationem; palmi altitudine est, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacisque nascens.

IX. 27. Et fere peractis colorum quoque celeberrimis, 51
transit ratio ad eas coronas quae varietate sola placent. Duo earum genera, quando aliae flore constant, aliae folio. Florem esse dixerim genistas, — namque et iis decerpitur luteus, — item rhododendron, item zizipha quae et Cappadocia vocantur; his odoratus similisque olearum floribus. In vepri-

lato, $\beta\gamma$. At neutra scriptura vera esse potest, cum, si ex vulgata participium retinere volumus, legendum sit *appellati*, substantivum vero post vocem *nomine* prorsus sit languidum et ineptum. Aut igitur ipsum nomen ut glossatori debitum delendum aut, quod mihi probabilius est, scribendum *ita appellati*, *quoniam* rel. Vox *ita* per litteras *t* et *a* sibi appositas absorpta est.

§ 48. *et*, RV. *est et*, d. — *quiani*, V. — *color*, d. — *holochrysi*, d. *holocrisi*, V. *olochrosi*, R. *holocrosi*, Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 679. a. D. *colosasii* vel *helychryso*, Salmas. — *hi*, omitt. Harduini operae. — *fluere*, R. — *maximi*, R.

§ 49. *Adhercules*, V. — *petellio*, RVd. At vulgatam scripturam retinent codd. ind. h. l. — *posuit*, θV. — *circaque*, RVd. *circa*, β. — *et*, Rd. *ei*, V. — *cacumen*, Sabell. — *colore*, Td. *colorem*, R. *colores*, V. — *commendat*, R. *commendatus*, Vd. *commendatur*, T. — *est*, Vd. *et*, R. — *infecti*, d. — *cacumine*, R. — *non nisi retorto*, R. *non nisi intorto*, codd. Barbari. *nodis intorto*, θVTd. — *parvolo*, R. *parvulo*, Vd. *parvo*, $\beta\gamma$. — *versicolori*, R. *versicolore*, Vd. — *includenti a luteo*, R. *includentia luteo*, VTd. — *bellis*, K. — *foliolis*, K. — *coronatur*, d. *coronantur*, RVT (codd. Barbari). — *Pratenses hi flores*, d. *Pratenses ii flores*, codd. Barbari. *pratensis hic flos*, RV. — *ac*, R. *et*, V. Om. d. — *quin et his*, R. *quin et in et his*, V. *quin et metis*, Td. — *alii*, RV. *aliis*, d.

§ 50. *Chrysocone sive chrystus*, V. V. Dioscor. 4, 55. — *altitudine est*, V. *altitudinem*, R. *altitudine*, Td. — *aureis*, K.

§ 51. *transit*, VTd. *rasit*, R. *transeat*, $\beta\gamma$. *transiri*, Pint. — *vanitate*, R. — *Duae*, R. — *flores constante alio*, V. — *esse*, RV. *enim esse*, Td. — *genitas*,

bus nascitur cyclaminum, de quo plura alias; flos eius Colossinus in coronas admittitur.

28. Folia in coronamentis zmilacis et hederae, corymbique 52
earum optinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde diximus. Sunt et alia genera nominibus Graecis indicanda, quia nostris maiore ex parte huius nomenclaturae defuit cura; et pleraque eorum in exteris terris nascuntur, nobis tamen consectanda, quoniam de natura sermo, non de Italia est.

29. Ergo in coronamenta folio venere melothron, spiraea, 53
origanon, cneoron quod casiam Hyginus vocat et, quod cunilaginem, conyza, melissophyllon quod apiastrum, melilotoń quod sertulam Campanam vocamus; est enim in Campania Italiae laudatissima, Graecis in Sunio, mox Chalcidica et Cretica, ubicumque vero asperis et silvestribus nata. Coronas ex ea antiquitus factitatas indicio est nomen sertulae, quod occupavit. Odor est croco vicinus et flos, ipsa cana; placet maxume foliis brevissimis atque pinguissimis.

30. Folio coronat et trifolium. Tria eius genera: minyan- 54
thes vocant Graeci, alii asphaltion, maiore folio, quo utuntur coronarii; alterum acuto oxytriphyllon; tertium ex omnibus minutissimum. Inter haec nervosi cauliculi quibusdam,

V. — *ex iis*, K. — *rhododendron*, *item*, om. R. — *quae et*; pro his vv. habent *quia* RV, *qui a* d, *quae* K. — *vocatur*, R. — *similisque*, RTd. *similis qui*, V. *similis*, $\beta\gamma$. — *alias*, d. *alia*, RV. Vid. 25, 114—116.

§ 52. *Folia in coronamentis smilacis*, codd. Gel. *Folia coronamentium milacis*, R. *Folio coronamentium* (iam sequitur rasura duarum litterarum) *iliacis*, V. *Folio coronamentum miliaci*, d. *Folia smilacis et ederae in coronamenta se dedere*, K. — *coronbusque*, R. — *diximus* 16, 144—155. — *quia*, d (codd. Gel.) *qui*, R. *quae*, V. — *nomenclaturae*, RV (codd. Gel.) *numunclaturae*, d. *his nomen dare*, r. — *consectata*, r. — *quonam*, R.

§ 53. *coronamento*, Vd. — *melotrum*, RVd. — *spiraea*, θRdr. *spirea*, VT. *spireon*, β. — *origanon*, Dalec. ex Theophr. hist. plant. VI. 1, 4. *thryganum*, θV. *trigamum*, Td. *thrigranum*, R. *trigonon*, β. *trygnoh*, Barbar. — *cneorum*, RVd. — *casiam* — *et*, *quod*, om. R. — *cunelaginem*, V. — *conyza*, Vd. *conyxa*, R. *quae conyza*, $\beta\gamma$. *et conyza quam cunilaginem*, *meliss. quod apiastrum*, *melilotos quam*, K. V. Dioscor. 3, 41. — *melissophyllum*, RVd. — *melilotum*, RVd. — *est enim*, RV. *est*, d. — *Italiae Campania*, d. — *laudatissimum*, Vd. — *a Graecis*, V. — *Chaldaica*, d. *Chalcedonica*, Hard. — *ex ea*, Rr. *ex hac*, β. *ex*, Vd. — *factitas*, V. — *Odor est*, R. *Odores*, V. *Odor eius*, d$\beta\gamma$. — *et*, Rd. *est et*, V$\beta\gamma$.

§ 54. *Folio*, Vd. *Folia*, Rr. — *coronat et trifolium*, d. *corona tetrifolium*, V. *corona et trifolium*, R. *coronant et trifolii*, r. — *minyanthes*, Barbar. *miniantes*, V. *nimiantes*, d. *insantes*, R. V. Dioscor. 3, 113. — *Graeci vocantes*, d. — *aliis phaltion*, RV. *alisphalcion*, d. — *quo non utuntur*, Dalec. — *Praeter haec*, K.

ut maratho, hippomaratho, myophono. Utuntur e ferulis et corymbis et hederae flore purpureo et alio genere earum silvestribus rosis simili. Sed in his quoque colos tantum de- 55
lectat, odor autem abest. Et cneori duo genera, nigri atque candidi; hoc et odoratum, ramosa ambo; florent post aequinoctium autumnum. X. Totidem et origani in coronamentis species; alterius enim nullum semen; id cui odor est Cretieum vocatur.

31. Totidem et thymi, candidum ac nigricans; floret autem 56
circa solstitia, cum et apes decerpunt. Ut augurium mellis est; proventum enim sperant apiarii large florescente eo. Laeditur imbribus amittitque florem. Semen thymi non potest deprehendi, cum origani perquam minutum non tamen fallat. Sed quid interest occultasse id naturam? in flore ipso intellegitur satoque eo nascitur; quid non temptavere homines? Mellis Attici in toto orbe summa laus existumatur; ergo 57
translatum est ex Attica thymum et vix flore, uti docemus, satum; sed alia ratio naturae obstitit, non durante Attico thymo nisi in adflatu maris. Erat quidem haec opinio antiqua in omni thymo ideoque non nasci in Arcadia, tum cum

maratho, RVd$\vartheta\rho\varphi$. *marathro*, $\beta\gamma$. — *hippomaratho*, V$\vartheta\rho\varphi$. *hippomarato*, d. *hippomanatho*, R. *hippomarathro*, $\beta\gamma$. V. Theophr. hist. plant. VI. 1, 4. — *myophono*, Barbar. R. *myophonio*, d. *myphio*, V. — *e ferulis*, Barbar. *et ferulis*, TKd (omnes codd. Salmas. exerc. p. 257. b. D.) *et ferculis*, R. *ei ferulis*, V. Ferularum corymbi commemorantur 19, 175. *et sphaerulis*, Scaliger epist. p. 106. 112. — *et corymbis et*, d (omnes codd. Salmas.). Harum copularum alteram omitt. RV, at infelici casu neque Ian. neque Nauta accurate dixerant, utram. *et ederae corymbis et flore*, K. Invitus locum corruptum reliqui, qui ita legendus videtur: *e ferulis corymbis et hederae flore purpureo.* Constat autem in illa copula *et* temere aut addenda aut omittenda librarios innumeris in locis errasse. Ceterum v. Theophr. l. l. VI. 2, 1. — *et alio*, R. *et in alio*, Vd. *Est et in alio*, $\beta\gamma$. — *simili*, ita nos scripsimus. *similis*, RVd$\beta\gamma$. Veritas nostrae emendationis prorsus fit perspicua ex initio sequentis paragraphi e codd. a nobis emendato. De flore h. l. commemorato v. 16, 145.

§ 55. *Sed in his*, Td. *edinis*, RV. *Et in iis*, $\beta\gamma$. Scriptura codd. RV clare docet in prioribus legendum esse *simili*, cum littera *s* proximae voci sit addita. — *color*, Td. — *delectat*, R. — *Et*, om. T. — *cneori*, R. *ineori*, V. *neori*, d. — *autumnum*, RV. *autumni*, TKd. — *Totidem et origani*, Theophr. l. l. VI. 2, 3. — *odores tereticum*, V.

§ 56. *et nigricans*, Td. — *Ut*, RV. *aut*, Td. *et*, $\beta\gamma$. — *amittique*, V. — *Semen thymi*, Rd. *Sementivi*, V. — *minutum*, R. *minuam*, V. *minimum*, d. — *id*, Vd. *in*, R. — *integitur*, K. — *quid non*, R. *sed quid non*, VTd.

§ 57. *docemus*, RV. *docemur*, TK[1]d. *diximus*, K[2]. *dicemus*, K[3]. *sed vix floruit decies satum* vel *decimo satum* vel *decimo satu*, Pint. Alia tentat Salmas. exerc. p. 908. b. D. Et est sane hic locus turpiter affectus, sed neque codices

oleam non putarent gigni nisi intra CCC stadia a mari. Thymo quidem nunc etiam lapideos campos in provincia Narbonensi refertos scimus, hoc paene solo reditu, e longinquis regionibus pecudum milibus convenientibus ut thymo vescantur.

32. Et conyzae duo genera in coronamentis, mas ac fe- 58
mina. Differentia in folio; tenuius feminae et constrictius angustiusque, imbricatus mas et ramosior; flos quoque magis splendet eius, serotinus utrique post arcturum. Mas odore gravior, femina acutior et ideo contra bestiarum morsus aptior. Folia feminae mellis odorem habent; masculae radix a quibusdam libanotis appellatur, de qua diximus.

33. Et tantum folio coronant Iovis flos, amaracum, heme- 59
rocalles, habrotonum, helenium, sisymbrium, serpyllum, omnia surculosa rosae modo. Colore tantum placet Iovis flos, odor abest, sicut et illi qui Graece phlox vocatur. Et ramis autem et folio odorata sunt excepto serpyllo. Helenium e lacrimis Helenae dicitur natum et ideo in Helene insula laudatissimum; est autem frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis, serpyllo simili folio.

34. Habrotonum odore iucunde gravi floret aestate, aurei 60

neque Theophrast. hist. plant. VI. 2, 4., unde haec omnia sumpsit Plin., ad vestigia probabilioris alicuius coniecturae nos ducunt. — *obsistit*, VTd. — *tum cum*, ita nos scripsimus. *tunc*, RVd$\beta\gamma$. Sed illa emendatio prorsus necessaria fuit, recepta statim infra ex RVTd scriptura *putarent*, cum vulgo ($\beta\gamma$) legeretur *putabant*. Scilicet Plin. ridet Theophrasti illam de olea sententiam, quam dudum explosam et ipsa re refutatam iam dixerat 15, 1.; non meliore fundamento niti similem de thymo opinionem, quam falsam esse convincant lapidei campi provinciae Narbonensis thymo referti. Cum singulari autem vi h. l. proxime sibi apponuntur *tum cum* uti apud Ciceron. Att. VIII. 11. D. 7. *cui tum, cum iam in armis essemus, consulatus tamen alter et triumphus amplissimus deferebatur*. — *Thymo*, VTd. *Thymos*, R. *Thymis*, $\beta\gamma$. — *repertos*, R. — *reditu*, *e*; pro his vv. habent *reditque* RVd. — *pecudum*, Vd. *necdum*, R.

§ 58. *feminas*, R. Ceterum v. Theophr. hist. plant. VI. 2, 6. — *contrictius*, V. — *imbricatus*, r. *imbricatum*, RVd (Rigalt. et Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 900. a. F.) — *mas et*, R (Rigalt. ap. Salmas.) *mas est*, d. *mes et*, Thuan. ap. Salmas. *maris et*, V$\beta\gamma$. — *ramosior*, RVdr (Rigalt., Thuan.) *ramosius*, $\beta\gamma$. — *flos eius quoque*, r. — *acutior*, θVTd. *auctor*, R. *acrior*, β. — *morsos*, R. — *masculi*, d. — *libanoctis*, R. — *diximus* 20, 172.

§ 59. *amaracum*, RVd. *amaracus*, $\beta\gamma$. — *homero calles*, RV. — *serpullum*, R (uti semper). — *omnia*, om. R. — *abest*, Vd. *habet*, R. — *phlox*, R. *flos*, Vd. — *Helene*, Rd. *Helenae*, θV. De ipsa planta v. Dioscor. 1, 28. — *insulae*, R. — *serpyllo simili folio*, RVd. *folio simili serpyllo*, $\beta\gamma$.

§ 60. *floret*, RV (codd. Gel.) Om. d. De hac planta v. Dioscor. 3, 26. — *aestate*, R (codd. Gel.) *aestate. Flos*, β. *flos est*, d. *est autem flos*, $\delta\theta\rho\varphi\gamma$. Nihil horum habet V.

coloris. Vacuum sponte provenit, cacumine suo se propagat; seritur autem semine melius quam radice aut surculo, semine quoque non sine negotio; plantaria transferuntur; sic et Adonium, utrumque aestate; alsiosa enim admodum sunt et sole tamen nimio laeduntur; sed ubi convaluere, rutae vice fruticant. Habrotono simile odore leucanthemum est, flore albo foliosum.

XI. 35. Amaracum Diocles medicus et Sicula gens appel- 61
lavere quod Aegyptus et Syria sampsuchum. Seritur utroque genere, et semine et ramo, vivacius supra dictis et odore mollius. Copiosum amaraco aeque quam habrotono semen, sed habrotono radix una et alte descendens, ceteris in summa terra leviter haerens. Reliquorum satio autumno fere incipiente nec non et vere quibusdam in locis quae umbra gaudent et aqua ac fimo.

36. Nyctegreton inter pauca miratus est Democritus, colo- 62
ris hysgini, folio spinae nec a terra se attollentem; praecipuam in Gedrosia narrat, erui post aequinoctium vernum radicitus siccarique ad lunam triginta diebus, ita lucere noctibus; magos Parthorumque reges hac herba uti ad vota

vacuis, Dalec. et Schneider. ad Theophr. hist. plant. VI. 7, 3. p. 525. — *se propagat*, Rd. *propagat*, V. *propagatur*, T. — *plantaria*, R. *plantari*, Vd. — *sicut Adonidis horti. Seritur aestate; alsiosum enim*, Schneider. *plantarium transfertur sicut Adonidis horti aestate*, Pint. — *laedantur*, RV. — *rutae vice*, θVTd (codd. Barbari). *rutae vitae*, R. *ritu vitis*, β. — *fruticant*, V (codd. Barbari). *frutificant*, T. *fructificant*, Rd. — *folioso*, K.

§ 61. *sampsucum*, V. *samsucum*, d. *samsucum dici*, R. — *supradictis*, θRVTd. *praedictis*, β. — *mollius*, θVTd. *melius*, Rβγ. At v. Schneider. ad Theophr. hist. plant. VI. 7, 4. — *amaro choeae quae*, V. — *summa terra*, θRV. *summa tellure*, Td. *summo terrae*, β. — *Reliquorum* rel., haec non sana putat Schneider. l. l. VI. 7, 6. — *in locis*, VTd. *locis*, Rβγ. — *ac fimo*, Vd. *et fimo*, R.

§ 62. *Nyctegreton*, Vdδθρφ. *Nyctegretor*, R. *Nyctegretum*, β. — *hysgini*, V. *hygini*, R. *hys gigni*, T. *his gigni*, d. *ignei*, β. — *folio spinae*, Gronov. Rd. *folio hispinae*, V. *foliis spinae*, β. — *a terra*, R. *ad terra*, V. *ad terras*, d. — *erui*, R (codd. Gel.) *herbi*, Vd. — *pagos*, R. — *hac herba uti*, Vd. *hac herba*, R. *uti hac herba*, βγ. — *eadem*, V. — *chenomychen*, ita nos scripsimus. *chenomychon*, βγ. *chenamichen*, R. *cheramycen*, d. *cherambycen*, θV. *chenomyon*, K. In ind. h. l. *genamiche* R, *cenamiche* Vd, *cheramice* T, *genemyche* a. — *nyctalopa*, θRVTd (codd. Barbari). *nyctilopa*, alii codd. Barbari, β. *nyctilampada*, K.

§ 63. *Melilotum*, d. — *tamen*, om. T. — *recens et candicans*, Dalec. — *et croco*, RV. *sed croco*, Td. — *simillimam*, R. — *quamquam*, d. *quam*, RV. — *candida*, RVTd (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 687. a. A.) *est candida*, Rigalt. *et candida*, β.

§ 64. *prima*, RV. Omitt. Td. — *nuntianti*, RV. *nuntiant hi*, Td. — *ion*,

suscipienda; eandem vocari chenomychen, quoniam anseres a primo conspectu eius expavescant, ab aliis nyctalopa, quoniam e longinquo noctibus fulgeat.

37. Melilotos ubique nascitur, laudatissima tamen in At- 63
tica, ubicumque vero recens nec candicans et croco quam simillima, quamquam in Italia odoratior candida.

38. Florum prima ver nuntiantium viola alba, tepidiori- 64
bus vero locis etiam hieme emicat. Postea quae ion appellatur et purpurea, proxume flammeum quod phlox vocatur, silvestre dumtaxat. Cyclaminum bis anno, vere et autumno; aestates hiemesque fugit. Seriores supra dictis aliquanto narcissus et lilium trans maria, in Italia quidem, ut diximus, per rosam; nam in Graecia tardius etiamnum anemone. Est autem haec silvestrium bulborum flos, alia quam quae dicetur in medicis. Sequitur oenanthe ac melanion et ex silve- 65
stribus helichrysos, deinde alterum genus anemones quae limonia vocatur, post hanc gladiolus comitatus hyacintho, novissima rosa, eademque prima deficit excepta sativa; e ceteris hyacinthus maxume durat et viola alba et oenanthe, sed haec ita si devolsa crebro prohibeatur in seminibus; renascitur locis tepidis; odor idem ei, qui germinantibus uvis,

Salmas. exerc. p. 863. a. B. Confirmat R. *lilia*, VTd (Thuan. ap. Salmas.) Om. *β*. — *appellantur*, d. — *et purpurea*, RVTd (Thuan.) *purpurea*, *β*. — *flammeum*, Salmas. *flammeam*, RVd (Thuan.) *flammea*, *βγ*. Add. Schneider. ad Theophr. hist. plant. VI. 8, 1., unde haec omnia sumpta sunt. — *quod*, RVd (Thuan.) *quae et*, *βγ*. — *flox sos*, R. Omitt. Vd (Thuan.) — *silvestre*, RVd (Thuan.) *silvestris*, *βγ*. — *Cyclaminum*, d. *cliclaminum*, *θ*. *clyclaminum*, T. *clilaclaminum*, Thuan. *chyclaminum*, V. *coclyaminum*, R. *codiaminon*, *β*. *cochaminum* vel *claclaminum*, codd. Salmas. *codion*, Pint. — *in anno*, V. — *fugit*; post hanc vocem Pint. verba *Est autem — flos* collocat; v. Schneid. ad Theophr. l. l. VI. 8, 1. p. 531. — *maria*, RV. *marina*, Td. — *diximus* § 22. — *per*, Rd (codd. Salmas.) *post*, V*βγ*. *Lilium — medio proventu earum* (rosarum) *incipiens*, Plin. l. l. — *nam in Graecia*; pro his vv. habent *vero in Graecia* RV (codd. Salmas.), *in Graecia vero* Td. Mihi utraque particula suspecta. — *alia*, RVTd. *aliaque*, *βγ*. — *dicetur* § 164. — *medicis*, *θ*RV. *medicinis*, d*βγ*.

§ 65. *oenanthe ac*, VTd (omnes codd. Salmas.) *oenantheaem*, R. *oenanthe*, *βγ*. — *melanion*, Theophr. hist. plant. VI. 8, 1. et ex eo Athenaeus 15. p. 680. E. *meliancum*, R. *melianthum*, VTd*γ*. In ind. h. l. *melanthium* habent RVa, *meliantium* Td. V. Schneider. ad Theophr. l. l. p. 533. — *et ex*, VTd. *ex*, R*βγ*. — *helichrysos*, d. *helychrisos*, V. *helychrissos*, R. *elichrysos*, K. *heliochrysos*, Barbar. *βγ*. — *agemones*, Vd. — *timonia*, RV. — *hyacintho*, VTd. *hyacinthi*, R. *hyacinthis*, *βγ*. — *novissima*, Rd. *novissime*, *θ*VT. — *defecit*, V. — *sativa e*, Rd. *sative*, V. — *devolsa*, R. *devulsa*, Vd*β*. *divulsa*, *γ*. ἐάν τις ἀποκνίζῃ καὶ ἀφαιρῇ τὸ ἄνθος, Theophr. hist. plant. VI. 8, 2. — *seminibus*, R. *semine*, Vd. *semen abire*, codd. Gel. *βγ*. — *renascitur*, RVd. *nascitur*, *βγ*. — *idem*, Vd. *id*, R.

atque inde nomen. Hyacinthum comitatur fabula duplex, lu- 66
ctum praeferens eius quem Apollo dilexerat aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis ut Graecarum litterarum figura AI legatur inscriptum. Helichrysus florem habet auro similem, folium tenue, cauliculum quoque gracilem sed durum. Hoc coronare se magi, si et unguenta sumantur ex auro quod apyron vocant, ad gratiam quoque vitae gloriamque pertinere arbitrantur. Et verni quidem flores hi sunt.

39. Succedunt illis aestivi, lychnis et Iovis flos et alterum 67
genus lili, item iphyon et amaracus quem Phrygium cognominant. Sed maxume spectabilis pothos; duo genera huius: unum cui flos hyacinthi est; alteri candidus qui fere nascitur in tumulis, quoniam fortius durat. Et iris aestate floret. Abeunt et hi marcescuntque; alii rursus subeunt autumno, tertium genus lili et crocum et orsini utraque genera, unum hebes, alterum odoratum, primis omnia imbribus emicantia. Coronarii quidem et spinae flore utuntur, quippe cum spinae 68
albae cauliculi inter oblectamenta quoque gulae condiantur.

§ 66. *vel luctum*, Dalec. — *referens*, Salmas. exerc. p. 860. b. C. — *quam*, R. — *editis*, Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 733. a. G. Ceterum his in verbis corruptelam inesse nemo negabit, qui ea paulo accuratius inspexerit. Inepte enim dicitur *fabula luctum praeferre*, cum id modo de hyacintho dici possit, quod Salmas. intelligens scripsit *referens*. Tum vero nemo facile ostenderit, quo referendum sit *editi* vel *editis*, quod Thuan. habet. Illud enim si praeferimus, nullum adest substantivum, unde genetivus *editi* pendeat; hoc si cum Heinsio ad Ovid. metam. 10, 215. pro vero habemus, ita ut ad verba *ita discurrentibus venis* pertineat, primum structura fit impeditissima, deinde ab ipsis illis verbis *ita discurr. venis* nova sententia initium capiat necesse est, quae duplicis illius fabulae originem aperiat. His vero difficultatibus occurritur, si scribimus *praeferre* et *editum*. Narrant, ait Plin., hyacinthum praeferre luctum de iuvene ab Apolline dilecto aut editum esse ex Aiacis cruore. Origo vero utriusque corruptelae maxime perspicua est, cum ex *PRAEFERREEIVS* facillime oriri posset *PRAEFERENSEIVS*; altera vox *EDITVM* cum usitato compendio scripta esset *EDIT*, per vocem proximam *ITA* id ortum est, quod iam legitur. — *venis*, RVd. *notis*, K. — *figura*, Rd. *figurae*, V (Thuan.) — *AI*; pro his litteris habent *ae* Rd; in V videtur erasum. — *inscriptum*, θRVTd (Thuan.) *inscripta*, βγ. — *Helichrysus*, ita nos scripsimus coll. § 65. 168. *Heliochrysos*, βγ. *Heliocrysus*, V. *Heliocrisus*, d. *Helyocrysus*, R. — *coronari*, R. — *magis*, Vd. — *et si unguenta*, Pint. — *flores*, Vd. *et flores*, R.

§ 67. *aestivi*, R. *aestivi. Et verni quidem flores hii sint*, V. *estivi. Sunt etiam verni flores*, d. Uterque horum librorum superiora paululum mutata repetiit. — *iphyon*, ita nos scripsimus ex Theophr. hist. plant. VI. 8, 3. *ipyon*, Thuan. *tiphyon*, Vdβγ. *tiphon*, R. Aliis Theophrasti locis scriptura inter ἴφυον et τίφυον fluctuat; v. Schneider. ind. Theophr. s. v. τίφυον. — *Sed*, Vd. *Semel*, R. — *pothos*, Rd. *post hos*, V. — *hyacinthi*, d. *hyacinthus*, R. *iacintha*, V. — *alteri candidus*, ita nos scripsimus, cum non flores, sed genera pothi discernantur.

Hic est trans maria ordo florum; in Italia violis succedit rosa, huic intervenit lilium, rosam cyanus excipit, cyanum amarantus; nam vincapervinca semper viret in modum liniae, foliis geniculatim circumdata, topiaria herba; inopiam tamen florum aliquando supplet; haec a Graecis chamaedaphne vocatur.

40. Vita longissima violae albae trimatu; ab eo tempore 69
degenerat. Rosa et quinquennium perfert non recisa nec adusta; illo enim modo iuvenescit. Diximus et terram referre plurumum; nam in Aegypto sine odore haec omnia tantumque myrtis odor praecipuus. Alicubi etiam binis mensibus antecedit germinatio omnium. Rosaria a favonio fossa oportet esse iterumque solstitio, et id agendum ut intra id tempus purgata ac pura sint.

XII. 41. Verum hortis coronamentisque maxume alvearia 70
et apes conveniunt, res praecipui quaestus conpendique, cum favit. Harum ergo causa oportet serere thymum, apiastrum,

alter candidus, RVd. *alterum candidius*, $\beta\gamma$. — *iacitur*, Hard. ex Theophr. l. l. VI. 8, 3. *ᾧ χρῶνται περὶ τοὺς τάφους*. — *quoniam* sanum esse non potest. Nam quae est illa argumentatio, pothon ea de causa in tumulis nasci, quoniam fortius duret? Legendum igitur puto: *in tumulis; fortius is durat.* Atque hanc emendationem suadent Theophrasti verba: *καὶ χρονιώτερος οὗτος*. — *floret*, RV. *flores*, θd. — *et hi*, RV. *hii*, d. — *lilii*, Vd. *illi*, R. — *et orsim utraque genera*, R (unde *orsini* restituendum). *et orsin in utraque genera*, V. *et orsini in utroque genere*, T. *et orsinum utraque genera*, d. *in utroque genere*, $\beta\gamma$. Sagacissime Lan. in nuntt. litter. Monac. 1839. no. 207. p. 624. observavit Plinium in verbis Theophrasti hist. plant. VI. 8, 3. *μετοπώρου δὲ (ἀνθεῖ) τὸ λείριον τὸ ἕτερον καὶ ὁ κρόκος, ὅ τε ὀρεινὸς ὁ ἄοσμος καὶ ὁ ἥμερος*, pro *ΟΡΕΙΝΟΣ* legisse *ΟΡΣΙΝΟΣ* et, cum hoc nomen pro planta haberet, adiectivum *ἥμερος* per *hebes* reddidisse, ut duo opposita, quae apud Theophrastum legi putaret, etiam Plinio tribueret. — *habes*, RV.

§ 68. *quoque gulae*, RVd. *gulae quoque*, $\beta\gamma$. — *rosam*, V. *rosa*, Rd. — *excipitur*, d. — *nam*, Vd. *na*, R. — *vicapervica*, RVd. — *viret*, Vd. *et*, R. — *liliae*, RV. *lilii*, Td. Si eadem est planta, quam Dioscorides 4, 147. chamaedaphnen dicit, quamquam hic aliam, quam quae h. l. describitur, significare videtur, fortasse huc referri possunt verba: *ῥάβδους ἀνίησι μονοκλώνους, πηχυαίους, ὀρθάς, λεπτὰς καὶ λείας*.

§ 69. *Vita*, d. *Ita*, RV. — *albae*, Vd. *alba et*, R. *albae est*, β. — *trimatus*, r. — *Rosam*, R. — *et*, RV¹d. *floret*, V². — *non recisa*, RVTd. *nec recisa*, $\beta\gamma$. — *adusta*, Theophr. hist. plant. VI. 8, 5. *μὴ ἐπικαιομένης ὀηλονότι, μηδ' ἐπιτεμνομένης. adulta*, RVd. — *Diximus* § 19. — *nam in*, VTd. *nam et in*, R$\beta\gamma$. — *Aliqui*, R. *Aliquis*, Vd. — *a*, omitt. Vd. — *opoeriet*, R. — *purgata*, ita cum ceteris codd. V ex collatione Nautae; at Gronov. refert in eo legi *purpurgata*, unde *perpurgata* legit.

§ 70. *alvaria*, RV, quae forma apud Plinium nescio an sit praeferenda, cum hic semper *alvum apium*, numquam *alveum* dicat. — *compendiique cum favit*, R. *compendio cum favet*, θVTd.

rosam, violas, lilium, cytisum, fabam, erviliam, cunilam, papaver, conyzam, casiam, melilotum, melissophyllum, cerinthen; ea est autem folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis sucum habente. Horum floris avidissimae sunt 71
atque etiam sinapis, quod miremur, cum olivae florem ab his non attingi constet; ideo hanc arborem procul esse melius sit, cum aliquas quam proxume seri conveniat quae et evolantium examina invitent nec longius abire patiantur.

42. Cornum quoque arborem caveri oportet; flore eius de- 72
gustato alvo cita moriuntur. Remedium sorba contunsa e melle praebere his vel urinam hominis vel boum aut grana punici mali ammineo vino conspersa; at genistas circumseri alveariis gratissimum.

43. Mirum est dignumque memoratu de alimentis quod 73
conperi. Hostilia vicus adluitur Pado; huius inquilini pabulo circa deficiente inponunt navibus alvos noctibusque quina milia passuum contrario amne subvehunt. Egressae luce apes pastaeque ad navis cotidie remeant mutantis locum, donec pondere ipso pressis navibus plenae alvi intellegantur revectisque eximantur mella. XIII. Et in Hispania mulis provehunt simili de causa; 44. tantumque pabulum re- 74
fert ut mella quoque venenata fiant; Heracliae in Ponto quibusdam annis perniciosissima exsistunt ab iisdem apibus facta. Nec dixere auctores, e quibus floribus ea fie-

erviliam, dr. *ervillam*, θVT. *ervilium*, R. *ervialam*, β. Sunt haec fere desumpta ex Varr. de re rust. III. 16, 13. — *cuniculam*, V. — *cassiam*, Vd. — *cerinthen; ea est*, ita nos scripsimus. *cerinthea. Est*, R. *cerintha. Est*, d. *cyrintha. Est*, V. *cerinthen. Est*, βγ. — *autem*, RVd. *autem cerinthe*, βγ. — *candido*, om. d. — *habentem*, RV.

§ 71. *florum*, Tdr. — *constat*, R. — *ideo*, RV. *ideoque*, dβγ. — *cum veniat*, V. — *quae et*, R. *quae*, Vd.

§ 72. *oporteat*, RV. — *flore*, RVd. *nam flore*, β. — *albo*, R. — *cita*, RVTd. *circa*, θ. *concitata*, δρφ. *citato*, ϑ. *concita*, β. — *contusae mellae*, V. — *praebere*, R. Omitt. Vd. — *urinam*, RV. *urina*, d. — *hominis*, RV. *hominum*, dβγ. — *amineo*, V. — *ad*, V. — *circumseri*, R. *conseri*, θVTd. — *alvariis*, V. *alvaris*, R.

§ 73. *memoratu*, V²d. *memorato*, RV¹. — *alvos*, Vd. *albos*, R. *alveos*, β. *alvearia*, r. — *noctibus quia*, R. — *amne*, cod. Divionensis apud Gud. ad Phaedr. III. 13, 9. *mane*, RVd. *amne naves*, βγ. — *pastae quae*, V. — *remeant*, d. *remaneant*, θ. *remanent*, RV. — *mutant ii locum*, K. — *pressis*, om. r. — *plenae alvi*, RVd. *pleni alvi*, Divion. *plena alvearia*, r. *plenae alvei*, β. — *eximantur*, Vd. *eximuntur*, r. *existimantur*, R. — *Et in*, d. *Et*, RV. — *multis*, V.

§ 74. *cantumque*, R. — *melle*, R. — *Heracliae*, RV. *Heracleae*, dβγ. V. Dioscor. mater. med. 2, 103. et eupor. 2, 138. — *perniciosissimam*, R. —

rent; nos trademus quae conperimus. Herba est ab exitio
et iumentorum quidem sed praecipue caprarum appellata
aegolethron; huius flore concipiunt noxium virus aquoso
vere marcescentis. Ita fit ut non omnibus annis sentiatur 75
malum. Venenati signa sunt, quod omnino non densatur,
quod color magis rutilus est, odor alienus sternumenta pro-
tinus movens, quod ponderosius innoxio. Qui edere abi-
ciunt se humi refrigerationem quaerentes; nam et sudore
diffluunt. Remedia sunt multa quae suis locis dicemus; sed 76
quoniam statim repraesentari aliqua in tantis insidiis oportet,
mulsum vetus e melle optumo et ruta, salsamenta etiam, si
reiciantur sumpta crebro; certumque est id malum per ex-
crementa ad canes etiam pervenire similiterque torqueri eos.
Mulsum tamen ex eo inveteratum innocuum esse constat,
et feminarum cutem nullo melius emendari cum costo, sug-
gillata cum aloe.

45, Aliud genus in eodem Ponti situ, gente Sannorum, 77
mellis quod ab insania quam gignit maenomenon vocant.
Id existumatur contrahi flore rhododendri quo scatent silvae;
gensque ea, cum ceram in tributa Romanis praestent, mel,
quoniam exitiale est, non pendit. Et in Perside et in Mau-
retaniae Caesariensis Gaetulia contermina Massaesylis ve-
nenati favi gignuntur, quidamque a parte, quo nihil esse
fallacius potest, nisi quod livore deprenduntur. Quid sibi 78

duxere, V. — *nos trademus*, Rd. *nostra demum*, V ex emendat. — *exatio*, R. — *cyprarum*, R. — *aegolethron*, d (codd. Gel.) *egolaethron*, V. *egolephron*, R. — *flore*, RVd. *flores*, $\beta\gamma$. — *marcescentis*, RVd. *marcescentes*, γ. *marescentes*, codd. Gel. β.

§ 75. *sentiantur*, RV. — *malum*, RVd. *hoc malum*, $\beta\gamma$. — *sunt signa*, d. — *densantur*, R. — *sternumenta*, RVd. *sternutamenta*, β. — *se*, d. *quae se*, RV. — *nam et*, Vd. *manet*, R. — *sudor edit fluunt*, R.

§ 76. *dicemus* 29, 97. 32, 43. — *statim*, Rd. *se statim*, V. — *excreamenta*, θT. — *veteratum*, R. — *constat et*, Vd. *constaret*, R. — *cute*, V. — *ullo*, R. — *casto*, R. — *aloe*, RVd. *ἀλός*, Dioscor. mat. med. 2, 103.

§ 77. *Ponti situ*, θVTd. *potu situ*, R. *Ponto situm*, $\delta\vartheta\rho\varphi$. *Ponto*, codd. Gel. β. — *gente Sannorum*, Td (codd. Gel.) *gentes annorum*, V. *gente Sannonum*, R. *gentes annonam*, $\delta\rho\varphi$. *gentes annosum*, ϑ. *gente Suanorum*, Gronov. — *quam*, Vd (codd. Gel.) *quod*, R. — *qua*, R. — *cera*, RV. — *praestent*, RVd. *praestet*, $\beta\gamma$. — *pendit*, Gronov. *vendit*, RVd$\beta\gamma$. — *Mauritania Caesariensi*, r. — *Massaesulis*, codd. Gel. *Massasyllis*, R. *Massylis*, θ. *Masyllis*, VTd. *Gaetuliae ac Massaesulis contermina*, r. — *a parte*, RV. *ad partem*, Td. Hoc cum librario interpolanti debeatur, illud aperte est corruptum et pro eo legendum *ex parte*; v. Hand. Tursell. 2, 632. — *leviore*, V. — *deprenduntur*, R. *deprehenduntur*, Vd$\beta\gamma$.

voluisse naturam iis arbitremur insidiis, ut ab iisdem apibus nec omnibus annis fierent aut non totis favis? parum erat genuisse rem, in qua venenum facillime daretur; etiamne hoc ipsa in melle tot animalibus dedit? quid sibi voluit, nisi ut cautiorem minusque avidum faceret hominem? non enim et ipsis apibus iam cuspides dederat et quidem venenatas, remedio adversus has utique non differendo? Ergo malvae suco aut foliorum hederae perungui salutare est vel percussos eas bibere. Mirum tamen est venena portantis ore fingentisque ipsas non mori, nisi quod illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus sicut contra serpentis Psyllis Marsisque inter homines.

XIV. 46. Aliud in Creta miraculum mellis. Mons est 79
Carma VIIII M passuum ambitu, intra quod spatium muscae non reperiuntur natumque ibi mel nusquam attingunt; hoc experimento singulare medicamentis exigitur.

47. Alvearia orientem aequinoctialem spectare convenit; 80
aquilonem evitent, nec favonium minus. Alvos optumas e cortice, secundas ferula, tertias vimine, multi et e specularí lapide fecere ut operantis intus spectarent. Circumlini alvos fimo bubulo utilissimum, operculum a tergo esse ambulatorium ut proferatur intus, si magna sit alvos aut sterilis operatio, ne desperatione curam abiciant; id paulatim

§ 78. *his*, V. — *hisdem*, V. — *nec omnibus — apibus*, om. d. — *parum erat*, codd. Hard. *parum enim erat*, Rβ. *parum erat enim*, V. — *non enim et ipsis*, RV. *non enim ipsi sed*, $\delta\rho\varphi$. *non enim ipsi de*, ϑ. *non enim ipsi melli sed*, β. — *apibus iam*, RV$\delta\vartheta\rho\varphi$. *iam apibus*, γ. — *malbae*, R. — *hederis*, d. — *perungui*, Rd. *ungui*, θV. — *ea bibere*, T. — *moris*, R. — *Psyllis*, d. *Phyllis*, V. *hypsillis*, R. — *Massisque*, R. — *inter homines*, delet Pint.

§ 79. *mollis*, R. — *Carma*, Rd. *Carina*, θVβ. *Narina*, unus cod. Hard. *Carnia*, Hard. — *VIIII*, RVd. *VIII*, θ. — *intra quod*, Vd. *quo*, R. — *exigitur*, θVTd. *eligitur*, R$\beta\gamma$. V. Gronov. ad Liv. XXXIV. 9, 9.

§ 80. *Alvaria*, Vd. *Albaria*, R. — *orientum*, R. — *aquilonum*, R. — *Alvos*, RVd. *Alvus*, T. *Alvearia*, β. — *optimas e*, Gronov. *optume*, R. *optime*, VTd. *optima e*, β. — *secundas*, Gronov. *secunda*, RVdβ. — *tertias*, Gronov. *tertia*, RVdβ. — *multi et*, VTd. *multi eas et*, $\beta\gamma$. *multi estis et*, R, unde refingendum puto *multi e nostris et* coll. 11, 49. — *ispeculari*, R. — *facere*, R. — *sperantis*, RVd. — *alvos*, RVd. *alveos*, codd. Gel. β. Om. T. — *bulino*, d. — *opergulum*, R. — *proferatur*, codd. Gel. *properatur*, RV. *prospiciatur*, Td. — *magna*, θRVdr$\delta\vartheta\rho$. *magnus*, T (codd. Gel.) β. *magnum et*, φ. — *sit*, θRVTd$\delta\rho\varphi$ (codd. Gel.) *sint*, rδ. — *alvos*, θRV[1]. *alvus*, TV[2]d. *alveus*, codd. Gel. β. *alvearia*, rδ. *alvearios*, ϑ. *alveariis*, $\rho\varphi$. — *ne desperatione*, d (codd. Gel.) *disperatione*, V. — *ac paulatim reducatur*, K. *ni paulatim reducatur*, Dalec. — *incremento*, RVd$\delta\vartheta\rho\varphi$ (codd. Gel.) *argumento*, T. *augmento*, Pint. — *alvos*,

reduci, fallente operis incremento; alvos hieme stramento operiri, crebro suffiri, maxume fimo bubulo. Cognatum hoc 81
iis innascentis bestiolas necat, araneos, papiliones, teredines, apisque ipsas excitat; et araneorum quidem exitium facilius est; papilio, pestis maior, lucernis tollitur vere, cum maturescat malva, noctu, interlunio, caelo sereno, accensis ante alvos; in eam flammam sese ingerunt.

48. Si cibus sentiatur deesse apibus, uvas passas siccasve 82
ficos tunsas ad fores earum posuisse conveniat, item lanas tractas madentis passo aut defruto aut aqua mulsa, gallinarum etiam nudas carnis. Quibusdam etiam aestatibus iidem cibi praestandi, cum siccitas continua florum alimentum abstulit. Alvorum, cum mel eximatur, inlini oportet exitus melissophyllo aut genista tritis aut medias alba vite praecingi, ne apes diffugiant. Vasa mellaria et favos lavari aqua praecipiunt; hac decocta fieri saluberrimum acetum.

49. Cera fit expressis favis, sed ante purificatis aqua ac 83
triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in novo fictili, aqua favos tegente, tunc sporta colatis; rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua excipiturque alia frigida, vasis melle circumlitis. Optuma quae Punica vocatur, proxuma quam maxume fulva odorisque mellei, pura, natione autem Pontica, quod constare equidem miror inter venenata

RVTd. *alveos*, β. — *bulino*, d.

§ 81. *his*, V. — *necant*, V. — *papilione redines*, R. — *papilio pestis maior*, θRVTd. *papilio estis maior*, ϑ. *papilios maior*, $\delta\rho\varphi$. *papilionum maior pestis*, β. — *lucernis*, RVTd$\delta\vartheta\rho\varphi$. Omitt. $\beta\gamma$; v. infra. — *vere*, Rδ. *vero*, VTd$\vartheta\rho\varphi\beta$. — *maturescat*, θRV. *maturescit*, d$\beta\gamma$. — *intralunio*, R. — *accensis*, RVTd$\delta\vartheta\rho\varphi$. *accensis lucernis*, $\beta\gamma$. — *alvos*, RVd$\delta\vartheta\rho\varphi$. *alveos*, β. — *eam*, om. T.

§ 82. *sentiatur deesse*, VT. *sentiantur deesse*, R. *censeatur deesse*, d. *deesse censeatur*, $\beta\gamma$. — *ficos*, Schneider. ad Columell. IX. 14, 15. Confirmant RV[1]. *ficus*, V[2]Td. *ficosque*, $\beta\gamma$. — *conveniat item*, θTd. *item conveniat*, R. *idem* ad marg. adscripto *conveniat*, V. *conveniet item*, $\beta\gamma$. — *lanas tinctas passo vel aqua mulsa madentes*, Schneider. ex Vincent. specul. natur. 20, 87. — *defrito*, RV[1]. — *nudas*, θRVT. *crudas*, d$\beta\gamma$. — *etiam*, V. *et*, Rd. — *alimentum*, om. d. — *abstulit*, RVd. *negat*, K. — *Alvorum*, RTd. *Arborum*, V. *Alveorum*, β. — *melle*, d. — *eximatur*, θRVTd. *eximitur*, $\beta\gamma$. — *exitus*, V. — *medias*, RVTd$\delta\vartheta\rho\varphi$. *media*, θ. *medios*, β. — *praecingi ne*, θVd. *prae*, R. *praecingere ne*, $\beta\gamma$. — *defugiant*, θ. — *et*, θT. *aut*, RVd$\beta\gamma$. — *praecipiunt*, V. — *haec*, V.

§ 83. *fit et expressis*, R. — *aqua ac* (*et*, $\beta\gamma$) *triduo in tenebris* (*terebris*, Vd) *siccatis quarto*, Vd$\beta\gamma$. *aquarto*, R. — *proxima*, Dioscor. 2, 105. — *quod*, RVd. *quam*, $\beta\gamma$. — *constaret*, R. — *equidem*, Rd. *et quidem*, V. — *venena*, d.

mella; deinde Cretica; plurumum enim ex propoli habet, de qua diximus in natura apium. Post has Corsica, quoniam 84
ex buxo fit, habere quandam vim medicaminis putatur. Punica fit hoc modo: ventilatur sub divo saepius cera fulva, deinde fervet in aqua marina ex alto petita, addito nitro. Inde lingulis hauriunt florem id est candidissima quaeque transfunduntque in vas quod exiguum frigidae habeat, et rursus marina decocunt separatim, dein vas ipsum antequam refrigerant; et cum hoc ter fecere, iuncea crate sub dio siccant sole lunaque; haec enim candorem facit, sol siccat; et ne liquefaciat, protegunt tenui linteo; candidissima vero fit post insolationem etiamnum recocta. Punica medicinis utilis- 85
sima. Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admixta rubet, variosque in colores pigmentis trahitur ad reddendas similitudines et innumeros mortalium usus parietumque etiam et armorum tutelam. Cetera de melle apibusque in natura earum dicta sunt. Et hortorum quidem omnis fere peracta ratio est.

XV. 50. Secuntur herbae sponte nascentes quibus plerae- 86
que gentium utuntur in cibis maxumeque Aegyptus frugum

dein, V. — *tropoli*, V. — *diximus* 11, 16. — *apium*, RVd. *apum*, $\beta\gamma$.

§ 84. *Corsica*, R. *Corsicam*, Vd. — *quandam*, codd. Gel. *quantam*, RVd. — *divo*, V. *dival*, R. *diu*, d. *dio*, β. — *deinde*, R. *dein*, Vd. — *fervent*, V. *fruet*, R. *ferventi*, d. — *lingulis*, θRVTd. *ligulis*, β. — *hauriunt*, RVd (codd. Gel.) *eligunt*, r. — *frigidae*, RVd (codd. Gel.) *marinae frigidae*, r. — *vas ipsum*, R. *vas ipsu*, V[2]. *vas ipso*, V[1]. *vase ipso*, d. — *antequam*, RVd. Omitt. $\beta\gamma$. — *hoc*, RVd. *haec*, $\beta\gamma$. — *gnatae*, R. — *dio*, V[1]. *diu*, RV[2]d. — *sol siccat et*, VTd. *sic siccat et*, R. *siccantes*, codd. Gel. β. — *liquefaciat*, T. *liquefaciant*, RVd (codd. Gel.) β. *liquefiat*, r. — *insalationem*, Vd. — *etiam* deleto *num*, V.

§ 85. *medicinis*, θRVTd. *medicis*, β. — *cinere*, Vd. *genere*, R. — *ancusa*, R. — *rubet*, Vd. *rumba et*, R. — *trahitur*, RV. *traditur*, d$\beta\gamma$. — *reddendas*, V[2]. *reddenda*, R. *edendas*, θV[1]Tdγ. — *parietumque* — *tutelam*, om. T. — *peracta ratio*, RV. *ratio peracta*, d$\beta\gamma$.

§ 86. *pleraque*, RV. — *frugus*, R. — *fertilissima sed*, R. *fertilissimas et*, V. *fertilissima et*, Td. *fertilissima*, *utut*, Gronov. — *fragant*, R. — *tamnum*, θVT (optimi libri ap. Salmas. exerc. p. 159. b. D.) *tamnus*, R. *tannum*, d. *tamum*, K (alii libri ap. Salmas.) *tanum*, β. — *batim marinam*, R. *battim marinam*, d. *batin marinam*, $\beta\gamma$. Omitt. VT. — *vatim*, R. *battim*, Vd. *batin*, $\beta\gamma$. — *hortensiam*, θVTd. *hortensianam*, Rβ. — *quam*, V. *quas*, Rd. — *asparacum*, V. — *has*, om. V. — *opulum*, Salmas. de hyle p. 80. b. E. At v. Schneider. ad Cat. de re rust. 37, 2. p. 99. — *eamque*, R. — *obiectamenta*, RV.

§ 87. *e Nilo*, Rd (codd. Gel.) *enim lo*, V. — *madendo*, V. — *spectabilis*, R. — *etiamsi*, RVd. *si*, $\beta\gamma$. *sed iam si*, Salmas. exerc. p. 681. a. F. — *arbores*, Barbar. — *personatiae* vel *persolatae*, Barbar. *per se nata*, Salmas. — *amnibus*, Barbar. *manibus*, RVd. *moenibus*, Hard. — *adaeque*, R. *adeque*, V. *at aeque*, d. — *in variam speciem*, RV. *in variat specie*, d (Thuan. ap. Salmas.) *in varias species*, Salmas. — *habeat*, d.

quidem fertilissima, sed ut prope sola iis carere possit; tanta est ciborum ex herbis abundantia. In Italia paucissimas novimus, fraga, tamnum, ruscum, batim marinam, batim hortensiam quam aliqui asparagum Gallicum vocant; praeter has pastinacam pratensem, lupum salictarium, eaque verius oblectamenta quam cibos.

51. In Aegypto nobilissima est colocasia quam cyamon 87
aliqui vocant. Hanc e Nilo metunt, caule cum coctus est araneoso in mandendo, thyrso autem qui inter folia emicat spectabili, foliis latissimis, etiam si arboreis conparentur, ad similitudinem eorum quae personata in nostris amnibus vocamus, adeoque Nili sui dotibus gaudent ut inplexis colocasiae foliis in variam speciem vasorum potare gratissimum habeant. Seritur iam haec in Italia.

52. In Aegypto proxuma auctoritas cichorio est quod di- 88
ximus intubum erraticum. Nascitur post vergilias, floret particula eius; radix ei lenta, quare etiam ad vincula utuntur illa. Anthalium longius a flumine nascitur mespili magnitudine et rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi; mandunt igni paratum, mandunt et oetum cui pauca folia minumaque, verum radix magna. Arachidna quidem et ara- 89
cos cum habeant radices ramosas ac multiplicis, nec folium nec herbam ullam aut quicquam aliud supra terram habent. Reliqua volgarium in cibis apud eos herbarum nomina chondrylla, hypochoeris, caucalis, anthriscum, scandix, come quae

§ 88. *cicori*, R. — *quod*, RT. *quam*, Vd$\beta\gamma$. — *diximus* 19, 129. — *particulaeius*, R. *particulatim*, Vd$\beta\gamma$. *συμβαίνει δὲ καὶ παρανθεῖν αὐτοῦ μέρος ἄλλο καὶ ἄλλο*, Theophr. hist. plant. VII. 11, 3. Hinc *florent particulae eius* scribendum esse videtur. — *quare*, Vd. *qua*, R. — *Antalium*, R. — *longius*, RVTd. Om. β. *οὐ πόρρω τοῦ ποταμοῦ*, Theophr. hist. plant. IV. 8, 12. — *a flumine*, Td. *et lumine*, R. *et flumine*, V. — *igni*, R. *igne*, θVTd. — *conparatum*, V. *comparatum*, θRd. Tam ex hoc omnium librorum consensu quam ex verbis Theophrasti, qui ait: *ἕψουσιν ἐν βρύτῳ τῷ ἀπὸ τῶν κριθῶν*, hunc locum corruptum esse vix dubitare licet et legendum videtur *mandunt in bryto paratum*; quid sit *βρύτον*, docet Stephani thesaurus. — *cetum*, R.

§ 89. *Arachidna*, Dalec. ex Theophr. hist. plant. I. 6, 12. *Aracnide*, T. *Arachnide*, RV. *Anacnide*, d. *Aracidna*, β. — *arachos*, RV. — *habent*, d. *habeant*, RV. — *chondrylla*, Gesner. hist. anim. 1, 489. ex Theophr. hist. plant. VII. 6, 4., qui tamen VII. 7, 1. *ἀνδρυάλα* habet, ad quos locos v. Schneider. p. 592. 619. *candryala*, RVdγ. *condrylla*, β. — *hypochoeris*, Barbar. *hypocaris*, RVd. *hippochoeris*, altera Barbari coniectura. — *caucalis*, Barbar. *caucaris*, RVd. *et caucalis*, $\beta\gamma$. — *anthriscum*, Rd (codd. Barbari). *antriscum*, V. *antichriscum*, β. V. Schneider. ad Theophr. hist. plant. VII. 7, 1. p. 594. — *scandix*, d (codd. Gel.) *scandrix*, V. *scandryx*, R. — *come*, Barbar. ex Theo-

ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis, parthenium, trychnum, corchorus et ab aequinoctio nascentes aphace, achynops; epipetron vocant quae numquam floret, at e contrario aphace subinde marcescente flore emittit alium tota hieme totoque vere usque in aestatem.

53. Multas praeterea ignobilis habent, sed maxume cele- 90
brant cnecon Italiae ignotam, ipsis autem oleo, non cibo gratam; hoc faciunt e semine eius. Differentia prima silvestris et mitior. Silvestrium duae species, una mitiore, simili caule, tamen rigido; itaque et colu antiquae utebantur ex illis, quare quidam atractylida vocant; semen eius candidum et grande, amarum. Altera hirsutior, torosiore caule et qui paene humi serpat, minuto semine; aculeatarum generis haec est, quoniam distinguenda sunt et genera.

54. Ergo quaedam herbarum spinosae sunt, quaedam sine 91
spinis; spinosarum multae species. In totum spina est asparagus, scorpio; nullum enim folium habent. Quaedam spinosa foliata sunt, ut carduus, erynge, glycyrriza, urtica; iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Aliqua et se-

phrast. hist. plant. VII. 7, 1. *καὶ τραγοπώγωνα, ὃν καὶ κόμην καλοῦσιν, ὃς — ἔχει — τὰ φύλλα τῷ κρόκῳ ὅμοια.* Ipse Plin. 27, 142. habet: *Est et tragopogon, quem alii comen vocant.* Omitt. RVd (codd. Gel.) *βγ.* — *tragopagon*, RV. — *thrychnum*, RV. *trycnum*, d. *strychnum*, *βγ.* — *corcorus*, R. — *et ab*, *θ*VTd. *et*, R*βγ.* — *nascentes*, RVTd. *nascens*, *θβ.* — *aphace*, *achynops*, Salmas. prolegg. ad hylen p. 2. *aphace achinopos*, *θ* (optimi libri ap. Salmas. exerc. p. 912. a. A.) *apacea chynopos*, V. *apache acyno*, R. *apacea cynopos*, Td. *chenopus* vel *cynops*, codd. Barbari. *aphace*, *acinos*, *βγ.* Ipse Salmas. etiam *echinopos* vel *anchinops* legi posse putat; sed apud Theophr. hist. plant. VII. 11, 2. ex optimis codd. legendum est: *σταχυώδη μὲν οὖν ἐστιν ὅ τε ἀχύνωψ ὑπό τινων καλούμενος κτέ.*, idemque nomen restituendum eidem VII. 7, 3. *οἷον ἀφάκης καὶ ἀχύνωπος*, ubi vulgo exstat *καὶ τοῦ κύνωπος.* Illud unice commendant codices Plinii, qui rursus priore Theophrasti loco confirmantur. — *epipetron*, RVTd (codd. Salmas.) *quam epipetron*, Barbar. *β. ἔνια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθῇ, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίπετρον*, Theophr. hist. plant. VII. 7, 3. *et quam epipetron*, Dalec. *quam epimetron*, Pint. — *floreat*, d. — *at e*, R. *ad eo*, V. *adeo*, d. — *apace*, RVd. V. Theophr. l. l. VII. 7, 4. — *subindie*, V.

§ 90. *Multa*, R. — *cnecon*, R. *necun*, Vd. *cnicon*, *βγ. cici*, Turneb. adv. 16, 9. V. Schneider. ad Theophr. T. V. p. 416. s. v. *κνῆκος.* — *gratum*, V. — *silvestris et mitior*, RVd (codd. Salmas. exerc. p. 629. b. F.) *silvestris et sativae*, *βγ.* V. Theophr. hist. plant. VI. 4, 5. — *mitiore*, Rd. *mitiori*, codd. Salmas. *mitior est*, V*βγ.* — *antiquae*, RVTd. *antiquae mulieres*, codd. Barbari et Gelenii, *βγ.* — *exilis*, codd. Barbari. — *quidem*, R. — *atractylida*, codd. Barbari. *atraylide*, Vd. *atrailide*, R. V. schol. ad Theocr. 4, 52. — *torsiore*, Vd. — *et genera*, Rd. *genera*, VT.

§ 91. *spina est*, cum duobus nominibus subsequentibus verum esse vix possit, nunc, quia infra *habent* ex codd. est restitutum, maiorem etiam dubita-

cundum spinam habent folium, ut tribulus et anonis; quaedam in folio non habent et in caule habent, ut pheos quod aliqui stoeben appellavere. Hippophaes spinis geniculatum; tribulo proprietas, quod et fructum spinosum habet.

55. Ex omnibus his generibus urtica maxume noscitur 92
acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus, saepe altior binis cubitis. Plures eius differentiae: silvestris quam et feminam vocant, mitiorque. Et in silvestri quae dicitur canina acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis, quae vero etiam odorem fundit Herculanea vocatur. Semen omnibus copiosum, nigrum. Mirum sine ullis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam et tactu tantum leni pruritum pusulasque confestim adusto similis exsistere; notum est ei remedium olei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa herba 93
gignitur nec nisi solibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci vere non ingrato, multis etiam religioso in cibo est ad pellendos totius anni morbos; silvestrium quoque radix omnem carnem teneriorem facit simul cocta. Quae innoxia est,

tionem movet, neque dubito, quin *spinae st* i. e. *spinae sunt* sit legendum; v. ad 10, 169. — *asparaguscorpio*, Barbar. At v. Theophr. hist. plant. VI. 4, 1. 2. — *folium*, Rd. *florum*, V. *florem*, T. — *habent*, VT. *habet*, Rd$\beta\gamma$. — *spinosa foliata*, RTd (codd. Salmas. exerc. p. 123. b. D.) *hispinosa foliata*, V. *spinoso folio*, K. — *candus*, R. — *erynge*, codd. Barbari. *erunge*, RVd. *eryngion*, $\beta\gamma$. — *glycyrrhiza*, θ. *glyciriza*, R. *lycyricia*, V. *licyrizia*, d. *glycyrrhizon*, β. — *inest*, Rd. *id est*, V. — *spina*, R. *spinia*, d. *hispania*, V. *hispaniam*, Rigalt. et Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 281. b. F. Varia in his vv. tentant Pint. et Dalec. — *anonis*, RVd (libri optimi ap. Salmas. p. 279. b. F.) Ita pariter plerique et optimi codd. in ind. h. l. *ononis*, $\beta\gamma$. — *non habent et in caule habent*, θVT (Thuan. ap. Salmas.) *habent et in caule habent*, Rd. *habent et in caule*, $\beta\gamma$. *καὶ γὰρ τὸ φύλλον ἐπαχανθίζον ἔχει κατὰ* (vulgo *καὶ*) *τὸν καυλόν, οὐχ, ὥσπερ ὁ φέως καὶ ἱππόφεως, ἀνάκανθα τοῖς φύλλοις*, Theophr. hist. plant. VI. 5, 2., ubi v. Schneider. p. 511. — *pheos*, VTd (Thuan. ap. Salmas.) *pheor*, R. *phleos*, β. — *stoeben*, R. *sthoen*, V. *stheon*, d. — *Hippophaes*, Rd (Thuan. ap. Salmas.) *hippo hae*, V. *hippophes*, Rigalt. et alii ap. Salmas. *hippophas*, cod. vetustissimus eiusdem. *hypophyes* vel *hippophyes*, Barbar. — *tribulo*, Cagnat. varr. obss. 1, 25. et Salmas. *tributo*, R (Rigalt.) *tributu*, V. *tributi*, Td. *tributa*, β. *tribuli*, Pint. V. Theophr. hist. plant. VI. 5, 3.

§ 92. *nascitur*, V. — *purpureum*, Vd. — *lanugine*, R. — *Plures*, d. *flores*, V. Om. R. — *quam et*, θVTd. *quam*, Rβ. — *femina*, R. — *mitiorque*, RVTd. *mitior*, β. — *Et in*, Vd. *Et*, R. — *canina*, θVTd. *cania*, Rβ. — *funditur*, V. — *leni*, R. *levi*, Vd. — *pustulasque*, β. *pussulasque*, r. — *ei*, Td. *et*, RV$\beta\gamma$. — *oleo*, V.

§ 93. *herba*, omitt. Td. — *ignoto*, d. — *ad pellendos*, V. *appellendos*, R. *ad expellendos*, Td. — *simul cocta. Quae innoxia est*, Td. *simul coctaque innoxia est*, R. *simul cocta quae noxia est*, θV. *simul cocta. Quae innoxia*, β. *simulque cocta innoxia est*, codd. Hard. γ.

morsu carens, lamium vocatur. De scorpione dicemus inter medicas.

XVI. 56. Carduus et folia et caulem spinosae lanuginis 94
habet, item acorna, leucacanthos, chalceos, cnecos, polyacanthos, onopyxos, helxine, scolymos; chamaeleon in foliis non habet aculeos. Est et illa differentia, quod quaedam in iis multicaulia ramosaque sunt, ut carduus, uno autem caule nec ramosum cnecos. Quaedam cacumine tantum spinosa sunt, ut erynge; quaedam aestate florent, ut tetralix et helxine. Scolymos quoque sero floret et diu; acorna colore tantum 95
rufo distinguitur et pinguiore suco. Idem erat atractylis quoque, nisi candidior esset et nisi sanguineum sucum funderet, qua de causa phonos vocatur a quibusdam, odore etiam gravis, sero maturescente semine nec ante autumnum, quamquam id de omnibus spinosis dici potest; verum omnia haec et semine et radice nasci possunt. Scolymus carduorum ge- 96
neris ab iis distat, quod radix eius vescendo est decocta. Mirum quod sine intervallo tota aestate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit; aculei arescente folio desinunt pungere. Helxine rara visu est neque in omnibus

caret, r. — *aonymium*, R. — *dicemus* 22, 39.

§ 94. *folia et caulem spinosae lanuginis*, vetus liber ap. Salmas. exerc. p. 369. a. C. *folia et caules spinosae lanuginis*, θRV (in quo *cautelae* legitur) Td γ. *folio et caule spinosas lanugines*, β. — *acorna*, codd. Barbari. *acora*, V. *accora*, d. *machora*, R. — *leucacanthos*, Rd (codd. Barbari). *leucachantos*, V. *leucanthos*, Thuan. ap. Salmas. — *chalceos cnecos*, Pint. et Turneb. adv. 16, 9. *chalceos cnicos*, θβγ. *chalceos cnidos*, codd. Barbari. *chaldenecos*, V (Thuan. et alii libri ap. Salmas.) *chaldonecos*, d. *chalceos cnecos polyacanthos* om. R. — *onopyxos*, codd. Barbari. *onopygos*, R. *conopygos*, Vd (Thuan.) — *helsine*, Vd (Thuan.) *elsine*, R. — *haberet*, V. — *multis caulia*, Vd. — *cardus*, R. — *nec ramosum*, vir doctus ap. Barbar. *ne ramosum*, RV. *ramosum*, Td (codd. Barbari). *sed ramoso*, Pontedera antiquitt. p. 612. — *cnecos*, R. *enecos*, θV. *ut encos*, T. *ut eneos*, d. *cnidos*, codd. Barbari. *cnicos*, βγ. *ramosaque sunt ut cnecos, uno autem caule et ramosum ut carduus*, Pint. ex Theophrasti hist. plant. VI. 4, 4. scriptura vulgata, quae vero ex Urbinate insigni augmento ditata est, ut uterque scriptor iam sibi concinat. — *erynge*, codd. Barbari. *eryncae*, R. *eryngeli*, V. *eryngel*, d. *eryngium*, βγ. — *ut tetralix*, codd. Barbari. *tetralix*, R. *ut tetralismi*, V. *ut tetralisim*, d. — *helxine*, codd. Barbari. *elixine*, R. *helsyne*, V. *helsine*, d ut semper.

§ 95. *Scolymos*, θRVd. *Scolymus*, βγ. — *sero floret*, RV. *floret sero*, dβγ. — *et diu*, Rd. *ei diva*, V. — *acorna*, Barbar. d. *acrona*, R. *crona*, V. V. Theophr. l. l. VI. 4, 6. — *atractyllis*, RV. — *nisi*, Vd. Om. R. — *esse*, R. — *qua*, Vd. *quae*, R. — *gravi*, K. — *nec ante* — *et semine*, om. V. — *quamquam*, d. *quam*, R. — *radici*, V.

§ 96. *aliud parturit*, om. R. At v. Theophr. l. l. VI. 4, 8. — *Helxine*, Barbar. *helsine*, RVd. — *in omnibus*, RV. *omnibus*, Td. — *e radice*, ita nos scripsimus. *est e radice*, R. *a radice*, VTd. *est, radice*, β. *est a radice*, γ. ῥιζόφυλλον δὲ ἔστιν, Theophr. hist. plant. VI. 4, 9. — *qua*; pro h. v. habent

terris, e radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat contectum sua fronde; huius vertex summus lacrimam continet iucundi saporis acanthicen mastichen appellatam.

57. Et cactos quoque in Sicilia tantum nascitur, suae pro- 97
prietatis et ipse; in terra serpunt caules a radice emissi, lato folio et spinoso. Caulis vocant cactos nec fastidiunt in cibis, inveteratos quoque. Unum autem caulem rectum habet quem vocant pternica, eiusdem suavitatis sed vetustatis inpatientem. Semen ei lanuginis quam pappum vocant, quo detracto et cortice, teneritas similis cerebro palmae est; vocant ascalian.

58. Tribulus non nisi in palustribus nascitur; dira res 98
alibi iuxta Nilum et Strymonem amnis excipitur in cibis, inclinatus in vadum, folio ad effigiem ulmi, pediculo longo. At in reliquo orbe genera duo; uni cicerculae folia, alteri aculeata; hic et serius floret magisque saepta obsidet villarum; semen ei rotundius, nigrum, in siliqua; alteri harenaceum. Spinosorum etiamnum aliud genus anonis; in ramis enim spinas habet, adposito folio rutae simili, toto caule foliata in modum coronae; sequitur arata frugibus inimica vivaxque praecipue.

àqua R, *sativa* VTd. — *contactum*, R. — *fronde*, Vd (codd. Barbari). *floret*, R. — *lacrumam*, R. — *masticen*, RV. *mastiten*, d.

§ 97. *Et cactos*, Barbar. *Ectatos*, RV. *Ectatus*, d. — *ipse*, RVTd. *ipsa*, β. — *in terra*, RVTd. *cuius in terra*, β. — *emissi*, R. *missi*, VTd. — *sato*, d. — *cactos*, Theophr. hist. plant. VI. 4, 10. *cactus*, R. *cattus*, V. *cattis*, d. — *quoque*; pro h. v. habent *que* RVTd. Post h. v. Pint. ait in T legi *Condiunt muria*, quae probat Schneider. ad Theophr. l. l. p. 496.; at nostri collatores Hispani disertis verbis referunt horum verborum nullum vestigium in illo codice exstare, unde apparet Pintianum coniecturam suam e Theophrasto petitam verbis codicis interposuisse. — *Unum autem*, V. *Unum cautem*, R. *autem unum*, Td. *Unum*, $\beta\gamma$. — *habet*, Schneider. l. l. p. 499. *habent*, RVd$\beta\gamma$. — *pternica*, Barbar. ex Theophr. hist. plant. VI. 4, 11. *tinica*, Vd. *tunica*, R. — *quam*, om. K. — *pappum*, RVd. *pappon*, $\beta\gamma$. — *ascaliari*, RV.

§ 98. *Tribolus*, RV[1]. V. Theophr. l. l. IV. 9, 1. — *dura*, V[2]. — *alicubi*, K. — *recipitur*, K. — *cibis*, Rd. *cibus*, V. *cibos*, K. — *inclinatus*, Rd. *inclinatos*, V. *inclinatur*, K. — *ad*, R. *atque*, VTd. — *effugiem*, R. *effigie*, VTd. — *duo*, omitt. RVd. Inseruit Barbar. ex Theophr. hist. plant. VI. 5, 3. — *uni*, Rd. *vicini*, V. — *folio*, RV. — *acualata*, R. — *harenaculum*, R. *harenatulum*, Vd. — *genu*, R. — *anonis*, Vd. *anoninus*, R. *ononis*, β. — *rarinis*, R. — *spinis*, R. — *apposito*, RVd (codd. Barbari). *annuo spatio*, Pint. — *foliata*, θr. *foliato*, RVTd. *foliatum*, β. — *sequitur arata frugibus*, V. *sequitur rarata frugibus*, θTd. *secatur aratro frugibus*, r. *sequitur a frugibus aratro*, R$\beta\gamma$. At receptam lectionem, quae nititur verbis Theophr. hist. plant. VI. 5, 4. *καὶ μάλιστα ἐν τῇ σπορίμῳ καὶ γεωργουμένῃ*, comprobant Turneb. adv. 16, 9. et Schneider. ad Theophr. l. l. p. 504. — *vivaxque*, R. *vix quae*, Vd.

59. Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut 99
eius quam coronopum vocant. E diverso stat anchusa inficiendo ligno cerisque radicis aptae, stant e mitioribus anthemis et phyllanthes et anemone et aphace; caule foliato est crepis et lotos.

60. Differentia foliorum et hic quae et in arboribus bre- 100
vitate pediculi ac longitudine, angustiis ipsius foli, amplitudine, angulis, incisuris, odore, flore. Diuturnior hic quibusdam per partis florentibus, ut ocimo, heliotropio, aphacae, onochili. XVII. Multis inter haec aeterna folia sicut quibusdam arborum, in primisque heliotropio, adianto, polio.

61. Aliud rursus spicatarum genus, ex quo est cynops, 101
alopecuros, stelephuros, — quam quidam ortygem vocant, alii plantaginem, de qua plura dicemus inter medicas, — thryallis. Ex iis alopecuros spicam habet mollem et lanuginem densam, non dissimilem volpium caudis, unde ei et nomen; proxuma ei est et stelephuros, nisi quod illa particulatim floret. Cichorion et similia circa terram folia habent; germinant ab radice post vergilias.

§ 99. *corononum*, RV. Sumpta haec sunt ex Theophr. hist. plant. VII. 8, 3. — *E diverso*, codd. Gel. *Et diverso*, RVd. — *stat*, Gronov. *stant*, RVd (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *ancusa*, R. — *cerisque*, RVd (codd. Gel.) *ceterisque*, r. — *radicis aptae*, *stant e*, Gronov. *radicis apta est ante*, RV. *radicis apta et e*, d. *radice apta est ante*, $\vartheta\rho\varphi$. *radice apta et e*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *antemis*, R. — *phyllanthes*, codd. Gel. *phyllanthos*, RVd. — *aphace*, codd. Gel. *apace*, RVd. *apate*, Pint. — *foliato est*, Vd. *foliatae*, R. — *crepis*, RV. *et crepis*, Td$\beta\gamma$. V. Theophr. hist. plant. VII. 8, 5., ubi *πικρίς* coniiciunt, quod apud Plinium quoque reponere vult Gronov. — *lotos*, RVTd$\vartheta\rho\varphi$. *lothos*, δ. *apate*, β.

§ 100. *quae et*, R. *quae*, Vd$\beta\gamma$. Sumpta haec sunt ex Theophr. hist. plant. VII. 9, 1. — *angustis*, V. — *foliis*, RVd. — *angulis*, R. *iam vero angulis*, VTd. — *aphacae*, d. *apacae*, V. *apace*, T. *apache*, R. — *onochili*, Hard. *onochite*, θRV. *onechite*, Td. *onocichlae*, Barbar. β. — *adiantho*, β. — *polio*, Gronov. *pholia*, RVd. *folia*, T$\delta\vartheta\rho\varphi$. Om. β; at v. Theophr. hist. plant. VII. 10, 5.

§ 101. *cynops*, codd. Barbari. *stanipsa*, V. *stanypsa*, d. *stanypi*, R (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 912. a. B.) *stanopos*, altera manus Rigalt. *stantops*, meliores libri Salmas. — *stelephuros*, codd. Barbari. *stelephyros*, V. *stelepyros*, R. *stelephiros*, d. Ceterum haec sunt sumpta ex Theophr. hist. plant. VII. 7, 3. 11, 2. — *ortygem*, θRd. *ortygen*, VT. *ortyga*, β. — *dicemus*, v. ind. rerum s. v. *plantago*. — *thryallis*, Barbar. *phryallis*, V. *phriallis*, d. *priallis*, R. — *alepecuros*, V. *alepicuros*, d. — *similem*, d. — *ei et*, R. *et*, Vd. — *proxuma*, Rd. *proxime*, θV. — *ei est et*, ita nos scripsimus. *et est et*, R. *est et*, θVd. *est ei et*, $\beta\gamma$. — *stelephyrus*, V. *stelepyrus*, R. — *germinant*, K. *germinantibus*, RVd$\beta\gamma$, quod ob structuram nullo modo ferri potest. Illud, sive codicis alicuius scriptura sive librarii vel viri docti coniectura est, nititur verbis Theophrasti hist. plant. VII. 11, 3. *τὰ δὲ κιχωριώδη πάντα μὲν ἐπετειόφυλλα*

62. Perdicium et aliae gentes quam Aegyptii edunt; no- 102
men dedit avis id maxume eruens. Crassas plurumasque habet radices, item ornithogale caule tenero, candido, semipedali radice, bulbosa, molli, tribus aut quattuor agnatis; coquitur in pulte.

63. Mirum loton herbam et aegilopa non nisi post annum 103
e semine suo nasci; mira et anthemidis natura, quod a summo florere incipit, cum ceterae omnes quae particulatim florent ab ima sui parte incipiant.

64. Notabile et in lappa quae adhaerescit, quod in ipsa 104
flos nascitur non evidens sed intus occultus, et intra seminat velut animalia quae in se pariunt. Circa Opuntem est herba etiam homini dulcis, mirumque e folio eius radicem fieri ac sic eam nasci.

65. Iasione unum folium habet, sed ita inplicatum ut plura 105
videantur. Chondrylla amara est et acris in radice suci; amara et aphace et quae picris nominatur et ipsa toto anno florens; nomen ei amaritudo inposuit.

66. Notabilis et scillae crocique natura, quod, cum omnes 106
herbae folium primum emittant, mox in caulem rotundentur,

καὶ ῥιζόφυλλα, βλαστάνει δὲ μετὰ Πλειάδα, ubi scribendum *ἐπιγειόφυλλα*, cum ipse Theophrast. VII. 8, 3. dicat: *ἐπιγειόφυλλα μὲν κορωνόπους* —, *ἐπικαυλόφυλλα δὲ κρηπὶς* —, *ἀμφοτέρως δὲ τὸ κιχώριον*.

§ 102. *aliae gentes*, R (codd. Gel.) *aeliaegenes*, V. *heligenes*, T. *eligenes*, d. *Perdicio quam et Aeoliae gentes et Aegyptii*, K. — *Aegypti*, V. — *ornithogale*, Dioscor. 2, 173. — *tenero*, d. *tenedo*, R. *temero*, V. — *semipedatu*, Vd. *semipedata*, R.

§ 103. *Mirum* — *nasci*, om. d. V. Theophr. hist. plant. VII. 13, 5. — *lothon*, RV. — *aegilonpan*, RV. — *anthemidis*, Theophr. l. l. VII. 14, 2. — *florere*, R. *flore*, θV.

§ 104. *quae vestibus adhaerescit*, K. Sumpta haec ex Theophr. l. l. VII. 14, 3. — *quod*, V. *quoniam*, Rdβγ. — *nonne videns*, V. — *seminat*, θRVr. *semina*, Td. *se germinat*, β. *se semen dat*, Salmas. de hyle p. 79. b. E. — *intra se pariunt*, K. — *Circa*, RV. *Item circa*, β. Nihil horum legitur in Td. — *Opuntem*, R. *Opontem*, Vd. Omitt. Tr. *Opuntem Opuntia*, βγ. *φασὶ περὶ Ὀποῦντα ποάριον εἶναι, ὃ καὶ ἐσθίεσθαί τισιν ἡδύ*, Theophr. hist. plant. I. 7, 3. — *est*; pro h. v. habent *si* (i. e. *st*) RVd. — *hominis*, V. — *mirum*, V. — *sic*, Vd. *sim*, R. — *etiam*, T.

§ 105. *Iasione*, Theophr. hist. plant. I. 13, 2. *lasine*, Vd (codd. Salmas. de hyle p. 54. a. G.) *L. asine*, R. *Asine*, Gesner. hist. anim. 1, 629. *Iasine*, Salmas. — *Chondrylla*, Barbar. *Achendrylla*, R. *Achendylla*, Vd. *Condrylla*, β. V. ad § 89. — *acris* et *suci*, θRVTd. *acri* et *succo*, β. — *aphace*, Vd. *apace*, R. *apate*, Barbar. — *pigris*, d. — *inposuit*; huic voci e § 107. verba *Non dissimilis* — *aspera* annectenda censet Dalec.

§ 106. *scilae*, R. V. Theophr. hist. plant. VII. 13, 6. — *emittunt*, R. — *rotundentur*, RVd. *attollantur*, K[1]. *protrudantur*, K[2].

in iis caulis prior intellegitur quam folium; et in croco quidem flos inpellitur caule, in scilla vero caulis exit, deinde ex eo flos emergit; eademque ter floret, ut diximus, tria tempora arationum ostendens.

67. Bulborum generi quidam adnumerant et cypiri hoc 107
est gladioli radicem; dulcis ea est et quae decocta panem etiam gratiorem faciat ponderosioremque simul subacta. Non dissimilis est et quae thesion vocatur, gustu aspera.

68. Ceterae eiusdem generis folio differunt; asphodelus 108
oblongum et angustum habet, scilla latum et tractabile, gladiolus simile nomini. Asphodelus manditur et semine tosto et bulbo, sed hoc in cinere tosto, dein sale et oleo addito, praeterea tunso cum ficis, praecipua voluptate, ut videtur Hesiodo. Tradunt et ante portas villarum satum remedio esse contra veneficiorum noxiam. Asphodeli mentionem et 109
Homerus fecit; radix eius napis modicis similis est neque alia numerosior, LXXX simul acervatis saepe bulbis. Theophrastus et fere Graeci princepsque Pythagoras caulem eius cubitalem et saepe duum cubitorum, foliis porri silvestris, anthericum vocavere, radicem vero id est bulbos asphodelum; nostri illud albucum vocant et asphodelum hastulam regiam caulis acinosi ac duo genera faciunt. Albuco sca- 110
pus cubitalis, amplus, purus, levis, de quo Mago praecipit

proprior, RV. — *intelligitur*, RVd. *detegitur*, K[1]. *impellitur*, K[2]. — *deinde*, RV. *inde*, d. — *ex eo flos*, RVd. *flos ex eo*, $\beta\gamma$. — *diximus* 18, 244. — *arationum*, θRVTKd. *sationum*, β. V. Theophr. hist. plant. VII. 12, 1.

§ 107. *cypiri*, d. *cyperi*, V. *cypri*, R. V. Theophr. hist. plant. VII. 12, 3. — *Non dissimilis*, RVd. *Similis*, r. — *est et*, d. *et est*, RV. — *thesion*, codd. Barbari. *thesium*, RVd.

§ 108. *Ceterae*, R. *Cetera*, Vd. Haec sunt sumpta ex Theophr. l. l. VII. 13, 1. coll. Dioscor. 2, 199. — *Aspodelus*, R, etiam infra. — *nomine*, V. — *manditur et*, R. *manditur eo*, Vd. — *semine tosto*, RVTdr. *semine toto*, β. — *bulbos et*, Vd. — *tosto*, Rd. *toto*, V. — *salo*, R. — *tuso*, RV. *tosto*, d. — *Hesiodo* oper. et dier. 41. coll. Wyttenbach. ad Plutarch. moral. p. 157. E. et Caesare in diurn. antiq. 1838. no. 65. p. 531. — *Tradunt*, θVd. *Tradunt ut*, R. *Traditur*, $\beta\gamma$. — *veneficorum noxam*, Td.

§ 109. *Homeros*, R. V. Odyss. λ, 538. ω, 13. — *natis*, R. — *Theophrastus* hist. plant. VII. 13, 2. — *Pythagoras*, v. Lobeck. Aglaopham. p. 902. — *anthericum*, RVd. *anthericon*, $\beta\gamma$. — *asphodelum*, RVd. *asphodelon*, $\beta\gamma$. — *nostri* — *asphodelum*, om. R. — *vocant*, om. d. — *hastulam*, Scribon. Larg. comp. 154., Appul. medic. salut. 32. *assulam*, Vd. *assylam*, R. — *regiam caulis*, θRVTd. *regiam. Ea est et caulis*, β. *asphodelon. Hastula regia est caulis*, r. — *ac*, θRVTd. *eius*, β.

§ 110. *scapus*, RVTd. *est scapus*, $\beta\gamma$. — *cubitalis*, T. *cubitali*, RVd. — *am-*

exitu mensis Martii et initio Aprilis, cum floruerit, nondum semine eius intumescente, demetendum findendosque scapos et quarto die in solem proferendos, ita siccati manipulos faciendos. Idem pistanam dicit a Graecis vocari quam inter 111
ulvas sagittam appellamus; hanc ab idibus Maiis usque in finem Octobris mensis decorticari atque leni sole siccari iubet; idem et gladiolum alterum quem cypiron vocant, et ipsum palustrem, Iulio mense toto secari iubet ad radicem tertioque die in sole siccari donec candidus fiat, cotidie autem ante solem occidentem in tectum referri, quoniam palustribus desectis nocturni rores noceant.

XVIII. 69. Similia praecipit et de iunco quem mariscum 112
appellant ad texendas tegetes, et ipsum Iunio mense eximi ad Iulium medium praecipiens, cetera de siccando eadem quae de ulva suo loco diximus. Alterum genus iuncorum facit quod marinum et a Graecis oxyschoenon vocari invenio. Tria genera eius: acuti, sterilis quem marem et oxym Graeci vocant, reliqua feminini ferentis semen nigrum, quem melancranim appellant. Crassior hic et fruticosior, magisque 113
etiamnum tertius qui vocatur holoschoenus; ex his melancranis sine aliis generibus nascitur, oxys autem et holoschoenus eodem caespite. Utilissimus ad vitilia holoschoenos, quia mollis et carnosus est; fert fructum ovorum cohaerentium

plius, d. — *levis*, R. *levisque*, VTd. — *cum*, V. Omitt. Rd. — *et quarto*, Rd. *quarto*, V. — *siccati*, RVd. *siccatis*, $\beta\gamma$.

§ 111. *Idem*, RVTd. *Item*, β. — *pistana*, RV[2]. *tustana*, V[1]d. — *Maiis*, d. *magis*, R. *Maii*, V$\beta\gamma$. — *usque*, Vd. *que*, R. — *in*, RVd. *ad*, $\beta\gamma$. — *fine*, d. — *Octobri*, R. — *adque*, V[1]. — *quam*, d. — *cypiran*, V[1]d. — *toto*, RV (codd. Gel.) *tosto*, d. Om. r. — *die in*, R. *dein*, θVTd. — *siccari*, Rd (codd. Gel.) *secari*, V. — *fiat*, RV. *sit*, Td.

§ 112. *mariscum*, θRVTd. *mariscon*, β. — *appellant*, RV. *appellat*, dγ. — *ad Iulium*, RVd (codd. Gel.) *ante Iulium*, r. — *diximus*; nihil de ea re iam invenitur apud Plinium, cum quae huc refert Hard. 18, 260. minime huc quadrent. — *iuncum aquaticum faciunt, quod et a Graecis schoenon vocari invenio*, Dalec. — *acuti*, d. *acute*, RV. *acutae*, codd. Salmas. exerc. p. 186. a. A., qui *acuti et* legit. — *oxim*, V. *onxyn*, R. *oxyn*, d$\beta\gamma$. De terminatione *ym* per V confirmata v. ad 16, 30. — *melancranim*, Theophr. hist. plant. IV. 12, 3., unde haec omnia sunt petita. *melancrantam*, codd. Salmas. *melacrantam*, θV. *melacratam*, d. *melacranran*, R. *melancraniam*, Salmas. — *appellant*, θd. *vocant*, RV$\beta\gamma$.

§ 113. *magis*, R. *magis magisque*, θVTd. — *etiamnunc*, V[2]. — *oloschoenus*, V[2]. *holoscenus*, d. *olyscoenus*, V[1]. *holischoenus*, R. *holoschoenos*, $\beta\gamma$. — *melacranis*, R. — *sive*, V. — *oloschoenus*, V. *holoschenus*, R. *holoschoenos*, d$\beta\gamma$. — *Utilissimum*, d. — *holoschoenos*, Vd. *holoschoenus*, R.

modo. Nascitur autem et is quem marem appellavimus ex semet ipso, cacumine in terram defixo, melancranis autem suo semine. Alioqui omnium radices omnibus annis intermo- 114
riuntur. Usus ad nassas marinas, vitilium elegantiam, lucernarum lumina, praecipua medulla, amplitudine iuxta maritimas Alpis tanta ut inciso ventre inpleant paene unciarum latitudinem, in Aegypto vero cribrorum longitudinem non alias utiliorem. Quidam etiamnum unum genus faciunt iunci 115
trianguli, — cyperon vocant, — multi vero non discernunt a cypiro vicinitate nominis; nos distinguemus utrumque. Cypirus est gladiolus, ut diximus, radice bulbosa, laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo et postea in Phoenice. Cretico candor odorque vicinus nardo, Naxio acrior, Phoenicio exiguum spirans, nullus Aegyptio; nam et ibi nascitur. Discutit duritias corporum; iam remedia enim dicemus, quoniam et florum odorumque generi est magnus usus in medicina. Quod ad cypiron attinet, Apollodorum quidem sequar, qui 116
negabat bibendum, quamquam professus efficacissimum esse adversus calculos os eo fovet; feminis quidem abortus facere non dubitat mirumque tradit barbaros suffitum huius herbae excipientis ore lienes consumere et non egredi domibus nisi ab hoc suffitu, — vegetiores enim firmioresque sic etiam in diem fieri, — intertriginum et alarum vitiis perfrictionibusque cum oleo inlitum non dubie mederi.

autem, Rd. *et autem*, V. — *et is*, VTd. *et hiis*, R. *is*, $\beta\gamma$. — *appellavimus*, θRVTd. *appellamus*, β. — *in*, RV^{2}d. *et*, V^1.

§ 114. *Alioquin*, d. — *marinas nassas*, d. — *elegantiam*, d (codd. Gel.) *elegantium*, RV. *elegantium nexus*, K. — *praecipue*, K. — *impleat*, K. — *cribrorum*, R. *cimbrorum*, Vd. *cimbiorum*, Murbac. apud Cornar. ad Dioscor. 4, 42. — *aliis*, RVdγ. — *utiliores*, K.

§ 115. *etiamnunc*, V^2. V. Dioscor. 4, 20. — *vicinitatem*, RV. — *Cypirus*, R. *Cyperus*, θVd. V. Dioscor. 1, 4. — *diximus* § 107. — *Cretae*, d. — *postea in*, R. *postea*, Vd. — *nardio*, d. — *remedia enim*, RV. *enim remedia*, d$\beta\gamma$. — *dicimus*, V. — *quoniam et*, V. *et quoniam*, Rd. — *magnus*, omitt. Td.

§ 116. *cypiron*, Vd. *cyperon*, R. — *sequimur*, K. — *calculos os*, d. *cauculos os*, R. *calculosos*, Vβ. — *eo fovet*, Vd. *eos fovet*, R. *eo quidem foetas feminas abortivas fieri*, r. — *domibus*, Rd. *domi* [duae litterae erasae] *bus*, V. *omni die*, r. *die omni*, Hard. e codd. — *ad hoc suffito*, V. — *in diem*, ita nos scripsimus. *in die*, θV. *in dies*, Tdγ. Omitt. Rβ.

§ 117. *diximus* § 115. — *porraceis*, RV. *queraceis*, d. — *inter*, Vd. *inter est*, R. — *semen est*, RVd. *est semen*, $\beta\gamma$. — *Ammoniaco*, V. *Armenio*, K. — *Rhodia*, R. — *tertio*, R. — *Theraeo*, Salmas. exerc. p. 703. a. E. Confirmant VT. *Thereon*, d. *Thercon*, Thuan. et alii libri Salmas. *Thecreon*, Rigalt. *Thaechreon*, R. *Thracio*, β. — *Aegypti*, d. — *quod*, d. *que*, V. *q;*, R. *quae*, r. —

70. Cyperos iuncus est, qualiter diximus, angulosus, iuxta 117
terram candidus, cacumine niger pinguisque. Folia ima porraceis exiliora, in cacumine minuta, inter quae semen est; radix olivae nigrae similis, quam cum oblonga est cyperida vocant, magni in medicina usus. Laus cypero prima Hammoniaco, secunda Rhodio, tertia Theraeo, novissima Aegyptio, quod et confundit intellectum, quoniam et cypiros ibi nascitur; sed cypiros durissima vixque spirans, ceteris odor et ipsis nardum imitans. Est et per se Indica herba quae cypira vocatur, zingiberis effigie; conmanducata croci vim reddit. Cypero vis in medicina psilotri; inlinitur pterygiis 118
ulceribusque genitalium et quae in umore sunt omnibus, sicut oris ulceribus. Radix adversus serpentium ictus et scorpionum praesentis remedi est; volvas aperit pota; largiori tanta vis ut expellat eas; urinam ciet et calculos, ob id utilissima hydropicis; inlinitur et ulceribus quae serpunt, sed his praecipue quae in stomacho sunt, e vino vel aceto inlita.

71. Iunci radix in tribus heminis aquae decocta ad tertias 119
tussi medetur; semen tostum et in aqua potum sistit et alvom et feminarum menses, capitis dolores facit; vocatur holoschoenus; quae proxuma sunt radicis conmanducantur adversus araneorum morsus. Invenio etiamnum unum iunci

confundit, R. *confudit*, Vd. — *cypiros*, Vd. *cyperos*, R. — *cypiros*, codd. Hard. *cyperos*, RVdβ. — *sperans*, R. — *est ipsam*, K. Inest in his vv. corruptela, quae demonstrari quidem, at nunc certe sanari non potest. Quaenam enim sunt illa *cetera*, quae inepte dicuntur, cum certae alicuius plantae nomen exspectetur? Deinde *et ipsis* non minus offendit, quia nondum herbae sunt dictae, quae nardum spirent. Nam verba § 115. *odorque vicinus nardo* nemo huc retulerit. — *cypira*, θRVTd (Thuan. et optimi codd. Salmas.) *cyperis*, β. — *ginziberis*, V. *ingiberis*, R.

§ 118. *Cypero*, RV. *Cypirae*, Td. Om. r. — *illinitur*, Vd. *invenitur*, R. *Cyperus illinitur*, K. — *sterygis*, R. — *in umore*, Rd. *in tumore*, r. *in numero*, V. — *sic et oris*, r. — *serpentium ictus*, θVr. *serpentium cuius*, R. *serpentes*, Td. — *et*, θRVTdrδϑρφ. Om. β. — *scorpionum*, θRVrδϑρφ. *scorpionum ictus*, Td. — *praesentis*, Td. *praesenti*, RVrγ. *praesertim*, β. — *remedi*, R. *remedii*, T. *remedio*, Vdβγ. — *tota*, d. — *ut*, V (codd. Gel.) *ut et*, Td. Om. R. — *cauculos*, R. — *praecipua*, RVdr. — *que*, RV. — *e*, RVd. *ex*, βγ.

§ 119. *totum*, d. Ceterum v. Dioscor. 4, 52. — *sistit et*, R. *sistitit*, V. *sistit*, dβγ. — *alvum*, Vd. *in alvum*, R. — *capitis*, RVTd. *capitisque*, β. — *vocatur*, RV. *qui vocatur*, Tdγ. *At qui vocatur*, β. Nostrorum codicum scripturam confirmat Dioscorides. — *holoscenus*, T. *olyschoenus*, V. *olyscenus*, d. *oluscoenus*, R. — *quae*, RVTd. *eius quae*, βγ. *eius folia quae*, Cornar. ad Dioscor. — *radici*, Td.

genus quod euripicen vocant; huius semine somnum adlici, sed modum servandum ne sopor fiat.

72. Obiter et odorati iunci medicinae dicentur, quoniam 120
et in Syria Coele, ut suo loco retulimus, nascitur. Laudatissimus ex Nabataea cognomine teuchitis, proxumus Babylonius, pessimus ex Africa ac sine odore, est autem rotundus, vinosae mordacitatis ad linguam. Sincerus in confricando odorem rosae emittit, rubentibus fragmentis. Discutit inflationes, ob id stomacho utilis bilemque et sanguinem reicientibus; singultus sedat, ructus movet, urinam ciet, vesicae medetur. Ad muliebris usus decoquitur; opisthotonicis cum resina arida inponitur excalfactoria vi.

73. Rosa adstringit, refrigerat; usus eius dividitur in fo- 121
lia et flores et capita. Foliorum partes quae sunt candidae ungues vocantur. In flore aliud est semen, aliud capillus, in capite aliud cortex, aliud calyx. Folium siccatur aut tribus modis exprimitur: per se, cum ungues non detrahuntur, — ibi enim umoris plurumum, — aut cum detractis unguibus reliqua pars aut oleo aut vino maceratur in sole vasis vitreis. Quidam et salem admiscent, nonnulli 122
et anchusam aut aspalathum aut iuncum odoratum, quia talis maxume prodest volvae ac dysintericis. Exprimuntur eadem folia detractis unguibus trita per linteum spissum in

euripicen, Dioscorides. *tripicen*, d. *trepicen*, V. *trepicem*, R. *tropocen*, codd. Salmas. de hyle p. 122. a. F., qui *triten* legit. — *allicis. et*, V. *alioset*, R. *allici et*, d. — *modum servandum*, Vd. *in odum serunt dum*, R.

§ 120. *Obiter*, Pint. *Ob id*, RVd$\beta\gamma$. — *quoniam*; quae mira est illa argumentatio, Plinium ea de causa iunci odorati medicinas dicere, quoniam etiam in Coelesyria nascatur? Ex 12, 104., quo Plin. h. l. lectores suos relegat, fortasse *qui in India et in S. C.* legendum est. — *rettulimus*, R. — *teuchitis*, Dioscor. 1, 16. *theucitis*, Vd. *teuticis*, R. *teuchites*, $\beta\gamma$. — *bilemque*, VTd. *ibidemque*, R. — *et sanguinem*, Dioscorides. Omitt. RVTd. — *sedat*, d. *sedet*, R. *sed et*, V. — *muliebres*, V. *mulieres*, R. *mulierum*, d. — *excalfactoria vi*, ita nos scripsimus. *excalfactoria ut*, θRV. *excalfactoria. At*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 1, 109. *Excalfactoria et*, β ad sequentia referens. *excalfactoria*, Tdγ.

§ 121. *Rosa adstringit*, VTd. *ros abstringit*, R. *rosa uteros adstringit*, codd. Barbari, β. Ceterum v. Dioscor. 1, 130. — *et capita*, codd. Hard. *capita*, RV. *capitata*, d. *Capita*, β ad sequentia referens. — *partes quae sunt*, VTd. *partes quae*, Rγ. *partesque*, β.

§ 122. *salem*, VT. *sale*, R. *sal*, d. — *nonnulli et anchusam*, VTd. *et anchusam nonnulli*, R$\beta\gamma$. — *mullis*, R. — *haec*, RVd. *hoc*, $\beta\gamma$.

§ 123. *diximus* 14, 106. — *succi* omitt. Td. — *gingivis*, d. — *gargarizati*, Pint. *gargarizatis*, RVTd. *gargarizatus*, $\beta\gamma$. — *febri*, Rd. *febre*, V$\beta\gamma$. — *per se*, om. R. — *somnos*, Rd. *somnus*, V. *ad somnos*, $\beta\gamma$. — *utuntur*, R. —

aereum vas, lenique igni sucus coquitur, donec fiat crassitudo mellis; ad haec eligi oportet odoratissima quaeque folia.
XIX. Vinum quomodo fieret e rosa, diximus inter genera 123
vini. Usus suci ad auris, oris ulcera, gingivas, tonsillas, gargarizati stomachum, volvas, sedis vitia, capitis dolores, in febri per se vel cum aceto somnos, nausias. Folia uruntur in calliblepharum, et siccis femina adsperguntur; epiphoras quoque arida leniunt. Flos somnum facit, inhibet fluctiones mulierum, maxume albas, in posca potus et sanguinis exscreationes, stomachi quoque dolores, quantum in vini cyathis tribus. Semen his optumum crocinum nec anniculo vetustius 124
et in umbra siccatum; nigrum inutile. Dentium dolori inlinitur, urinam ciet, stomacho inponitur, item igni sacro non veteri; naribus subductum caput purgat. Capita pota ventrem et sanguinem sistunt. Ungues rosae epiphoris salubres sunt; ulcera enim oculorum rosa sordescunt praeterquam initiis epiphorae, ita ut arida cum pane inponatur. Folia quidem 125
intus stomachi rosionibus et vitiis ventris aut intestinorum utilissima et praecordiis, vel inlita; cibo quoque lapathi modo condiuntur. Cavendus in his situs celeriter insidens. Et aridis aut expressis aliquis usus; diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos, ita ut a balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur. Silvestris pilulae cum adipe ursino alopecias emendant.

calliblephara, K. — *femine*, d. *phemina*, V. *phaemina*, R. — *leniunt*, Vd. *liniunt*, T. *veniunt*, R. — *mulierum* — *exscreationes*, om. R. — *albus*, T. — *quantum*, Rd. *tantum*, θVT. Neutra scriptura aptum sensum praebet, cum mensura certe floris rosae mensurae ternorum cyathorum vini addenda esset. Iam cum saepius talia legamus apud Plinium, qualia sunt 20, 10. *quantum tres digiti adprehenderint*, 20, 162. *quantum adprehenderint tres digiti*, 20, 193. *quod ternis digitis prenderit seminis*, 20, 242. *quantum duobus digitis capiant*, coll. 20, 151. 193. 194. bis. 22, 64. 28, 91., paene necessario sequitur Plinium scripsisse *quantum tribus* (vel *duobus*) *digitis adprehenditur*, *in vini c. tr.* Interpolationi debetur *potus*, quod habet K.

§ 124. *Semen his*, d. *Seminis*, RVT. *Fructus his optimus crocinus* — *vetustior* — *siccatus*, Dalec. — *siccatum*, θVTKd. *siccatur*, Rβγ. — *cient*, RV². *ciunt*, V¹d. — *subditum*, Barbar. — *sunt*, R. Omitt. Vdβγ. — *rosa*, Vd. *rosa se rosa*, R. — *initis*, V. — *avida*, R.

§ 125. *intus*, RVd. *vitiis*, βγ. — *vitiis*; pro h. v. habent *intus* RVd. — *ventris aut*, Rd. *ventri aut*, V. *ventris et*, βγ. — *utilissima et praecordiis*, RVTd. *et praecordiis utilissima*, βγ. — *lappati*, V. *laphati*, R. — *insidens et ariditas*, r. — *aut expressis*, θRVd. *et expressis*, βγ. *At expressis*, r. — *diapasmata*, Dioscor. 1, 131. — *balneis*, d. — *pilulae*, θRVr. Omitt. dβ. — *alopecias*, VTd. *alopetas*, R. *alopecia*, θr. *alopecias mirifice*, βγ. — *emendant*, θVr. *emendat*, RTdβ.

74. Lili radices multis modis florem suum nobilitant con- 126
tra serpentium ictus ex vino potae et contra fungorum venena. Propter clavos pedum in vino decocuntur triduoque non solvontur; cum adipe aut oleo decoctae pilos quoque adustis reddunt. E mulso potae inutilem sanguinem cum alvo trahunt lienique et ruptis volsis prosunt et mensibus feminarum, in vino vero decoctae inpositaeque cum melle nervis praecisis medentur. Contra lichenas et lepras et fur-
fures in facie emendant, erugant corpora. Cum polio folia 127
in aceto cocta volneribus inponuntur, si testium, melius cum hyoscyamo et farina tritici. Semen inlinitur igni sacro, flos et folia ulcerum vetustati. Sucus qui flore expressus est ab aliis mel vocatur, ab aliis syrium, ad emolliendas volvas sudoresque faciendos et suppurationes concoquendas.

75. Narcissi duo genera in usum medici recipiunt, pur- 128
pureo flore et alterum herbaceum; hunc stomacho inutilem et ideo vomitorium alvosque solventem, nervis inimicum, caput gravantem et a narce narcissum dictum, non a fabuloso puero; utriusque radix mulsei saporis est. Ambustis prodest exi- 129
guo e melle; sic et volneribus et luxatis, panis vero cum melle et avenae farina; sic et infixa corpori extrahit. In polenta tritus oleoque contunsis medetur et lapide percussis; purgat volnera permixtus farinae, nigras vitiligines emacu-

§ 126. *radicem*, Vd. De re v. Dioscor. 3, 106. — *multis*, om. d. — *nobilitant*, θVTd. *nobilitate*, R. *nobilitavere*, βγ. — *potatae*, d. — *decoquuntur*, RV. *coquuntur*, T. *coquitur*, d. — *triduo quoque*, d. — *adipe*, RVd[2]. *adipe anserino*, Td[1]. — *adustis*, RV[2]. *adustos*, Td. *adustus*, V[1]. — *potatae*, d. — *et ruptis vulsis*, R (codd. Gel.) *et ulsis ruptis*, V[1]. *et vulsis ruptis*, d. *et vulvis ruptis*, V[2]. *ruptis et vulsis*, r. — *mensibus*, RVTd. *menstruis*, r (codd. Gel.) — *Contra lichenas*, θRVTd. *Lichenas*, βγ. — *et furfures*, RV. *furfures*, Td. — *erucant*, R.

§ 127. *Cum polio folia*, ita nos scripsimus. *Cum polio*, Gronov. *cum folia*, RVdδϑρφ. *Folia*, βγ. Uti Gronov. sagacissime *cum polio* coniecit, ita nomen *folia* omitti non potest, quia hucusque de radicibus sermo fuit. Inde transit ad semen, florem et succum. Id parum curans Gronov. *coctae* coniecit. — *si*, θRVTdδϑρφ. *epiphoris*, βγ. — *caestuum*, Gronov. — *melius*, θVTd. *mellis*, Rδϑρφ. *in melle*, β. — *Sucus qui*, d. *Sucusque*, RV. — *scireum*, Dalec. *phaselinum*, Cornar. ad Macrum f. 30. a. et ad Dioscor. 3, 104. — *emolliendas*, θRV. *emoliendas*, β. *molliendas*, d. — *suppirationes*, R. — *concoquendas*, θVTd. *coquendas*, Rβ.

§ 128. *usum*, θK. *usu*, VTdβγ. *visu*, R. De re v. Dioscor. 4, 158. — *medicinae*, Td. — *purpureo*, RVd. *unum purpureo*, βγ. — *herbaceo*, K probante Schneid. ad Theophr. hist. plant. VI. 6, 9. p. 517., qui tamen *croceo* verius esse dicit. — *erit ideo*, d. — *inamicum*, V. — *utriusque*, Vd. *verius*, R. — *radice diximus ei*, R.

lat. Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias, calefacienda quae alserint, auribus utilissimum; sed capitis dolores facit.

76. Violae silvestres et sativae. Purpureae refrigerant; con- 130
tra inflammationes inlinuntur stomacho ardenti; inponuntur et capiti in fronte, oculorum privatim epiphoris et sede procidente volvave et contra suppurationes; crapulam et gravedines capitis inpositis coronis olfactuque discutiunt, anginas ex aqua potae. Id quod purpureum est ex iis comitialibus medetur, maxume pueris, in aqua potum; semen violae scor-
pionibus adversatur. Contra flos albae suppurata aperit, ipsa 131
discutit; et alba autem et lutea extenuat menses, urinam ciet. Minor vis est recentibus, ideoque aridis post annum utendum. Lutea dimidio cyatho in aquae tribus menses trahit; radices eius cum aceto inlitae sedant lienem, item podagram, oculorum autem inflammationes cum murra et croco. Folia cum melle purgant capitis ulcera, cum cerato rimas sedis et quae in umidis sunt, ex aceto vero collectiones sanant.

77. Baccar in medicinae usu aliqui ex nostris perpressam 132
vocant. Auxiliatur contra serpentis, capitis dolores fervoresque, item epiphoras; inponitur mammis tumentibus a partu et aegilopiis incipientibus ignibusque sacris; odor somnum

§ 129. *exiguo e*, ita nos scripsimus. *exigue*, R. *exiguo*, VTd. *cum exiguo*, $\beta\gamma$. — *melle*; post h. v. ex inferiore loco hic collocavit verba *et avenae farina. Sic et infixa corpori extrahit in polenta* T infra omittens. — *sic et vulneribus* — *vero cum melle*, ad marginem habet d in ipsa oratione omittens. — *trita*, Dalec. — *contusis*, RV. *contusus*, Td. — *Ex*, Rd. *Et*, V. — *ad emolliendas duritias*, R. *eadam emolliendas duritias*, V. *ad easdem duritias emolliendas*, T. *ad easdem duritias molliendas*, d. — *et calefacienda*, Td. — *auribus*, RVTKd. *auribus est*, β. — *utilissimum*, θVTKd. *utilissima*, R. *utilissimus*, β. — *sed*, R. *sed et*, θVTdγ.

§ 130. *silvestres*, RVTd. *silvestres sunt*, β. De re v. Dioscor. 4, 120. — *stomacho ardenti; imponuntur*, om. d. — *privatim*, omitt. Td. — *procedente*, r. *sedi procidenti*, K. — *suppirationes*, R. — *olfactuque*, θVTd. *olfactoque*, R. *olfactuve*, β. — *potatae*, d. — *est ex*, R. *ex*, Vd$\beta\gamma$. — *his*, V.

§ 131. *ipsaque*, K. — *et alba autem*, v. Dioscor. 3, 128. — *extenuat*, d. *extenuant*, RV$\beta\gamma$. — *menses*, θVTd. *meses*, R. *menstrua*, $\beta\gamma$. — *urinam*, om. R. — *ciet*, R. *et*, Vd. *cient*, $\beta\gamma$. — *visa*, R. — *est*, omitt. Td. — *attritis*, r. — *aqua*, RVdr. — *trita*, r. — *meres*, R. — *sedeant*, R. — *vero*, R. *mero*, Vd.

§ 132. *Baccar*, RV. *Bacchar*, d$\beta\gamma$. De re v. Dioscor. 3, 44. — *perpressam*, θVd (Thuan. et meliores libri ap. Salmas. exerc. p. 752. a. G.) *perpresam*, T. *perpensam*, R (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 3, 43.) β. — *mammis*, T. *in mammis*, RVd. — *aegilopiis*, Murbac. *aegilopis*, RVd$\beta\gamma$. — *ignibusque*, RV. *ignibus*, d. *et ignibus*, $\beta\gamma$. *incipientibusque ignibus*, K.

gignit. Radicem decoctam bibere spasticis, eversis, convolsis, suspiriosis salutare est. In tussi vetere radices eius tres 133
quattuorve decocuntur ad tertias partis; haec potio mulieres ex abortu purgat, laterum punctiones tollit et vesicae calculos. Tunditur et in diapasmata; vestibus odoris gratia inseritur. Combretum quod simile ei diximus tritum cum axungia volnera mire sanat.

78. Asarum iocinerum vitiis salutare esse traditur uncia 134
sumptum in hemina mulsi mixti; alvom purgat ellebori modo, hydropicis prodest et praecordiis volvisque ac morbo regio. In mustum si addatur, facit vinum urinis ciendis. Effoditur cum folia emittit, siccatur in umbra; situm celerrime sentit.

XX. 79. Et quoniam quidam, ut diximus, nardum rusti- 135
cum nominavere radicem baccaris, contexemus et Gallici nardi remedia in hunc locum dilata in peregrinis arboribus. Ergo adversus serpentis duabus drachmis in vino succurrit, inflationibus coli vel ex aqua vel ex vino, item iocineris et renium subfusisque felle, et hydropicis per se vel cum apsinthio; sistit purgationum mulierum inpetus.

80. Eius vero quod phu eodem loco appellavimus radix 136
datur potui trita vel decocta ad strangulatus vel pectoris dolores vel laterum quoque; menses ciet; bibitur cum vino.

ever, R.

§ 133. *In tussi vetere*, RVd. *Item si vetere vino*, r. — *radices*, r (tres codd. Hard.) *radicem*, R. *rami*, θVTd. — *decoquantur ad tert. partes, haec*, r. — *haec quoque potio*, Murbac. — *a partu*, K. — *punctiones*, Rd. *puntiones*, V. *compunctiones*, r (Murbac.) — *et vesicae*, Vd. *vesicae*, R. — *calculos*, d. *calculos tollit*, RV. — *Tunditur*, RVr (Rigalt. et Thuan. apud Salmas., Murbac.) *Tonditur*, d. *Conditur*, β. — *et in diapasmata*, codd. Hard. *in diapasmata*, K (Murbac.) *cum diaprasmata*, R. *cum diligentia paemata*, V (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 752. a. E.) *cum diligentia pemata*, d. *cum diaprasmate*, Rigalt. *cum diapasmate*, rβ. *utiliter ad diapasmata*, Salmas. Praepositio *cum* ostendit locum, uti vulgo legitur, non sanum esse; et si quid video, Plin. *cum oleo ad diapasmata* scripsit. — *et vestibus*, Murbac. — *diximus* § 30.

§ 134. *Asarum*, R. *Anserum*, Vd. De re v. Dioscor. 1, 9. — *esse*, RV. *est. Et*, d. — *uncia*, d. *ungia*, V[1]. *axungia*, RV[2]. — *sumpta*, θRVd. — *emittit*, R. *mittit*, Vdr. — *siccatur et foditur*, RV[2]. *siccatur effoditur*, V[1]d[2]. *siccatur effunditur*, d[1]. — *umbris*, R.

§ 135. *diximus* § 29. — *Galli*, d. — *dilata*, dr (codd. Barbari). *delata*, R. *deluta*, V. — *in peregrinis*, RVd (codd. Barbari). *cum disputaremus de peregrinis*, r. Vid. 12, 45. 46. — *Ergo adversus*, Dioscor. 1, 7. — *inflationibus*, θVTd. *inflammationibus*, Rβγ. — *colli*, d. — *renium*, d. *renum*, RVβγ. — *felle*, Vd. Om. R. *felle et hydropicis. Per se vel cum absinthio*, r. — *purgationem*, V[2]. — *mulierum*, RV[2]d. *muliebrum*, V[1]. *muliebrium*, θK.

81. Crocum melle non solvitur nulloque dulci, facillime 137
autem vino aut aqua, utilissimum in medicina. Adservatur cornea pyxide. Discutit inflammationes omnis quidem sed oculorum maxume ex ovo, in volvarum quoque strangulatus, stomachi exulcerationes, pectoris et renium, iocinerum, pulmonum vesicarumque, peculiariter inflammationi earum vehementer utile, item tussi et pleuriticis. Tollit et pruritus, 138
urinas ciet. Qui crocum prius biberunt crapulam non sentiunt, ebrietati resistent. Coronae quoque ex eo mulcent ebrietatem. Somnum facit, caput leniter movet, venerem stimulat. Flos eius igni sacro inlinitur cum creta Cimolia. Ipsum plurumis medicaminibus miscetur.

82. Collyrio uni etiam nomen dedit. Faex quoque expressi 139
unguento crocino quod crocomagma appellant habet suas utilitates contra subfusiones oculorum, urinas. Magis excalfacit quam crocum ipsum; optumum quod gustatu salivam dentisque inficit.

83. Iris rufa melior quam candida. Infantibus eam circum- 140
ligari salutare est, dentientibus praecipue et tussientibus taeniarumve vitio laborantibus instillari. Ceteri effectus eius non multum a melle differunt. Ulcera purgat capitis, praecipue suppurationes veteres; alvom solvit duabus drachmis cum melle, tussim, tormina, inflationes pota, lienes ex aceto.

§ 136. *phu*, codd. Gel. *phun*, RV. *phym*, d. Illa scriptura *phun* confirmari videtur per scripturas codicum 12, 45. et in ind. h. l. not. 114. — *eodem loco* 12, 45. Add. Dioscor. 1, 10. — *strangulatus*, Gronov. d. *strangularis*, RV. *strangulares*, $\delta\vartheta\rho\varphi$. *strangulationes*, β. — *quoque menses*, Vd. *quoque meses*, R. *Menses quoque*, $\beta\gamma$.

§ 137. *non*, RV. *nos*, d. Ceterum v. Dioscor. 1, 25. — *in vulvarum*, θRVd. *illitum. Vulvarum*, $\beta\gamma$. — *strangulatus*, Vd. *strangulatis*, R. *strangulationes*, T. — *renium*, RVd. *renum*, $\beta\gamma$. — *iocineris*, d. — *pleureticis*, Vd.

§ 138. *urinas*, θRVTd. *urinam*, β. — *biberunt*, R. *biberint*, Vd$\beta\gamma$. — *sentiunt*, R. *sentient*, VTdγ. — *ebrietati*, RVTd$\delta\vartheta\rho\varphi$. *ebrietati eo*, β. — *resistent*, RVTd. *resistunt*, β.

§ 139. *uni*, Vd (codd. Gel.) *vini*, R. De re v. Dioscor. 1, 26. — *Faex*, θVTd. *Ex*, R (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 76. a. F.) *Ex eo*, β. *Est*, r. — *expressi*, θRVT (Rigalt.) *expressit*, d. *expresso*, β. *fit expresso*, K. *vis expressi unguenti crocini quod*, r. — *crocomagma*, V^2. *crocomagna*, V^1d. *crocomagno*, R. — *urinas. Magis*, RVd. *urinas ciet. Magis*, K. *Urinas magis*, β. — *excalefacit*, d. — *gustatu*, θRVd. *gustatum*, β. — *inficit*; huic voci praemittunt *magis* VTd, *maxime* R.

§ 140. *Irinis*, R. De re v. Dioscor. 1, 1. — *dentientibus*, Rd (codd. Gel.) *dentibus*, θVT. — *praecipua*, R. — *taeniarumve*, Dalec. R. *tinearumve*, $\beta\gamma$. Hanc vocem cum duabus sequentibus omittunt VTd. — *et suppurationes*, K.

*

Contra serpentium et araneorum morsus ex posca valet, 141
contra scorpiones duarum drachmarum pondere in pane vel aqua sumitur, contra canum morsus ex oleo inponitur et contra perfrictiones; sic et nervorum doloribus, lumbis vero et coxendicibus cum resina inlinitur. Vis ei concalfactoria. Naribus subducta sternumenta movet caputque purgat; do- 142
lori capitis cum cotoneis malis aut strutheis inlinitur; crapulas quoque et orthopnoeas discutit; vomitiones ciet duobus obolis sumpta; ossa fracta extrahit inposita cum melle. Ad paronychia farina eius utuntur, in vino ad clavos et verrucas, triduoque non solvitur. Halitus oris conmanducata abolet alarumque vitia; suco duritias omnis emollit. Somnum con- 143
ciliat, sed genituram consumit; sedis rimas et condylomata omniaque in corpore excrescentia sanat. Sunt qui silvestrem xyrim vocent. Strumas haec vel panos vel inguina discutit. Praecipitur ut sinistra manu ad hos usus eruatur colligentesque dicant cuius hominis vitique causa eximant. Scelus her- 144
bariorum aperietur in hac mentione: partem eius servant et quarundam aliarum herbarum, sicuti plantaginis, et si parum mercedis tulisse se arbitrantur rursusque opus quaerunt, partem eam quam servavere eodem loco infodiunt, credo, ut

§ 141. *canis*, d. — *ex oleo*, om. d[1]. — *concalfactoria*, RV. *concalefactoria*, d. *calfactoria*, r.

§ 142. *sternumenta*, R. *sternutamenta*, Vd$\beta\gamma$. — *struteis*, V. — *orthopnoios*, d. — *facta*, V. — *imposito*, d. — *paronychia*, RVd. *paronychias*, $\beta\gamma$. — *in vino*, R. *teruntur in vino*, θVTd. *cum vino*, $\beta\gamma$. — *et*, RTd. *vel*, V$\beta\gamma$. — *solvit*, RVd.

§ 143. *Somnium*, V. — *xyrim*, Vd. *syrin*, R. *xyrin*, $\beta\gamma$. — *vel panos*, Rd. *panos*, V. — *manu*, RVdr. *manu lecta*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 20. β. Nihil horum habet T. — *eruatur*, T. *seruatur*, RV[1]d. *servetur*, V[2]r (Murbac.) — *colligentesque*, RV (Murbac.) *ut colligentes*, Td. — *vitiique*, Murbac. *utique*, RVd$\beta\gamma$.

§ 144. *aperietur*, θTdr. *aperitur*, RVβ. — *in hac*, Rd. *et in hac*, VT. — *partem*, R (codd. Gel.) *partes*, θVd. — *sicuti*, RV. *sicut*, d (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *arbitrabantur*, R. — *rursusque opus quaerunt*, RVd (codd. Gel.) *rursus ut plus opum acquirant*, r. — *eodem*, R (codd. Gel.) *eidem*, Vd. — *sanaverint*, RV (codd. Gel.) *rebellaverint*, Td. *debellaverint*, Pint.

§ 145. *Pollio*, RVd. Haec sunt sumpta ex Theophr. hist. plant. IX. 19, 2., qui plantam τριπόλιον dicit. Add. Dioscor. 3, 114. — *dignationis*, RVTd. *dignationis gratia*, β. — *polium*, θTdr. *pollum*, RV. — *tractari coli*, θRVTdr. *tractare colere*, β. — *contra venena haberi*, VTd. Omitt. R$\beta\gamma$. — *substerni uri*, Td. *substernituri*, R (Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 752. a. C.) *substerni et uri*, V. *substerni*, r. *substernitur*, β. *suffiri*, Salmas. — *portari*, V. *portam*, R. *potari*, Tdγ. *vel potari*, r. *vel portatur*, β. — *in vino*, VTd. *medici in vino*, Rβ. Substantivum *medici* huc ex inferiore loco casu migravit hucque translatum occasionem interpolationum *decoquunt* et *illinunt* dedit; at praemittendum est

vitia quae sanaverint faciant rebellare. Saliuncae radix in vino decocta sistit vomitiones, conroborat stomachum.

84. Polio Musaeus et Hesiodus perungui iubent dignatio- 145
nis gloriaeque avidos; polium tractari, coli, polium contra venena haberi, contra serpentis substerni, uri, portari, in vino decoqui recens vel aridum inlinique. Medici vel splenicis propinant ex aceto, morbo regio in vino, et hydropicis incipientibus in vino decoctum; volneribus quoque sic inlinunt. Secundas mulierum partusque emortuos pellit, item 146
dolores corporis; vesicas inanit, epiphoris inlinitur. Nec magis alia herba convenit medicamento quod alexipharmacon vocant; stomacho tamen inutile esse caputque eo inpleri et abortum fieri poto aliqui negant. Et religionem addunt, ubi 147
inventum sit, protinus adalligandum contra oculorum subfusiones cavendumque ne terram attingat. Hi et folia eius thymo similia tradunt, nisi quod molliora sunt et lanatiore canitie. Cum ruta silvestri et si teratur ex aqua caelesti aspidas mitigare dicitur, et non secus atque cyanus adstringit et cohibet volnera prohibetque serpere.

85. Holochrysos medetur stranguriae in vino et oculorum 148
epiphoris inlita, cum faece vero vini cremata et polenta lichenas emendat. Chrysocomes radix calefacit et adstringit;

vocibus *vel* (i. e. *adeo*) *splenicis propinant*, ut auctoritas medicorum opponatur Musaeo et Hesiodo. Hucusque tripolium laudatum fuerat ut contra serpentes efficax; iam sequuntur alia medicorum remedia ex eo sumpta. — *decoqui*, RTd. *de quo qui*, V. *decoquunt*, *β*. — *illinique*, RVTd. *illinuntque*, *β*. — *Medici*; hoc nos inseruimus coll. adnotatione superiore. Omitt. RVd*βγ*. — *vel*, RVd. Om. *γ*. — *splenicis*, R. *spleneticis*, Vd*β*. — *ex*, Rd. *et*, V. — *sic*, om. r.

§ 146. *et mortuos*, R. *mortuos*, *θ*Vd. — *pellit*, *θ*Vd. *pelit*, T. *sepellit*, R. *expellit*, K. *repellit*, *β*. — *inanit*, d. *inani*, R. *aniant*, V[1]. *an*, V[2]. — *epiphoris*, Td. *et epiphoris*, RV*βγ*. At copulam deberi interpolationi docet proxima scripturae varietas. — *advexipharmacon*, d. — *puto*, V. — *negat*, R. Ceterum in his vv. corruptela latet. Nam cum Plin. modo dixisset polio nullam aliam herbam magis convenire ad alexipharmacon, ineptissime additur aliquos tamen *negare* eandem plantam inutilem esse stomacho et caput implere et abortum facere; exspectatur potius *aiunt*. Hinc nonnulla verba excidisse et Plinium fere scripsisse puto: *fieri poto aliqui aiunt, quod alii negant*. Similitudo vocum *aliqui* et *alii* lacunam facile efficere potuit.

§ 147. *Et*, *θ*VTd. *Ad*, R*βγ*. — *regionem*, d. — *adalligandum*, Rd. *alligandum*, *θ*VT. — *attingant*, RVTd. — *eius*, om. d. — *simili*, R. — *lanatiora*, d. — *et si*, RV. *si*, Td. — *ut non*, RVd. — *atque*, d. *aque*, R. *aqua*, V. — *cyanus*, RVd. *cytinus*, Barbar. *β*. — *prohibetque*, Vd. *cohibetque*, R.

§ 148. *Holochryso*, d. *Olochrysos*, RV. — *in vino*, RVd. *in vino pota*, *βγ*. — *inlitū*, d. *inlitus*, R. *inlitum*, V. — *emendant*, V. — *Chrysocomes*, Dioscor. 4, 55. — *adstringit*, RVTKd. *stringit*, *βγ*.

datur potui ad iocinerum vitia, item pulmonum, volvae dolores in aqua mulsa decocta; ciet menstrua et, si cruda detur, hydropicorum aquam.

86. Melissophyllo sive melittaena si perunguantur alvi, non 149
fugient apes; nullo enim magis flore gaudent. Scopis eius examina facillime continentur. Idem praesentissimum est contra ictus earum vesparumque et similium, sicut araneorum, item scorpionum; item contra volvarum strangulationes addito nitro, contra tormina e vino. Folia eius strumis inli- 150
nuntur et sedis vitiis cum sale; decoctae sucus feminas purgat et inflammationes discutit et ulcera sanat; articularios morbos sedat canisque morsus, prodest dysintericis veteribus et coeliacis, orthopnoicis, lienibus, ulceribus thoracis. Caligines oculorum suco cum melle inungui eximium habetur.

87. Contra melilotos quoque oculis medetur cum luteo ovi 151
aut lini semine; maxillarum quoque dolores lenit et capitis cum rosaceo, item aurium e passo quaeque in manibus intumescant vel erumpant, stomachi dolores in vino decocta vel cruda tritaque. Idem effectus et ad volvas; testis vero et sedem prociduam quaeque et alia ibi sint vitia recens ex aqua decocta vel ex passo. Adiecto rosaceo inlinitur ad carcinomata. Defervescit in vino dulci, peculiariter et contra meliceridas efficax.

decocta; ciet, V d. *decoctae*, R.

§ 149. *Melissophyllo*, V. De re v. Dioscor. 3, 108. — *melittaena*, θ d. *melitena*, V T. *melitiae*, R. *melittide*, β. — *alvi*, R T d. *alvaria*, Divion. ap. Gud. ad Phaedr. III. 13, 9. *alvearia*, V (quamquam Gronov. ad 21, 12. *alvi* legi testatur) βγ. — *fugient*, V. *fugiant*, R. *effugient*, d. — *vagis*, R. — *flore gaudent*, R V d. *gaudent flore*, βγ. — *Scopis*, θ V T d. *topi*, R. *Copia*, βγ. *Succo*, Schneider. ad Columell. IX. 9, 13. — *eius*, θ T d. *istius*, R V βγ. — *examina facillime continentur*, R V. *facillime continentur examina*, T d. — *eorum*, R. — *et similium sicut*, R V T d. *et*, β. — *addita*, V[1] d. — *tormina e*; pro his vv. habent *tormine* R V[1], *tormina* V[2] d.

§ 150. *sediis*, R. — *sale; decoctae*, θ R V T d. *sale decocta*, β. — *inflammationes*, θ V. *insufflationes*, R. *inflationes*, d β. — *orthopnoicis*, R V d. *et orthopnoicis*, βγ.

§ 151. *Contra*, R V. Omitt. d βγ. De ipsa planta v. Dioscor. 3, 41. — *luteo ovi*, θ T d[2] (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 3, 40.) *luteo cui*, d[1] (atque ita habuisse videtur etiam V a m. pr.) *luteo cum*, R V. *lacte*, β. — *aut*, T. *autem*, R V d. *aut cum*, β. Ex vestigiis optimorum codd. totus locus ita scribendus est: *Contra melilotos quoque oculis medetur, cum luteo ovi autem aut lini semine*; Plin. usum meliloti a melissophyllo ea de causa tam accurate discernit, quia hanc plantam cum melle, illam vero cum luteo ovi aut lini semine oculis mederi tradit. — *aurium e passo*, V. *aurium e passio*, R. *e passo aurium*, d. —

XXI. 88. Trifolium scio credi praevalere contra serpen- 152
tium et scorpionum ictus ex vino aut posca, seminis granis viginti potis, vel foliis et tota herba decocta, serpentisque numquam in trifolio adspici, praeterea a celebratis auctoribus contra omnia venena pro antidoto sufficere xxv grana eius quod minyanthes ex eo appellavimus tradi, multa alia praeterea in remediis eius adscribi. Sed me contra senten- 153
tias eorum gravissimi viri auctoritas movet; Sophocles enim poeta venenatum id dicit; Simus quoque ex medicis decocti aut contriti sucum infusum corpori easdem uredines facere quas si percussis a serpente inponatur. Ergo non aliter utendum eo quam contra venena censuerim; fortassis enim et his venenis inter se contraria sit natura sicut multis aliis. Item animo adverto semen eius cuius minuma sint folia utile esse ad custodiendam mulierum cutis gratiam in facie inlitum.

89. Thymum colligi oportet in flore et in umbra siccari. 154
Duo autem sunt genera eius: candidum radice lignosa, in collibus nascens, quod et praefertur, alterum nigrius florisque nigri. Utraque oculorum claritati multum conferre existumantur et in cibo et in medicamentis, item diutinae tussi,

intumescant, θRVTd. *intumescunt*, β. — *erumpant*, RVT. *rumpant*, θd. *erumpunt*, β. — *tritaque*, R. *vel trita quae*, V. *vel trita*, Td. — *Eidem*, V. — *et ad*, RVd. *est ad*, K. — *et alia*, VTd. Omitt. Rβγ. — *ibi sint vitia*, RV. *ibis instituit*, d. — *recentem*, RVd. *Recenti*, r. — *decoctam*, V. — *passo, adiecto rosaceo, illinuntur carcinomata*, r. Qui hanc periodum paulo accuratius intuetur, eam omni structura destitui videbit, cum accusativi *testis* et *sedem prociduam* non habeant, unde pendeant. Hinc legendum: *ad testis vero et sedem prociduam — recens ex aqua decoctae vel ex passo*, ut et verba *ad testis* et genetivus *decoctae* a substantivo *effectus* pendeant. — *dulci*, R. Omitt. Vd.

§ 152. *et scorpionum ictus*, RVTd. *ictus et scorpionum*, βγ. — *granis*, R. *grana*, Vd. — *tota herba decocta*, d. *totam herbam decoctam*, RV. — *a celebratis*, VTKd. *celebratis*, Rβγ. — *XXV*, RV. *XXXV*, θTd. — *quod*, om. R. — *minyantes*, R. *miniathes*, V. *menianthes*, K. — *ex eo*, om. K. — *appellavimus* § 54. — *tradi*, Barbar. *tradidi*, Rd. *tradidit*, V. — *in remediis*, RV. *inter///mediis*, d. — *eius*, Rd. *et his*, V.

§ 153. *auctoritate*, R. — *postea*, R. — *Simos*, Rd. *issimos*, V. — *ex medicis*, Rr. *e medicis*, Vγ. *medicis*, θ. *medicus*, dβ. — *decocti aut*, d. *decocta ut*, V. *decocū aut*, R. — *corporis*, R. — *aegritudines*, r. — *quas si*; pro his vv. habent *quasi* RVd. — *Ego*, T. — *vena*, R. — *censuerim*, Vd. *censuenum*, R. *censuerunt*, r. — *animo adverto*, ita nos scripsimus. *anima adverto*, R. *animadverto*, βγ. V. ind. rerum et verborum s. v. *adverto*. — *utilem*, RV. — *mulierem*, Vd. — *gratia*, R. — *in*, om. V.

§ 154. *florisque*, R. *floresque*, Vd. Ceterum v. Dioscor. 3, 38. — *diutina*, K.

in ecligmate facilis exscreationes facere cum aceto et sale, sanguinem concrescere non pati e melle, longas faucium destillationes extra inlita cum sinapi extenuare, item stomachi et ventris vitia. Modice his tamen utendum est, quon- 155
iam excalfaciunt qua vi sistunt alvom, quae si exulcerata sit, denari pondus in sextarium aceti et mellis addi oportet; item si lateris dolor sit aut inter scapulas aut in thorace. Praecordiis medentur ex aceto cum melle, quae potio datur et in alienatione mentis ac melancholicis. Datur et comitia- 156
libus quos conreptos olfactum excitat thymum; aiunt et dormire eos oportere in molli thymo. Prodest et orthopnoicis et anhelationi mulierumque mensibus retardatis vel si emortui sint in utero partus decoctum in aqua ad tertias, et viris vero contra inflationes cum melle et aceto et si venter turgueat testesque aut si vesicae dolor exigat. E vino tumores 157
et inpetus inpositum tollit, item cum aceto callum et verrucas; coxendicibus inponitur cum vino, articulariis morbis et luxatis tritum ae lanae inspersum ex oleo, ambustis cum adipe suillo. Dant et potionem articulariis novis trium obolorum pondere in tribus cyathis aceti et mellis, et in fastidio tritum cum sale.

90. Hemerocalles pallidum e viridi et molle folium habet, 158

in, K. Omitt. RVd. — *eligmate*, RVd. — *facere. Cum aceto et sale sang. concr. non patitur. Et melle* — *extenuat*, K. — *cum aceto* — *concrescere*, om. d. — *destillationes*, RV. *distillationes*, d$\beta\gamma$. — *extenuare*, R. *extenuari*, Vd.

§ 155. *Modice his*; pro his vv. habent *Modicis* RVd. — *quoniam*, Vd. *condilonam*, R. — *excalefaciunt*, d. — *qua vi sistunt*, Td. *quavisistunt*, R. *quamvis sistunt*, V$\beta\gamma$. — *sint*, RVd. — *denari*, R. *denario*, V. *denarii*, d$\beta\gamma$. — *sestarium*, R. — *aceti*, Vd. *ace*, R. — *oporteat*, RV. — *lateris*, θRVTd. *lateralis*, β. — *alienatione*, Rd. *elationem*, VT.

§ 156. *olfactum*, ita nos scripsimus. *olfactu*, V[2]. *olfacto*, V[1]. *olfactus*, Rd$\beta\gamma$. — *excita*, R. — *thymum*, R. *thymo*, Vd. *thymi*, $\beta\gamma$. — *aiunt* — *thymo*, om. d. — *anhelationis*, R. *anhelatoriis*, VT. *anhelatoribus*, Pint. γ. De d non liquet. — *ad tertias*, Vd. *attentias*, R. — *et*, om. r. — *viri*, R. — *inflammationes*, d[1]. — *turgeat*, RV. *urgueat*, θd. *tumeat*, K. — *testesque*, RVd. *testesve*, β. — *aut si*, θRVTd. *aut*, β.

§ 157. *E vino*, RVTd. *Et vino*, β. — *impositum tollit*, RVd. *tollit impositum*, $\beta\gamma$. — *item* — *verrucas*, omitt. codd. Barbari. — *cum vino*, θVTd. *cum*, R. Omitt. codd. Gel. β. — *articulariis*, dϑ. *articularis*, RV. *et articulariis*, T. *et articularibus*, codd. Gel. β. — *morbus*, R. — *ambustis cum adipe suillo*, θVTd. Omitt. R$\beta\gamma$. — *articulariis*, d. *articularis*, RV. *articularibus*, β. — *novis*, Gronov. *bonis*, RVd. *morbis*, $\beta\gamma$. — *cyathis aceti*, VTd. *quiatis aceti*, R. *aceti cyathis*, K. *aceti*, $\beta\gamma$. — *et in*, R. *in*, Vd.

§ 158. *Phemerocalles*, RVd. At v. Dioscor. 3, 127. — *e viridi*, RVd. *et viride*, T. — *habet folium*, d. — *radice*, Rr. *ex radice*, T. *nec radice*, Vd. —

radice odorata bulbosa quae cum melle inposita ventri aquas pellit et sanguinem etiam inutilem. Folia epiphoris oculorum mammarumque post partum doloribus inlinuntur.

91. Helenium ab Helena, ut diximus, natum favere cre- 159
ditur formae, cutem mulierum in facie reliquoque corpore nutrire incorruptam; praeterea putant usu eius quandam vitae gratiam iis veneremque conciliari. Attribuunt et hilaritatis effectum eidem potae in vino eumque quem habuerit nepenthes illud praedicatum ab Homero, quo tristitia omnis aboleretur; est autem suci praedulcis. Prodest et orthopnoicis radix eius in aqua ieiunis pota; est autem cándida intus et dulcis. Bibitur et contra serpentium ictus ex vino; muris quoque contrita dicitur necare.

92. Habrotonum duorum traditur generum, campestre ac 160
montanum; hoc feminam, illud marem intellegi volunt. Amaritudo apsinthi in utroque. Siculum laudatissimum, dein Galaticum. Usus et foliis, sed maior semini ad excalfaciendum; ideo nervis utile, tussi, orthopnoeae, convolsis, ruptis, lumbis, urinae angustiis. Datur bibendum manualibus fasciculis 161
decoctis ad tertias partis; ex his quaternis cyathis bibitur. Datur et semen tunsum in aqua drachmae pondere. Prodest et volvae; concoquit panos cum farina hordeacia et oculo-

odoratam, r. — *bulbosa quae*; ita nos scripsimus. *quae bulbosa*, RVd. *atque bulbosa quae*, *βγ*. *atque bulbosam quae*, r. Transpositio illarum vocum in archetypo casu facta interpolationes vulgatas effecit. — *aquas*, *θ*VTd. *aqua*, R. *aquam*, *β*. — *inugilem*, R. — *doloribus*, V. Omitt. Rd.

§ 159. *Hebenium*, R. — *Helena*, Vd. *eleria*, R. *Helenae ut diximus lacrimis*, K. — *diximus* § 59. — *reliquoque*, R. *reliquo quoque*, Vd. — *vitae*, Gronov. miscell. p. 853. *tam*, R. *ita*, *θ*VTd. Omitt. codd. Gel. *βγ*. — *his*, *θ*. — *eum quemque*, d. — *habuerint*, V. — *nephentes*, RV. — *illum*, Vd. — *praecidatum*, V. — *Homero* Odyss. *δ*, 221. — *quo*, RK[1]. *quod*, Vd*β*. *quod eo*, K[2]. — *aboleretur*, Td. *aboletur*, V. *aboletus*, R. *aboleatur*, *βγ*. — *orthopnoicis*, Dioscor. 1, 27. — *radix*, Vd. *traditio*, R. — *pota; est*, Vd. *potest*, R. — *candida*, d. *candidus*, RV.

§ 160. *intelligi volunt*, V. *intelligi nolumus*, R. *intelligentibus volunt*, Td. *intelligi volumus*, *βγ*. *intelligi auctores volunt*, Pint. De ipsa planta v. Dioscor. 3, 26. — *Usus et*, RVTd. *Usus est et*, *β*. — *ad excalfaciendum*, V. *ad excalefaciendum*, d. *adest calfaciendum*, R. — *orthopnoeae*, Gronov. d. *orthopnoe*, R. *orthopnoene*, V. — *convulsis ruptis*; pro his vv. habet *vulfis corruptis* R, *vulsis corruptis* V, *vulsis ruptis* d.

§ 161. *bibitur*, R. *bibuntur*, Vd. — *vulsae*, R. — *conquoquit*, V. — *pani*, R. — *ordeacea*, V.

rum inflammationi inlinitur cotoneo malo concocto. Serpentis 162
fugat; contra ictus earum bibitur cum vino inliniturque, efficacissimum contra ea quorum veneno tremores et frigus accidunt, ut scorpionum et phalangiorum; et contra venena alia pota prodest et quoquo modo algentibus et ad extrahenda ea quae inhaereant corporibus; pellit et interaneorum mala. Ramo eius, si subiciatur pulvino, venerem stimulari aiunt efficacissimamque esse herbam contra omnia veneficia quibus coitus inhibeatur.

XXII. 93. Leucanthemum suspiriosis medetur duabus 163
partibus aceti permixtum. Sampsuchum sive amaracum in Cypro laudatissimum et odoratissimum scorpionibus adversatur ex aceto ac sale inlitum. Menstruis quoque multum confert inpositum; minor eidem poto vis. Cohibet et oculorum epiphoras cum polenta; sucus decocti tormina discutit. Et urinis et hydropicis utile; movet et aridum sternumenta. Fit ex eo et oleum quod sampsuchinum vocatur aut amaracinum ad excalfaciendos molliendosque nervos; et volvas calefacit. Folia suggillatis cum melle et luxatis cum cera prosunt.

XXIII. 94. Anemonas coronarias tantum diximus, nunc 164
reddemus et medicas. Sunt qui phrenion vocent. Duo eius genera; prima silvestris, altera cultis nascens, utraque sabulosis. Huius plures species; aut enim phoenicium florem ha-

inflammationi, θRVTd. *inflammationibus*, βγ. — *illinitur*; post h. v. in ϑρφ omnia desunt usque ad 22, 65. *purgatiores fieri putant*, spatio tamen vacuo relicto. — *cotoneo*, θRVTd. *cum cotoneo*, Kγ. — *concocto*, revocavi ex β. *cocto*, θRVTKdγ. Sed *concoquere* h. l. idem est, quod *simul coquere*, coll. 31, 122.

§ 162. *ut scorpionum*, Rd. *et scorpionum*, θV. — *et ad*, d. *et*, R. *est et*, V. — *extrahendi*, RVd. — *ea*, RV. *eas*, d. — *inhaereant*, θRVT. *inhaerent*, dβγ. — *inter araneorum*, V. — *beneficia*, V¹. — *cohibitus*, R.

§ 163. *suspirioso*, R. — *Samsucum*, R. V. Dioscor. 3, 41. — *in Cypro*, Vd. *Cypro*, R. — *impositum*, RV. *id positum*, d. — *minor eidem*, Td. *minore item*, R. *in ore idem*, V. *minor est eidem*, βγ. — *Cohibet*, Vd. *Cohebetet*, R. — *utilis*, K. — *movet et*, R. *movet*, Vd. — *sternumenta*, RV. *sternutamenta*, dβγ. — *et oleum*, θRVTd. *oleum*, β. — *samsucinum*, Rd. *samsusinum*, V. — *molliendosque*, θRVTd. *emolliendosque*, β. — *calefacit*, om. K. — *Folia*, Vd. *Et folia*, Rβ.

§ 164. *diximus* § 64. 65. — *frenion*, omnes libri ap. Salmas. de hyle p. 26. a. E. *fremion*, θRVTd. *phaenion*, K, quod aliquatenus adstruit schol. Theocriti 5, 92. *Σωσίβιος δὲ τὰς ἀνεμώνας παρὰ Λάκωσι φαινίδας καλεῖσθαί φησι*. *phenion*, β. *praenion* vel *frenion* vel *eremion*, codd. indicis. Quod nunc

bet, quae et copiòsissima est, aut purpureum aut lacteum. Harum trium folia apio similia sunt, nec temere semipedem altitudine excedunt, cacumine asparagi. Flos numquam se 165
aperit nisi vento spirante, unde et nomen accepere. Silvestri amplitudo maior latioribusque foliis, flore phoenicio. Hanc errore ducti argemonen putant multi, alii rursus papaver quod rhoean vocavimus; sed distinctio magna, quod utraque haec postea floret, nec aut sucum illarum anemonae reddunt aut calyces habent nec nisi asparagi cacumen. Prosunt anemonae capitis doloribus et inflammationibus, volvis mulierum, lacti quoque; et menstrua cient cum tisana sumptae aut vellere adpositae. Radix conmanducata pituitam trahit, den- 166
tis sanat, decocta oculorum epiphoras et cicatrices. Magi multum quidem iis tribuere, quamprimum adspiciatur, eo anno tolli iubentes dicique colligi eam tertianis et quartanis remedio, postea adligari florem panno russeo et in umbra adservari, ita cum opus sit adalligari. Quae ex his phoenicium florem habet, radice contrita, cuicumque animalium inposita ulcus facit styptica vi, et ideo expurgandis ulceribus adhibetur.

XXIV. 95. Oenanthe herba nascitur in petris, folio pa- 167
stinacae, radice magna, numerosa. Caulis eius et folia cum melle ac vino nigro pota facilitatem pariendi praestant secundasque purgant, tussim e melle tollunt, urinam cient; radix et vesicae vitiis medetur.

legitur reposuit Hard. — *Duo eius genera*, Dioscor. 2, 207. — *prima silvestris*, RVd. *silvestris prima*, $\beta\gamma$. — *cultis*, θRVTd. *in cultis*, $\beta\gamma$. V. ad 33, 16. — *Huius*, θRVTd. *Huiusque*, β. — *phoenicium*, d. *foenicium*, R. *pheniceum*, V. *phoeniceum*, $\beta\gamma$. — *tria*, V. — *semipedem*, d. *semipede*, R. *sem ipide*, V.

§ 165. *accepere*, θRVTd. *accepit*, β. — *latioribusque*, θRVTd. *latioribus*, β. *latiora folia*, *flos phoeniceus*, K. — *foliis*, Vd. *flori*, R. — *phoenicio*, d. *foeniceo*, R. *phoeniceo*, V$\beta\gamma$. — *argemonen*, R. *argemonem*, Vd$\beta\gamma$. — *alia*, V. — *rhyan*, V. *ryan*, d. *rhyn*, R. *rhoeam*, β. — *vocavimus*, θRT. *appellavimus*, Vd$\beta\gamma$. V. 19, 168. — *magna distinctio*, d. — *haec postea florent*, RV. *est postea florent*, d. *est postea florens*, θ. — *anemone*, V. — *nec nisi*, RVd. *sed quasi*, K. — *tisana*, R. *tisina*, V. *ptisana*, d$\beta\gamma$. — *sumpta ut*, R.

§ 166. *et cicatrices*, θRVTd. Om. β. — *Magni*, VTd. *Magnū*, R. — *quidam*, TKδ. *quiddam*, RVd. — *his*, VT. — *quam primum aspiciunt*, K[1]. *cum primum aspiciuntur*, K[2]. — *iubentes*, RV. *iubent ei*, d. — *russeo*, θRVTd. *roseo*, $\beta\gamma$. — *adalligari*, RV[2]d. *alligari*, V[1]K. — *phoenicium*, R. *phoeniceum*, Vd$\beta\gamma$. — *ulcus*, V (codd. Gel.) *ulcerū*, R. *ulcerum*, θTd. — *styptica*, θRV. *stipica*, Td. *septica*, codd. Gel. $\beta\gamma$.

§ 167. *folio*, RV. *folia*, d. V. Dioscor. 3, 125. — *potu*, d. — *e melle*, Vd. *melle*, R.

XXV. 96. Helichrysum alii chrysanthemon vocant. Ra- 168
mulos habet candidos, folia subalbida, habrotono similia, ad solis repercussum aureae lucis in orbem veluti corymbis dependentibus qui numquam marcescunt, qua de causa deos coronant illo, quod diligentissime servavit Ptolemaeus Aegypti rex. Nascitur in frutectis; ciet urinas e vino pota et 169
menses, duritias et inflammationes discutit, ambustis cum melle inponitur. Contra serpentium ictus et lumborum vitia bibitur; sanguinem concretum ventris aut vesicae absumit cum mulso. Folia eius trita trium obolorum pondere sistunt profluvia mulierum in vino albo. Vestis tuetur odore non ineleganti.

XXVI. 97. Hyacinthus in Gallia maxume provenit; hoc 170
ibi fuco hysginum tinguitur. Radix est bulbacea, mangonicis venaliciis pulchre nota, quae e vino dulci inlita pubertatem coercet et non patitur erumpere. Torminibus et araneorum morsibus resistit, urinam inpellit; contra serpentis et scorpiones morbumque regium semen eius cum habrotono datur.

98. Lychnis quoque flammea illa adversus serpentis et 171
scorpiones et crabrones similiaque bibitur e vino semine trito. Silvestris eadem stomacho inutilis; alvom solvit, ad detrahendam bilem efficacissima duabus drachmis, scorpionibus tam contraria ut omnino visa ea torpescant. Radicem

§ 168. *Helichrysum*, θd. *Elychryssum*, R. *Helychryssum*, V. *Heliochrysum*, Tβγ. — *alii*, θRVTd. *quod alii*, βγ. — *chrysanthemon*, Dioscor. 4, 57. *chrysanthon*, θVTd. *chryssaton*, R. — *corymbis ad solis repercussum veluti aureae lucis in orbem dependentibus*, K. — *aureae*, Vd. *aulae*, R. — *Ptolomaeus*, V. — *Aegypti rex*, RVd. *rex Aegypti*, βγ.

§ 169. *e vino*, Vd. *vino*, R. — *messes*, R. — *ambustis*, Theophr. hist. plant. IX. 19, 3. — *ac vesicae*, Dalec. — *Folia*, RVT. *Folio*, θd. — *trita*, T *trito*, d. Omitt. RVβ. — *albo*, om. d[1].

§ 170. *Gallia maxime*, θVTd. *Galliam exime*, R. *Gallia eximie*, Barbar. β. Ceterum v. Dioscor. 4, 63. — *fuco*, Gronov. ad 21, 11. *loco*, θRVTd. *pro cocco*, Barbar. β. Alia volunt Dalec. et Salmas. exerc. p. 193. a. C. — *hyginum*, Td. — *tinguit*, R. *tingunt*, VTdγ. — *mangonicis venalicis*, V. *mangonicis venalitiis*, Rβγ. *mangoni suis venalitiis*, Td. *mangonis visu aenalici*, vetus cod. ap. Salmas. *mangoniis venalitiorum*, K. *mangonibus venalitiis*, Salmas. — *urinam*, RV. *et urinam*, d. — *morbumque*, Vd. *morborumque*, θR.

§ 171. *Contra lychnis*, RVd. Adverbium *contra* e superioribus male est repetitum. — *et scorpiones et crabrones*, Vd. *et scorpiones et scabrones*, R. *scorpiones, crabrones*, βγ. — *e vino*, Dioscor. 3, 104. *vini*, R. *lini*, θV. Nihil horum habet d. — *alvum solvit*, Dioscor. 3, 105. — *efficacissima a*, d. — *tam*, θRVTd. *adeo*, βγ. — *visa ea*, V. *visa*, R[2]Td. *visi*, R[1]. — *Radicem* — *vocant*, om. θ. — *Asiano*, R. — *boliten*, d. *voliten*, V. *boliter*, R. — *adalligata*, RV[1]d. *alligata*, V[2]βγ. — *oculo*, omitt. Td.

eius Asiani boliten vocant, qua adalligata oculo albugines tolli dicuntur.

XXVII. 99. Et vincapervinca sive chamaedaphne arida 172
tunsa hydropicis datur in aqua cocleari mensura, celerrimeque reddunt aquam. Eadem decocta in cinere sparsa vino tumores siccat; auribus suco medetur; alvinis inposita plurumum prodesse dicitur.

100. Rusci radix decocta bibitur alternis diebus in calcu- 173
lorum valetudine et tortuosiore urina vel cruenta. Radicem pridie erui oportet, postero mane decoqui, ex eo sextarium vini cyathis duobus misceri. Sunt qui et crudam radicem tritam ex aqua bibant, et in totum ad virilia cauliculis eius ex aceto tritis nihil utilius putant.

101. Batis quoque alvom mollit, inlinitur podagricis cruda 174
et contunsa. Acinon et coronarum causa et ciborum Aegyptii serunt, eademque erat quae ocimum, nisi hirsutior ramis ac foliis esset et admodum odorata; ciet et menses et urinas.

XXVIII. 102. Colocasia Glaucias acria corporis leniri putavit et stomachum iuvari.

XXIX. 103. Anthali quod Aegyptii edunt nullum alium 175
reperi usum; sed est herba anthyllium quam alii anthyllum vocant, duorum generum, foliis et ramis lenticulae similis, palmi altitudine, sabulosis apricis nascens, subsalsa gustanti; altera chamaepityi similis, brevior et hirsutior, purpurei floris, odore gravis, in saxosis nascens. Prior volvis aptis-

§ 172. *vicapervica*, RVd. — *cocleari*, RV (in hoc una in fine erasa littera). *cochlearis*, θdγ. — *alvinis*, RVd. *in aluta*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 3, 134. — *plurimum*, RVT. *multum*, dβγ.

§ 173. *Rusticis*, R. V. Dioscor. 4, 144. — *cauculorum*, V. — *valitudine*, V²d. — *toruosiore*, V. — *postero*, Vd. *posterior*, R. *postremo*, β. — *ex eo*, RVTd. *et ex*, θ. *ex ea*, β. *et decocti*, K. — *sextarium*, θK. *sextario*, RVTd. — *tritas*, R. — *ad virilia*, Vd. *et virilia*, R. *ad urinam difficilem*, K. — *eius ex aceto*, θVTd. *vino ex aceto*, R. *eius in vino et aceto*, β.

§ 174. *Batis*, Barbar. V. *Beatis*, R. *Bactis*, d. — *cruda*, θVTd. *tura*, R. *tosta*, β. — *Acinon et*, Vd. *Acino nec*, R. V. Dioscor. 3, 43. — *eademve*, d. — *odorato*, R. — *ciet et*, θVTd. *ciet*, Rβγ. — *meses*, R. — *Colocasia*, Dioscor. 2, 128.

§ 175. *Anthali*, V. *Anthalii*, Rdβγ. — *aliud*, R. — *usum reperi*, Td. — *sed est*, θVTd. *et est*, R. *est et*, β. V. Dioscor. 3, 143. — *anthyllium*, RVd. *anthyllon*, codd. Barbari. *anthyllion*, βγ. — *quem*, RV. — *anthyllum*, θd. *anthillum*, V. *antillum*, T. *anthyllium*, R. *anthyllin*, codd. Barbari. *anticellion*, β. — *altera foliis*, Dalec. — *palmi*, Barbar. V. *palme*, RTd. *palmae*, θ. — *altitudinis abulosis*, R. — *gustandi*, V.

sima ex rosaceo ac lacte inposita, et volneribus; bibitur in stranguria reniumque harenis tribus drachmis. Altera bibitur in duritia volvarum et in torminibus et in comitiali morbo cum melle et aceto quattuor drachmis.

XXX. 104. Parthenium alii leucanthes, alii amaracum 176
vocant, Celsus apud nos perdicium et muralem. Nascitur in hortorum saepibus, flore albo, odore mali, sapore amaro. Ad insidendum decocta et in duritia volvarum et inflammationibus; sicca cum melle et aceto inposita detrahit bilem atram, ob hoc contra vertigines utilis et calculosis. Inlinitur et sacro igni, item strumis cum axungia inveterata. Magi contra tertianas sinistra manu evelli eam iubent dicique cuius causa vellatur nec respicere, dein eius folium aegri linguae subicere ut mox in cyatho aquae devoretur.

XXXI. 105. Trychno quam quidam strychnon scripsere 177
utinam nec coronarii in Aegypto uterentur, quos invitat hederae foliorum similitudo in duobus eius generibus quorum alterum, cui acini coccini, granosi in folliculis, halicacabum vocant, alii callion, nostri autem vesicariam, quoniam vesicae

ex rosaceo, θVTd. *et ex rosaceo*, Rβ. — *ac*, RV. *vel*, Td. — *reniumque*, RVTd. *renumque*, β. — *arenis*, Gronov. *anseris*, θRVTd. *doloribus*, β. — *drachmis. Bibitur item*, K. — *quattuor drachmis*, R. *quattuor drachmis contra*, Vd. *quattuor drachmis cocta*, T.

§ 176. *alii*, RVd. *aut*, T. — *leucanthes*, θRd. *leuchantes*, VT. *leucanthen*, β. *leucanthemon*, Salmas. de hyle p. 10. b. A. — *amaracum*, Salmas. ex Dioscor. 3, 145. *amnacum*, θRVTdγ. *tamnacum*, β. — *vocant*, om. d. — *Celsus* 2, 33. — *perdicium*, Vd. *pellecium*, R. — *muralem*, θ. *muraleum*, RVTd. *muralium*, β. — *floret*, R. — *malo*, K. ὀσμῇ ὁπόβρομον, Dioscor. — *amaro*, om. d. — *insedendum*, RV. — *decocta et*, ita nos scripsimus. *decoctae*, RVdβ. *decoctum*, Harduini codd. γ. *decoquitur*, K. At genus femininum h. l. reponendum esse docet quod statim sequitur *sicca* et *imposita*; ad ipsum vero participium *decocta* ex universa loci sententia verbum aliquod, uti *confert*, *prodest*, supplendum est. — *detrahit bilem*, RTd. *bilem detrahit*, Vβγ. — *cauculosis*, R. — *Magi*, R. *agi*, Vd. — *dein eius*, d. *cuius*, R. *dein*, V. — *linguae*, V. *lingua*, Rd.

§ 177. *Trychno*, θ (codd. Barbari). *Trychne*, RV. *Tricnum*, Td. *Strychno*, β. — *strychnon*, θ (codd. Barbari). *strhynum*, V. *strycnum*, Td. *sthryinum*, R. *trychnon*, β. — *nec*, vitiosum videtur et pro eo *ne* scribendum. Causa copulae nulla. — *coronarii*, R. *coronariis*, Vd. — *foliorum*, θRVTd. *florum*, Barbar. β. — *quorum alterum*, RVd. *Praeter illa tertium*, K. V. Dioscor. 4, 72. — *coccini*, Rd. *coccinei*, Vβγ. — *granosi in folliculis*, Td. *granosi folliculis*, V. *granos folliculi*, R. *granosi folliculi*, β. *cocci grano in folliculis*, Pint. — *halicacabon*, d. *halicaccabum*, codd. Barbari. *alii caccabum*, R. *alii caccabon*, V. — *caccalian*, Salmas. de hyle p. 65. a. D. — *quoniam*, RVd. *quod*, θ. — *cauculis*, R. — *sarculosus*, V. — *lacisque*, R. *laxisque*, θVTd. — *turbitatis*, R. — *grandis*, R. *drachmis*, Vd. — *acini*, θ.

§ 178. *Thryo folia*, Scaliger ad Theophr. hist. plant. IX. 11, 6. p. 1071. Ceterum v. Dioscor. 4, 74. — *demonstrando*, RVTd. *demonstranda*, β. — *tractantibus*, θRVTd. *tractanti*, β. — *pudoris*, Rd. Omitt. θVT (Murbac. ap.

et calculis prosit. Frutex est surculosus verius quam herba, folliculis magnis latisque et turbinatis, grandi intus acino qui maturescit Novembri mense. Tertio folia sunt ocimi, 178
minume diligenter demonstrando remedia, non venena tractantibus; quippe insaniam facit parvo quoque suco. Quamquam et Graeci auctores in iocum vertere; drachmae enim pondere lusum pudoris gigni dixerunt species vanas imaginesque conspicuas obversari demonstrantes; duplicatum hunc modum legitimam insaniam facere, quidquid vero adiciatur ponderi, repraesentari mortem. Hoc est venenum quod in- 179
nocentissimi auctores simpliciter dorycnion appellavere ab eo quod cuspides in proeliis tinguerentur illo passim nascente; quo parcius insectabantur, manicon cognominavere; qui nequiter occultabant, erythron aut neurada, ut nonnulli, perisson, ne cavendi quidem causa curiosius dicendum. Quin et alterum 180
genus quod halicacabon vocant soporiferum est atque etiam opio velocius ad mortem, ab aliis morion, ab aliis moly appellatum, laudatum vero a Diocle et Euenore, Timaristo quidem etiam carmine, mira oblivione innocentiae; quippe praesentaneum remedium ad dentium mobilis firmandos, si conluerentur halicacabo in vino; exceptionem addidere ne

Cornar. ad Dioscor. 4, 63.) — *gigni*, RTd. *cigni*, θV, quod probat Salmas. exerc. p. 764. b. F. — *observari*, V. — *duplicatum hunc*, V. *duplicari hunc*, R. *hunc duplicatum*, d. — *repraesentare*, Td.

§ 179. *dorygnion*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 75. — *quod eo cuspides*, K. — *praeliis*, θ. — *quo*, RVTd. *Qui*, Barbar. βγ. — *parcius* inepte dici docet et cognomen manici, quo totum illius herbae scelus demonstratur, et verba infra sequentia *qui nequiter occultabant*. Legendum igitur est *apertius*, quod adverbium his ipsis verbis clarissime opponitur. — *insectabantur*, Gronov. *inspectabantur*, VTd. *inspectabant*, θ. *spectabantur*, Rδ. *spectaverant*, codd. Barbari, β. — *manicon cognominavere*, codd. Barbari. *magnico gnominavere*, R. *manicon nominavere*, θVTdδ. — *anhydron*, Salmas. de hyle p. 66. b. G. — *neurada*, θV. *nervada*, d. *neurata*, R. *nexuada*, T. *neurida*, β. *pentodryon*, Salmas. — *ut nonnulli*; quae verba cum structuram et seriem orationis perturbent, legendum videtur *aut ut nonnulli*; particula *aut* per litteras *a* et *ut* facillime excidere potuit. — *perisson ne*, Barbar. *perissone*, RVT. *perisson in*, θ. *perisson*, dγ. πέρσιον, Dioscor. 4, 74. — *quidem causa*, Barbar. V. *quid est causa*, R. *causa*, Tdγ.

§ 180. *alii cacabon*, R. *alii caccabon*, Vd. Ceterum v. Dioscor. 4, 73. — *copio*, R. — *aliis morion*, Vd. *altamorion*, R. — *moti*, RV. *mothi*, d. — *a Diocle*, d. *adlocre*, R. *ad loclem*, V. — *Euenore*, V. *Euenorea*, d. *fruenda*, R. *Euenore a*, β. — *quidam*, R. — *mira oblivione innocentia*, d. *minora oblivionem innocentia*, R. *mira oblivione minus nocentia*, V. *minorem oblivionem inducens*, K. Alia tentat Pint.; at v. Gronov. — *si colluerentur*, Vd. *siccoluerunt*, R. — *halicacabo in vino*, Pint. *alii cacabon vino*, Rdδ. *alicacabon vino*, T. *haveccabon vino*, V. *halicacabo uni*, β. *halicacabo e vino*, Gronov.

diutius id fieret; delirationem enim gigni eodem; monstranda remedia quorum medicina maioris mali periculum adferat. Commendatur ergo in cibis tertium genus; licet autem 181
praeferatur hortensiis saporibus et nil sit corporis malorum cui non salutaris trychnos Xenocrates praedicet, non tamen auxilia eorum tanti sunt ut ideo plura de iis commemorare fas putem, praesertim tanta copia innoxiorum medicaminum. Halicacabi radicem bibunt qui vaticinari callentesque vere 182
ad confirmandas superstitiones adspici se volunt. Remedio est, — id enim libentius retulerim, — aqua copiosa mulsa calida potu; nec illud praeteribo, aspidum naturae halicacabum in tantum adversam ut radice eius propius admota soporetur illa sopore enecans vis earum; ergo trita ex oleo percussis auxiliatur.

XXXII. 106. Corchorum Alexandrini cibi herba est con- 183
volutis foliis ad similitudinem mori, praecordiis, ut ferunt, utilis alopeciisque et lentigini. Boum quoque scabiem celerrime sanari ea invenio, apud Nicandrum quidem et serpentium morsus, antequam floret.

id, Vd. *sit*, R. — *delirationi*, R. — *enim*, om. Pint. — *eodem; monstranda*, Td. *eodemonstranda*, RV. *eo. Nec demonstranda*, β. *En demonstranda*, Gronov. γ. *Neque enim demonstranda*, Pint. Apparet haec verba dicta esse cum acerba ironia Plinio usitata ad demonstrandum, quam perversis saepe consiliis medici utantur; eadem cum ironia dicuntur verba *Commendatur — genus*, post quae scriptor ad verum iudicium de his rebus progreditur.

§ 181. *Commendatur*, RV. *Commendetur*, Td. — *ergo*, θRVTd. *et*, β. — *cibis*, θVd. *civis*, R. *in cibis*, $\beta\gamma$. — *autem praeferatur*, ita nos scripsimus. *apraeferatur*, R. *praeferatur*, Vd$\beta\gamma$. De particula *autem* per compendium littera *a* significata v. Drakenborch. ad Liv. II. 26, 12. XXI. 14, 11. Per hanc vero nostram emendationem et interpunctionem mutatam nunc demum sententia huius loci, quae adhuc prorsus nulla fuit, apte restituitur. Interpungitur scilicet vulgo ($\beta\gamma$) ita, ut verba *licet — saporibus* apodosin efficiant verborum *Commendatur — genus*; at ita inepte dicitur hoc tertium trychnorum genus commendari ad cibos, *licet praeferatur* hortensiis saporibus, quod nihili est, cum potius sic dicendum fuisset: *et praefertur hortensiis saporibus*. Interpunxi igitur locum ita, ut a verbis *licet autem* nova periodus incipiat, cuius apodosis incipit a verbis *non tamen*, quae vulgo ($\beta\gamma$) novam enuntiationem incipiunt. Hanc vero interpunctionem praeter ipsam sententiam a nobis modo expositam etiam scriptura omnium codd. in sequentibus verbis restituta necessario flagitat. — *hortenniis*, Gronov. *hortensis*, RVT. *hortensium*, d$\beta\gamma$. — *sapor*, K[1]. *sapore*, K[2]. — *nil sit*, θRV. *nihil sit*, Td. *nihil esse*, $\beta\gamma$. — *maiorum*, d. — *cui non sit*, θ. — *salutares trychnos*, Salmas. de hyle p. 66. b. F. *salutare strychnos*, θVd. *salutare serychnos*, R. *salutare sit strychnos*, $\beta\gamma$. Similiter accusativus cum infinitivo iungitur cum pronomine relativo 5, 9. 24, 160. — *praedicet*, θRVTd. *praedicat*, $\beta\gamma$. — *ideo plura*, Dalec. *id pitura non*, R. *id pletura nos*, VTd. *id pleutura nos*, θ. *vel profutura*, $\beta\gamma$. *ideo laesura nos*, Pint. *uti vel curationes*, Gronov. Recepi illam Dalecampii coniecturam, non quod veram

107. Nec de cneco sive atractylide verbosius dici par esset, 184
Aegyptia herba, ni magnum contra venenata animalia praeberet auxilium, item adversus fungos. Constat a scorpione percussos quamdiu teneant eam herbam non sentire cruciatum.

XXXIII. 108. Et pesolutam Aegyptus in hortis serit coronarum gratia. Duo genera eius: femina ac mas; utraque subdita venerem inhiberi, virorum maxume, tradunt.

XXXIV. 109. Et quoniam in mensuris quoque ac ponde- 185
ribus crebro Graecis nominibus utendum est, interpretationem eorum semel hoc in loco ponemus. Drachma Attica, — fere enim Attica observatione medici utuntur, — denari argentei habet pondus, eademque VI obolos pondere efficit, obolus X chalcos; cyathus pendet per se drachmas X. Cum acetabuli mensura dicitur, significat heminae quartam id est drachmas XV. Mna quam nostri minam vocant pendet drachmas Atticas C.

putarem, sed quod a codicum scriptura certe minus abest quam interpolatio vulgata. — *de iis*, V d. *deis*, R. *de his*, θ T.

§ 182. *qui*, R V T d (codd. ap. Salmas. exerc. p. 765. a. F.) *qui sunt*, βγ. — *vaticinari*, V. *vaticinare*, T d (codd. Salmas.) *valiginare*, θ. *vaticinandi*, R βγ. — *callentesque vere*, ita nos scripsimus. *gallantes quo vere*, θ R V T d (codd. Salmas.) *callentes*, *quod furere*, βγ. — *aspici se*, V d. *aspicere*, R. — *Remedi*, R. — *rettulerim*, V. — *potu*, θ V T d. *potui*, R. *potui data*, βγ. — *adversa*, R V. — *soporetur*, R V (codd. Gel.) *saporetur*, d. — *sopore*, R V (codd. Gel.) *sapore*, d.

§ 183. *Corcorum*, R. *Chorcorum*, V. V. Theophr. hist. plant. VII. 7, 2. et Dioscor. 2, 209. — *herba*, R V. Omitt. T d. — *muri*, d. *muris*, R V. — *ut ferunt*, R. *ferunt*, V T d. — *utilem*, T. — *alopacisque*, R. *alopiciis*, V T d. — *lenticini*, R. — *invento*, R V d. — *Nicandrum* theriac. 626. — *floret*, R V d. *floreat*, βγ.

§ 184. *de cneco*, d. *degne co*, R. *de cnico*, V βγ. — *atractalide*, R. V. Dioscor. 3, 97. — *Aegyptia herba ni*, R V. *Aegyptiam herbam ni*, d. *Aegyptiam herbam*, T. — *praebere*, T, unde locum mutat Pint. — *eam herbam*, R. *herbam eam*, V T d. — *pesoluta*, V d. *persoluta*, R. *persolatam*, K. *persolutam*, βγ. Scripturam a nobis receptam confirmant codd. indicis. — *mas et femina*, T.

§ 185. *mesuris*, R. — *hoc in*, R V T d. *in hoc*, βγ. — *vere*, R. — *observationem*, R. — *eademque*, θ R V T d. *eadem*, β. — *cyatus*, R. — *pende*, R. — *per se*, R V². Omitt. V¹ T d γ. — *acetabulis*, R. — *heminae*, V d. *minae*, R. V. Gronov. de pecun. vet. resid. p. 666. — *quartam*, R V T d. *quartam partem*, βγ. — *Mna quam*, V d (codd. Barbari). *omniaquam*, R. — *vocant pendet*, d. *vocant pendent*, V. *pendent vocant*, R.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXII.

SECT. 1. Inplesse poterant miraculum sui natura atque § 1
tellus reputantium vel prioris tantum voluminis dotes totque genera herbarum utilitatibus hominum aut voluptatibus genita; sed quanto plura restant quantoque mirabiliora inventu? Illa enim maiore in parte cibi aut odoris decorisve conmendatio ad numerosa experimenta duxit; reliquarum potentia adprobat nihil ab rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni.

CAP. I. 2. Equidem et formae gratia ritusque perpetui 2
in corporibus suis aliquas exterarum gentium uti herbis quibusdam adverto animo. Inlinunt certe aliis aliae faciem in populis barbarorum feminae maresque etiam apud Dacos et Sarmatas corpora sua inscribunt. Similis plantagini glastum

Ad hunc librum toti sunt excussi R (§ 1—144.) Va (§ 142—164.) d.

§ 1. *Implesse*, θRVTd. *Complesse*, β. — *reputantium* nullo modo explicari potest et scribendum *reputanti*. Nam Plin. quoque absoluto illo dativo singularis participii praesentis et Graecis et Latinis scriptoribus familiari saepissime utitur ad indicandam rationem, quae alicui homini cum re aliqua intercedit; v. 3, 3. 12. 4, 50. 61. 5, 118. 6, 78. 126. 145. 185. 12, 22. 50. 14, 62. 18, 35. 188. 26, 88. 31, 6. 45. 36, 120. 128. 151. — *vel prioris tantum*, omitt. VT, unde Pint. *miraculum natura atque tellus reputantium voluminis sui dotes* legit. — *genitas et*, V. — *invenit*, d. — *maiore in parte cibi*, V. *maiore parte cibi*, d. *maiorem cibi parte*, R. — *decorisve*, Vd. *ucterisve*, R. — *expedimenta*, V. — *adprobant*. d. — *ab*, RV. *a*, dβγ.

§ 2. *Equidem*, R. *Et quidem*, Vd. — *ritu perpetuo*, K. — *uti*, Vd. *ut in*, R. — *animo*, θVTd. *animum*, Rβγ. — *certe*, Vd. *se////tae*, R. — *aliis*, d. *alias*, RV. — *scribunt*, d. — *Similis*, RVd. *Simile*, βγ. — *guastum*, Salmas. exerc. p. 180. a. E.

in Gallia vocatur, quo Britannorum coniuges nurusque toto corpore oblitae quibusdam in sacris et nudae incedunt Aethiopum colorem imitantes.

II. 3. Iam vero infici vestis scimus admirabili fuco, atque 3
ut sileamus Galatiae, Africae, Lusitaniae granis coccum inperatoriis dicatum paludamentis, transalpina Gallia herbis Tyria atque conchylia tinguit et omnis alios colores; nec quaerit in profundis murices seque obiciendo escam dum praeripit beluis maris, intacta etiam ancoris scrutatur vada ut inveniat per quod facilius matrona adultero placeat, conruptor insidietur nuptae. Stans et in sicco carpit quo frugem 4
modo; sed culpant ablui usu; alioqui fulgentius instrui poterat luxuria, certe innocentius. Non est nunc propositum ista consectari nec conmittemus ut subiciendo tutiora luxuriam vilitate circumscribamus dicturi et alias herbis tingui lapides, parietes pingi; nec tinguendi tamen rationem omisissemus, si umquam ea liberalium artium fuisset. Interim for- 5
tius agetur auctoritasque quanta debeatur etiam surdis hoc est ignobilibus herbis perhibebitur, siquidem auctores inperi

quo, codd. Barbari. Omitt. RVd. — *et nudae*, R. *nudae*, VTd. — *colore*, R.

§ 3. *taceamus*, Td. — *granis* quamquam cum Gronovio explicari potest ex iis, quae de omissa praepositione *ex* dixi ad 35, 48., hoc loco tamen *e granis* legendum esse puto. Minus satisfacit sententia Salmasii, qui exerc. p. 807. b. A. et p. 192. b. G. e K *cocci granum* praefert. — *imperatoris*, V*β*. — *Tyria*, *θ*Td. *Tyrio*, RV. *Tyrium*, *β*. — *conchylia tinguit*, *θ*RTd. *conciliati ungit*, V. *conchylium tinguit*, *β*. — *et omnis*, V. *et omnes*, *θ*Td. *omnis*, R. *omnesque*, *βγ*. — *muriaces*, V. — *seque*, *θ*RVTd. *seseque*, *β*. — *obiiciendos*, R. — *escam dum praeripit*, Vd. *escam dum praerupit*, R. *dum praeripit*, codd. Barbari. *dum escam praecipit*, K. — *maris*, *θ*Vd. *marinis*, R*βγ*. — *anchoris*, R. — *corrupto*, Vd. — *nuptae*, Vd. *subte*, R.

§ 4. *capit*, R. — *quo frugem modo*, ita nos scripsimus. *quo fruge modo*, RVTd. *quod fruge modo*, *θ*. *quo frugem adoret*, *δ*. *quae frugi ac mundus*, K. *quo fruges modo*, Hard. *γ*. *quod frugi mundos*, *β*. — *sed culpant*, R. *culpant*, *δ*. *sed culpa*, *θ*VTd*γ*. *exculpat*, *β*. *non culpet*, K. — *ablui usu*, R*δ*. *non ablui usu*, *θ*VTd*γ*. Om. *β*. — *alioqui*, *θ*RV*δ*. *alioquin*, Td. *His alioqui*, codd. Gel. *β*. — *fulgentius*, *θ*RVTd*δ*. *fulgentibus*, codd. Gel. *β*. *fulgentia*, K. — *insatrui*, R. Varia in toto hoc loco tentant Pint., Salmas. et Gronov. — *Non est nunc propositum*, VTd. *Nunc propositum non est*, *β*. *Nunc propositum*, R. — *omittemus*, RVd. — *tutiora*, Gronov. *utiliora*, Rd*βγ*. *utilioria*, V. *viliora*, TK. „Tutiora i. e. quae non tanto periculo quaeruntur", Gronov. — *vilitate*, *θ*RVTd. *utilitate*, *β*. — *alias* 35, 3. — *parietes pingi*, ita nos scripsimus. *parietes nec pingi*, V. *pariete nec pingi*, R. *parietes. Nec pingendi*, d. *parietesque pingi*, *βγ*. — *omisimus*, R. — *ea*, RV. *et*, d.

§ 5. *fortius agetur*, *θ*RVTd*δ*. *partibus augetur*, K. *fortius augetur*, *β*. *portibus augetur*, Dalec. — *auctoritasque*, Gronov. Rd. *auctoritas quae*, V*β*. — *debeatur etiam*, Barbar. *debet etiam*, R. *debet nam*, Vd. — *hoc est ignobilibus*, pro glossemate habent Gronov. et Gesner. chrestom. p. 609. — *ignobilius*, V.

*

Romani conditoresque inmensum quiddam et hinc sumpsere, quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuere et in sacris legationibusque verbenae. Certe utroque nomine idem significatur hoc est gramen ex arce cum sua terra evolsum, ac semper e legatis, cum ad hostis clarigatumque mitterentur id est res raptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur.

III. 4. Corona quidem nulla fuit graminea nobilior in 6
maiestate populi terrarum principis praemiisque gloriae; gemmatae et aureae, vallares, murales, rostratae, civicae, triumphales post hanc fuere suntque cunctae magno intervallo magnaque differentia. Ceteras omnis singuli et duces ipsi 7
inperatoresque militibus aut aliquando conlegis dedere, decrevit in triumphis senatus cura belli solutus et populus otiosus; IV. graminea numquam nisi in desperatione suprema contigit, nulli nisi ab universo exercitu servato decreta. Ceteras inperatores dedere, hanc solam miles inperatori. Eadem vocatur obsidionalis liberatis obsidione abominandoque exitu totis castris. Quod si civicae honos uno aliquo ac vel humil- 8
limo cive servato praeclarus sacerque habetur, quid tandem existumari debet unius virtute servatus universus exercitus? Dabatur haec viridi e gramine decerpto inde, ubi obsessos servasset aliquis. Namque summum apud antiquos signum victoriae erat herbam porrigere victos hoc est terra et altrice ipsa humo et humatione etiam cedere, quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio.

hic, R V d. — *alium desagmina*, V. *segmina*, K. — *legationibusque*, R d. *legationibusquae*, V. *legationibus*, codd. Gel. — *verbenae*, d. *herbene*, V. *verbere*, R. — *utroque*, R. *utraque*, d. In V *utraque* vel *utrooque* legitur. — *ex area*, K. — *e legatis*, V T d. *et legati*, R β. — *id est res*; pro his vv. habet *id res* R, *id ei fores* V d. — *raptas clarere pipitum*, θ. — *verberarius*, R.

§ 6. *terrarum principis*, d. *terrarumque principiis*, R V. — *praemiisque*, R. *praemissa ut*, V d. — *germinatae*, R. — *aurae*, R. — *murales*, om. R. — *sunt quae*, V. — *magno*, om. T.

§ 7. *ipsi duces*, d. — *collegis*, V. *collegiis*, R d $\beta\gamma$. At v. Gesner. chrestom. p. 611. — *gramineam*, R V d. — *disperatione*, R. — *servato*, R. *servata*, V d. — *vocatus obsidione malis*, d. — *liberatus*, R. — *exitu totis*, θ V T d. *exitiitos*, R. *exitio totis*, $\beta\gamma$.

§ 8. *ac vel*, R V. *vel*, d. — *praecerus*, R. — *virtute*, V d. *sunt ute*, R. — *viridis*, θ R T d. — *e gramine*, T d. *gramine*, V. *gramina*, R. — *decrepto*, R. — *obsessus*, d. — *porigere*, V. — *humanitione*, V d.

§ 9. *Sicius*, meliores libri ap. Salmas. exerc. p. 34. b. D. — *meruisse*, V. — *CXX*, R d. ‡, V. — *proeliis*, d. Omitt. R V. — *P. Decius Mus*, R. *decius*

V. 5. Donatus est ea L. Siccius Dentatus semel, cum ci- 9
vicas quattuordecim meruisset depugnassetque cxx proeliis semper victor; tanto rarius est servatorem unum a servatis donari. Quidam inperatores et saepius donati sunt, veluti P. Decius Mus tribunus militum ab exercitu, altera ab his qui in praesidio obsessi fuerant, quanta esset eius honoris auctoritas confessus religione, siquidem donatus bovem album Marti inmolavit et centum fulvos qui ei virtutis causa dati fuerant simul ab obsessis; hic Decius postea se consul Inperioso conlega pro victoria devovit. Data est et a senatu 10
populoque Romano, qua claritate nihil equidem in rebus humanis sublimius duco, Fabio illi qui rem omnem Romanam restituit non pugnando, nec data, cum magistrum equitum et exercitum eius servasset, — tunc satius fuit nomine novo coronari, appellatum patrem ab his quos servaverat, — sed quo dictum est consensu honoratus est Hannibale Italia pulso; quae corona adhuc sola ipsius inperi manibus inposita est et, quod peculiare ei est, sola a tota Italia data.

VI. 6. Praeter hos contigit eius coronae honos M. Cal- 11
purnio Flammae tribuno militum in Sicilia, centurioni vero uni ad hoc tempus Cn. Petreio Atinati Cimbrico bello. Primum pilum is capessens sub Catulo, exclusam ab hoste legionem suam hortatus, tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit legionemque eduxit. Invenio apud auctores eundem praeter hunc honorem, adstantibus Mario et Catulo coss., praetextatum inmolasse ad tibicinem foculo posito. Scripsit et Sulla dictator ab exercitu 12
se quoque donatum apud Nolam legatum bello Marsico id-

unus, d. *decumus* V, quamquam primitus in eo *deciusmus* exstitisse videtur. — *militum tribunus*, Td. — *una ab*, K. — *ercitu*, R. — *alter*, R. — *relegione*, R. — *bobem albus*, V. — *ei*, Vd. *et*, R. — *ab obsessis*, Vd. *obressis*, R. — *Decius*, R (codd. Gel.) *Decimus*, Vd. — *Imperioso*, codd. Gel. *imperio*, RVTd. V. Perizon. animadverss. hist. p. 359. et ad Valer. Max. V. 4, 3. Verba *Imperioso collega* ut suppositicia delet Pint.

§ 10. *et exercitum*, R. *exercitumque*, VTd. — *nova*, R. — *quo*, RV. *quod*, d. — *Hannibale*, VTd. *Hannibal et*, R. *Hannibale ex*, $\beta\gamma$. — *manibus*, V. *manus*, R. *manu*, Td. — *est et*, R. *est*, Vd.

§ 11. *honor*, d. — *Calpurnio*, θRVTd. *Calphurnio*, β. — *Petreio*, θ. *Treio*, RV. *creio*, d. *Perreio*, β. — *inclusam*, Pint. — *hoste*, θVTd. *hoc*, Rβ. — *tribunum suum dubitantem*, haec verba post v. *erumpere* collocat Pint. — *at*, V.

que etiam in villa sua Tusculana quae fuit postea Ciceronis pinxit. Quod si verum est, hoc exsecrabiliorem eum dixerim, quandoquidem eam capiti suo proscriptione sua ipse detraxit, tanto paucioribus civium servatis quam postea occisis. Addat etiamnum huic gloriae superbum cognomen Felicem; ipse tamen obsessis in toto orbe proscriptis hac corona Sertorio cessit. Aemilianum quoque Scipionem Varro auctor 13
est donatum obsidionali in Africa Manilio consule, III cohortibus servatis totidemque ad servandas eas eductis, quod et statuae eius in foro suo divos Augustus subscripsit. Ipsum Augustum M. Cicerone filio consule idibus Septembribus senatus obsidionali donavit, — adeo civica non satis videbatur, — nec praeterea quemquam hac invenimus donatum.

7. Nullae ergo herbae fuere certae in hoc honore, sed 14
quaecumque fuerant in periculi sede quamvis ignobiles ignotaeque honorem nobilem faciebant, quod latere apud nos minus quidem miror cernens neglegi ea quoque quae ad valetudinem conservandam cruciatusque corporis propulsandos et mortem arcendam pertinent. Sed quis non mores iure castiget? Addidere vivendi pretia deliciae luxusque; numquam fuit vitae cupido maior nec minor cura. Aliorum hanc ope- 15
rae esse credimus ac ne mandato quidem nostro alios id agere medicisque provisum esse pro nobis; ipsi fruimur voluptatibus et, quo nihil equidem probrosius duco, vivimus

§ 12. *pinxit*, Vd. *pincxit*, R. *finxit*, T. — *sua ipse*, θRVTd. *ipse*, β. — *gloria*, R. — *hac*, codd. Gel. *haec*, RVd.

§ 13. *Aemiliario*, R. — *Scipione*, R. — *obsidioni*. *Alii*, d. — *Africam*, d. — *Manilio*, θRVTd. *Manlio*, β. V. interprr. ad Liv. epit. 49. et Schweigh. ad Appian. Hispan. 56. p. 267. — *III*, R. *tribus*, codd. Gel. β. Omitt. θVTdδγ. — *totidem quae*, V. *totidem quot*, Gronov. numero ternario supra exstincto. — *suo*, RV. Omitt. Td. — *subscripsit*, Gronov. *scripsit*, θVTd. *adscripsit*, codd. Gel. β. Verba *subscripsit* — *Augustum* om. R. — *Augustum*, θRVTd. *Augustum cum*, β. — *consule*, θRVd. *cons.*, T. *consulem*, β. — *Septembribus*, R. *Septembris*, θVTdγ. — *alio*, R. — *civica*, R. *civitas*, θVTd. — *satis esse videbatur*, T. — *hac*, d. Omitt. RV.

§ 14. *latere*, Rd. *letare*, V. — *negligi*, Rd. *nec legi*, VT. — *valitudinem*, V. — *castigat*, R. — *pretia*, θVTdδ. *pretio*, Rβ. *Abdidere* — *pretia*, Pint. — *lux quae*, V. — *vitae cupido*, RVd. *cupido vitae*, βγ.

§ 15. *operae*, RV. *opere*, θT. *operi*, d. — *esse*, θVTd. Omitt. R (codd. Gel.) β. — *ac ne*, R. *de*, VTd. *ac nec*, β. *ne*, Gronov. γ. — *mandato*, V²T. *mandata*, V¹d. *manducata*, R. — *provisum est*, K. — *pro nobis*, Gronov. *pro bonis*, θRVTd. *Proh*, *bonis*, β. *Probrosis*, Pint. — *voluptatibus*, θVTd. *voluptatis*, Rβ. — *quo*, θRVTd. *quod*, β. — *equidem*, Rd. *et quidem*, V. — *duci*, V. — *plerique*, θVd. *plenique*, R. — *ultra*, θ. — *irrisui sumus ista*;

aliena fiducia. Immo vero plerisque ultro etiam inrisui sumus ista conmentantes atque frivoli operis arguimur, magno quamquam inmensi laboris solatio sperni cum rerum natura quam certe non defuisse nobis docebimus et invisis quoque herbis inseruisse remedia, quippe cum medicinas dederit etiam aculeatis; haec enim proxume restant ex iis quas priore libro 16
nominavimus, in quibus ipsis providentiam naturae satis admirari amplectique non est. Dederat quas diximus mollis cibisque gratas, pinxerat remedia in floribus visuque ipso animos invitaverat etiam deliciis auxilia permiscens. Exco- 17
gitavit aliquas adspectu hispidas, tactu trucis, ut tantum non vocem ipsius fingentis illas rationemque reddentis exaudire videamur, ne se depascat avida quadripes, ne procaces manus rapiant, ne neglecta vestigia opterant, ne insidens ales infringat, his muniendo aculeis telisque armando, remediis ut tuta ac salva sint. Ita hoc quoque quod in his odimus hominum causa excogitatum est.

VII. 8. Clara in primis aculeatarum erynge est sive eryn- 18
gion contra serpentis et venena omnia nascens. Adversus ictus morsusque radix eius bibitur drachmae pondere in vino aut, si plerumque talis iniurias comitatur et febris, ex aqua. Inlinitur plagis, peculiariter efficax contra chersydros ac ranas; omnibus vero contra toxica et aconita efficaciorem He-

pro his verbis habet *in re suibus ista* R, *in risum in usu ista* V, *in risum minus ista* d, *in risum inusitata* θ. — *commentantes*, d. *commentantis*, R. *commentatis*, V. *commentatio*, θ. — *atque*, d. *quae*, θRV. — *magno*, VTd. *magna*, Rβ. — *solatio*, RV²Td. *solatia*, V¹β. — *invisi*, R.

§ 16. *haec*, RVd. *hae*, TK. — *iis*, R. *his*, Vdβγ. — *priore*, θRVd. *priori*, β. — *admirari*, R. *mirari*, VTdγ. — *Dederat*, Vd. *Dedere et*, R. — *diximus* libro 20. — *remedia in*, R. *et media in*, V. *et mediam*, d. — *visique*, R.

§ 17. *Excogitavit*, VTd. *In excogitavit*, R. *Inde excogitavit*, β. — *aspectus*, V. — *tractatu*, Td. — *vocem*, V. *voce*, R. *vocem'*, d. — *fingentis illas*, ut suppositicia delet Pint. — *illā rationesque*, R. — *reddentes*, R. — *videamus*, R. — *exaudire*, R. *audire*, Vd. — *ne neglecta*, R. *neglecta*, d. *nec lecta*, V. *ne neglectas*, K. — *obterant*, d. *obtenerant*, V. *obtegant*, R. — *tutae ac salvae*, K. — *his*, θ. *iis*, RVdβγ. — *excogitatum*, Vd. *excogitati unus*, R.

§ 18. *Clara*, VTd. *Eclara*, R. *Et clara*, β. — *erynge*, Vd. *erunt gae*, R. Ceterum v. Dioscor. 3, 21. — *venena*, θRVTd. *venenata*, β. — *bibetur*, R. — *si plerumque*, RVd. *si ut plerumque*, K. Mihi *siquidem plerumque* scribendum esse videtur. — *iniurias*, R. *miserias*, θVTd. — *comitatur*, R. *comitetur*, θVTd. — *chrysodos*, R. *chrysutidas*, V. *chrysupidas*, d. *crysopidas*, codd. Barbari. *chrysaspidas*, Barbar. — *omnibus vero*, inverso ordine habent RVd; adverbium om. T. — *agonita*, R.

raclides medicus in iure anseris decoctam arbitratur. Apollo- 19
dorus adversus toxica cum rana decoquit, ceteri in aqua. Ipsa dura, fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali et maiore aliquando, alia albicans, alia nigra, radice odorata et sativa quidem est; sed et sponte nascitur in asperis et saxosis et in litoribus maris durior nigriorque, folio api.

VIII. 9. Ex his candidam nostri centum capita vocant. 20
Omnes eiusdem effectus, caule et radice in cibos Graecorum receptis utroque modo, sive coquere libeat sive cruda vesci. Portentosum est quod de ea traditur, radicem eius alterutrius sexus similitudinem referre, raram inventu, sed si viris contigerit mas, amabilis fieri; ob hoc et Phaonem Lesbium dilectum a Sappho, multa circa hoc non magorum solum vanitate sed etiam Pythagoricorum. Sed in medico usu 21
praeter supra dicta auxiliatur inflationibus, torminibus, cordis vitiis, stomacho, iocineri, praecordiis in aqua mulsa, lieni in posca, item ex mulsa renibus, stranguriae, opisthotonis, spasmis, lumbis, hydropicis, comitialibus, mulierum mensibus, sive subsidant sive abundent, volvarumque omnibus vitiis. Extrahit infixa corpori cum melle; strumas, paro- 22
tidas, panos, recedentis ab ossibus carnis sanat cum axungia salsa et cerato, item fracturas; crapulas praesumpta arcet, alvom sistit. Aliqui e nostris sub solstitio colligi eam

decocta, V. — *arbitrantur*, R.

§ 19. *aliquando*, V. *aliquanto*, R d $\beta\gamma$. — *stativa*, R. — *sed et*; pro his vv. habet *sed* R, *et* V d. — *et saxosis*, V d. *saxosis*, R. — *et in*, R. *et*, V d. — *nicriorque*, V. — *folia*, R.

§ 20. *modo*, R. *in otio*, V d. — *cocere*, V. — *crudis*, K. — *de ea traditur*, d. *dea traditur*, V. *detara diutur*, R. — *raro*, θ R V T d. — *inventus et*, V d. *inventos et*, R. — *Phaenem*, R. *Pheonem*, V d. — *et Lesbium*, θ R V T d. — *dilectum*, V. *dilectos*, θ R T d. — *multa* et *vanitate*, θ V T d. *multae* et *vanitates*, R $\beta\gamma$.

§ 21. *medico*, R V. *medicinae*, T d. — *inflammationibus*, θ. At v. Dioscor. 3, 21. — *iocinori*, R. — *alieni*, V. — *opisthotonis*, θ T. *opisthotonos*, R V. *opisthotonicis*, d $\beta\gamma$. — *pasmis*, R. — *subsidant*, R d. *subdidant*, V. *subsistant*, K. — *habundent*, V.

§ 22. *exsungia*, V. — *idem*, V. — *crapulas*, R. *crapulam*, V d $\beta\gamma$. — *praesumptam*, V d. — *solistitio*, θ V. — *adalligatam*, d. *adalligatamque*, R V.

§ 23. *quae*, R. — *arcanum*, R. *canum*, V d. Inde *acanum* scripsi, cum vulgo ($\beta\gamma$) *acanon* legatur. — *erygio*, V d. *erygion*, R. — *adscribat*, R. — *et*, R V d. *ac*, $\beta\gamma$.

§ 24. *erygen*, R V. — *eadem*, R V. — *putavere*, R V. *putaverunt*, d $\beta\gamma$. — *et glyzyrrizam*, R. *glyzyrrizam*, V d. — *est*, om. d. — *echinatis*, R. *ecinatis*, V.

iussere. Ex aqua caelesti inponi omnibus cervicis vitiis, oculorum quoque albugines sanare adalligatam tradiderunt.

IX. 10. Sunt qui et acanum eryngio adscribant, spinosam 23
brevemque et latam herbam spinisque latioribus; hanc inpositam sanguinem mire sistere.

11. Alii eryngen falso eandem putavere esse et glycyrri- 24
zam, quare subiungi eam protinus refert. Et ipsa sine dubio inter aculeatas est, foliis echinatis, pinguibus tactuque cumminosis, fruticosa, binum cubitorum altitudine, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis. Praestantissima in Cilicia, secunda Ponto, radice dulci, et haec tantum in usu. Capitur ea vergiliarum occasu, longa ceu vitium; 25
coloris buxei melior quam nigri, quaeque lenta quam quae fragilis. Usus in subditis decoctae ad tertias, cetero ad mellis crassitudinem, aliquando et tunsae, quo genere et volneribus inponitur et faucium vitiis omnibus, item voci utilissimo suco sic ut spissatus est linguae subdito; item thoraci, iocineri. Hac diximus sitim famemque sedari; ob id 26
quidam adipson appellavere eam et hydropicis dedere, ne sitirent. Ideo et conmanducata stomatice est et ulceribus oris inspersa saepe et pterygiis; sanat et vesicae scabiem, renium dolores, condylomata, ulcera genitalium. Dedere eam quidam potui in quartanis drachmarum duarum pondere ex pipere, hemina aquae. Conmanducata sanguinem ex volnere sistit; sunt et qui calculos ea pelli tradiderunt.

recinatis, d. Errorem Plinii post Dalecampium et Salmasium exerc. p. 123. a. G. notavit Bernhardy. encyclop. p. 155. Etenim quod Dioscor. 3, 5. ait: *φύλλα πυκνά, ἐοικότα σχίνῳ*, parum accurate contemplatus Plin. inde *echinatis* fecit, cum *lentisci similia* dicendum esset. — *pinguibus*, V d. *pinnatis*, R. — *tactuque*, om. R. — *cuminosis*, V. *gummosis*, d $\beta\gamma$. Om. R. — *floret*, R. — *platani*, R. *plantani*, V. *plantaginis*, T d. — *magnitudine*, T. — *Scythia*, Pint. — *haec*, θ V T d. *hac*, R β.

§ 25. *Carpitur*, Pint. K. — *ea*, R V d. *a*, Pint. — *longa*, R. *longe*, V d. — *vitium*, R V δ. *vitui*, d. *viti*, β. — *melior quam*, Gronov. *meliorque*, R V T d β. — *nigri*, V T d. *nigra*, R $\beta\gamma$. — *leta quamque*, V. — *subditis*, θ R V d. *linguae subditis*, K. — *decoctae*, θ V T K d. *decocta*, R β. — *tunsae quo*, d. *tunsa aequo*, V. *tusa et quo*, R. — *in linguae*, R. *in lingua*, θ V T d. — *iocinori*, R.

§ 26. *diximus* 11, 284. — *sedatur*, V. — *quidam adipson*, V d. *ipro*, R. — *sitirent*, R. *sisterent*, V d. — *inspergitur*, K. — *pterygiis*, d. *pterycis*, R. *ptericos*, V. — *renium*, R d. *renum*, V $\beta\gamma$. — *dragmarum*, V ut aliquoties. — *ex*, d. *et*, R V $\beta\gamma$. — *pipere*, R V d. *piperis una*, K. — *emine*, R. — *et qui*, V. *qui*, d. *qui et*, R. — *galculos*, R.

X. 12. Tribuli unum genus in hortis nascitur, alterum in 27
fluminibus tantum. Sucus ex iis colligitur ad oculorum medicinas; est enim refrigerantis naturae et ideo utilis contra inflammationes collectionesque; ulcera per se erumpentia et praecipue in ore cum melle sanat, item tonsillas; potus calculos frangit. Thraces qui ad Strymona habitant foliis tribuli equos saginant, ipsi nucleo vivont panem facientes praedulcem et qui contrahat ventrem. Radix caste pureque collecta discutit strumas; semen adalligatum varicum dolores sedat, tritum vero in aquam sparsum pulices necat.

XI. 13. Stoebe quam aliqui pheon vocant decocta in 28
vino praecipue auribus purulentis medetur, item oculis ictu cruentatis, haemorragiae quoque et dysinteriae infusa.

XII. 14. Hippophaes in sabulosis maritimisque nascitur, 29
spinis albis; hederae modo racemosa est, candidis, ex parte rubentibus acinis. Radix suco madet qui aut per se conditur aut pastillis farinae ervi; bilem detrahit obolo ponderis, saluberrime cum mulso. Est altera hippophaes sine caule, sine flore, foliis tantum minutis; huius quoque sucus hydropicis mire prodest. Debent adcommodatae esse et equorum 30
naturae neque ex alia causa nomen accepisse. Quippe quaedam animalium remediis nascuntur, locupleti divinitate ad generanda praesidia, ut non sit mirari satis ingenium eius disponentis auxilia in genera, in causas, in tempora, ut aliis prosit aliud horis diesque nullus prope sine praesidiis reperiatur.

§ 27. *Triboli*, RV semper. V. Dioscor. 4, 15. — *ex iis*, R. *ex his*, V d $\beta\gamma$. *eius*, T. — *medicinas*, R. *medicina*, V. *remedia*, T d. — *in ore*, V d. *odore*, R. — *Thores*, d. — *ad Strymona*, RV. *astrimona*, d. — *foliis*, R. *e foliis*, θ V T d. — *bibunt*, R. — *in*, RV d. *et in*, $\beta\gamma$. — *aquam*, R. *aqua*, V d.

§ 28. *Stybe*, R. — *quem*, V. — *pheon*, d. *phaeon*, V. *peon*, R. *pheum*, codd. Salmas. exerc. p. 279. b. C. *phleon*, Barbar. β. De ipsa planta v. Dioscor. 4, 12. — *decoctam*, R.

§ 29. *Hippophaes*, Dalec. *Hippopaes*, codd. Salmas. exerc. p. 279. a. A. *Hippophes*, R. *Hippopes*, θ V d (alii codd. Salmas.) *Hippophyes*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 141. $\beta\gamma$. — *maritimisque nascitur*, φύεται ἐν παραθαλαττίοις καὶ ἀμμώδεσι τόποις, Dioscor. 4, 159. *maritimis*, V d. *simaritudinis*, R. — *sedere*, R. — *racaemosa*, V. — *ex*, RV d. *et ex*, $\beta\gamma$. — *ervi; bilem*, Murbac. *ervilem*, R. *Haec bilem*, V d $\beta\gamma$. καὶ σὺν ὀροβίνῳ ἀλεύρῳ, Dioscor. — *mulsa*, Murbac. — *altera hippophaes*, ita nos scripsimus. *altera hippopes*, d. *altera hippope*, V β. *hae*, R. *altera hippophyes*, γ. V. Dioscor. 4, 160.

§ 30. *et equorum*, θ RVTd. *equorum*, β. — *alias causas*, R. — *accepisset*, V. — *generanda*, θ RVTd. *gignenda*, K. *gerenda*, β. — *causa*, R. — *aliis*

XIII. 15. Urtica quid esse invisius potest? At illa prae- 31
ter oleum quod in Aegypto ex ea fieri diximus vel plurumis scatet remediis. Semen eius cicutae contrarium esse Nicander adfirmat, item fungis et argento vivo, Apollodorus et salamandris cum iure coctae testudinis, item adversari hyoscyamo et serpentibus et scorpionibus. Quin illa ipsa amaritudo mordax uvas in ore procidentisque volvas et infantium sedes tactu resilire cogit, lethargicos expergisci tactis cruribus magisque fronte. Eadem canis morsibus ad- 32
dito sale medetur, sanguinem trita naribus indita sistit et magis radice; carcinomata et sordida ulcera sale admixto, item luxata sanat et panos, parotidas carnisque ab ossibus recedentis. Semen potum cum sapa volvae strangulatus aperit, profluvia narium sistit inpositum; vomitiones in aqua mulsa sumptum a cena facilis praestat duobus obolis, uno autem in vino poto lassitudines recreat; volvae vitiis tostum ace- 33
tabuli mensura, potum in sapa resistit stomachi inflationibus; orthopnoicis prodest cum melle et thoracem purgat eodem ecligmate et lateri medetur cum semine lini; addunt hysopum et piperis aliquid; inlinitur lieni, difficilem ventrem tostum cibo emollit. Hippocrates volvam purgari poto eo 34
pronuntiat, dolore levari tosto acetabuli mensura, dulci poto et inposito cum suco malvae, intestinorum animalia pelli cum hydromelite et sale, defluvia capitis semine inlito cohonestari.

prosit, θRV. *prosit aliis*, Td. — *aliud*, Gronov. *ab*, θVTd. *atque aliis*, β. Nihil horum habet R.

§ 31. *invisis*, Vd. De ipsa planta v. Dioscor. 4, 192. — *Ad*, Vd. — *diximus* 15, 30. — *cicutae*, d. *sicutae*, V. *sicut et*, R. — *Nicander* alexipharm. 201. coll. Schneid. ad 531. 604. — *fungis in argento*, RVTd. — *salamandra*, R. — *coctae*, RVd. *decoctae*, βγ. — *adversarii*, V. V. Dioscor. eupor. 2, 151. — *serpentium*, RVTd. — *et*, R. Omitt. VTd. — *Quin*, RTd. *que in*, V. — *illa ipsa*, R. *ipsa illa*, Vd. *ipsa*, T. — *expergiscit actis*, V. *experisci actis*, R. *expergiscit tactis*, Tdγ.

§ 32. *sanat luxata*, d. — *paratidas*, R. — *sapu*, R. — *vulvae strangulatus*, Gronov. ad 21, 20. *vulvam strangulantis*, θRV. *vulvam strangulatis*, Td. *vulvas strangulatas*, δ. *vulvas strangulantis*, βγ. — *profluvia*, Rd. *et profluvia*, Vβγ. — *pota*, Rd. — *creat*, d.

§ 33. *inflammationibus*, θ. — *toracem*, RV. — *elegmate*, d. *elegmatae*, V. *et lecmate*, R. — *lateri*, R. *alteri*, Vd. — *hysopum*, R. *hyssopum*, Vβγ. *et hyssopum*, Td.

§ 34. *puto*, R. — *tusto*, V. — *mensura cum dulci*, K. — *pelli*, Vd. *reppellit*, R. — *hydromelite*, d. *hydromelitae*, V. *hydropice*, R. — *cohonestari*, d. *cohenestari*, R. *cohennestari*, δ. *cohosiestari*, V. *coercitari* vel *coerceri*, Gronov.

Articulariis morbis et podagricis plurumi cum oleo vetere aut folia cum ursino adipe trita inponunt; ad eadem radix tunsa cum aceto non minus utilis, item lieni; et cocta in vino discutit panos cum axungia vetere salsa; eadem psilotrum est sicca. Condidit laudes eius Phanias physicus, uti- 35
lissimam cibis coctam conditamve professus arteriae, tussi, ventris destillationi, stomacho, panis, parotidibus, pernionibus, cum oleo sudorem, coctam cum conchyliis ciere alvom, cum tisana pectus purgare mulierumque menses, cum sale ulcera quae serpant cohibere. Suco quoque in usu est; expressus 36
inlitus fronti sanguinem narium sistit, potus urinam ciet, calculos rumpit, uvam gargarizatus reprimit. Semen colligi messibus oportet; Alexandrinum maxume laudatur. Ad omnia haec et mitiores quidem teneraeque efficaces, sed praecipue silvestris illa, et hoc amplius lepras e facie tollit in vino pota. Si quadripes fetum non admittat, urtica naturam fricandam monstrant.

XIV. 16. Ea quoque num quam lamium inter genera earum 37
appellavimus, mitissima et foliis non mordentibus, medetur cum mica salis contunsis incussisque, inustis et strumis, tumoribus, podagris, volneribus. Album habet in medio folio, quod ignibus sacris medetur. Quidam e nostris tempore 38
discrevere genera et autumnalis urticae radicem adalligatam

Articulariis, Rd. *Articularis*, V. *Articularibus*, β. — *vetere*, V. *veteri*, d. *vetera*, R. — *tritum*, d. — *ad*, V. *at*, Rdβγ. — *lini*, Vd. — *et*, om. d. — *veteri*, d. — *est sicca*, RV. *exsiccat*, d.

§ 35. *coctam conditamve*, RV. *conditam coctamve*, θTd. — *anariae*, R. — *ventris*, d. *ventri*, VT. *ventr*, R. — *destillationi*, θRV. *distillationi*, Tdβ. — *sudore cocta*, Vd. — *conquiliis*, V. — *cinere*, R. — *messes*, RV.

§ 36. *Succo*, θVTd. *Sucos*, R. *Succus*, β. — *inlitus*, RVd. *illitusque*, βγ. — *cauculos*, R. — *uva*, d. — *gargarizatur*, d. *gargarissatur*, R. *gargarizatu*, θV. — *mesibus*, V. — *silvestri*, R. — *hoc amplius*, θRVT. *amplius*, dβγ. — *in vino*, RV. *e vino*, Td. *illa in vino pota quae et amplius lepras e facie tollit. Si*, K. — *fraetum*, R. *initium*, K. — *frigandam*, R.

§ 37. *quoque num quam*, Gelen. ad 25, 2. § 10., incertum an e codd., qui tamen similem codicis R scripturam praebuisse videntur. *quoque nnmquam*, R. *quoque quam*, θVTdγ. *quoque quam nos*, K. De particula *num* v. Hand. Tursell. 4, 316. — *limium*, R. — *appellavimus* 21, 93. — *imitissima*, V[1]. *inmitissima*, V[2]. — *incussisque*, Vd (codd. Barbari). *inclusisque*, R. — *iustis*, RV[2]. *iuctis*, V[1]. *iuxtis*, d. — *Alvum*, RV. — *quo*, R.

§ 38. *discribere*, R. — *et autumnalis*, RVTd. *Autumnalis*, βγ. — *radicem adalligatam*, Gronov. *radicem adalligata*, VTd. *radice alligata*, β. *radicem*, R, qui verba *adalligatam* — *urticae radice* omittit. — *tertianis*, V. *tertianas*, Td. — *non cupentur*, V. — *eruatur*, VTd. *eruitur*, βγ. — *dicaturque*, Gronov. d. *dicatur quae*, V. *et dicatur quae et*, β. — *folio*, V. — *liberare*, V. *liberari*, dβ.

in tertianis ita ut aegri nuncupentur, cum eruatur ea radix, dicaturque cui et quorum filio eximatur, liberare morbo tradiderunt; hoc idem et contra quartanas pollere; iidem urticae radice addito sale infixa corpori extrahi, foliis cum axungia strumas discuti vel, si suppuraverint, erodi, conpleri.

XV. 17. Ex argumento nomen accepit scorpio herba; se- 39
men enim habet ad similitudinem caudae scorpionis, folia pauca; valet et adversus animal nominis sui. Est et alia eiusdem nominis effectusque sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habens et inde nomen.

XVI. 18. Leucacantham alii phyllon, alii ischiada, alii 40
polygonaton appellant, radice cypiri, quae conmanducata dentium dolores sedat, item laterum et lumborum, ut Hicesius tradit, semine poto drachmis octo aut suco; eadem ruptis, convolsis medetur.

XVII. 19. Helxinen aliqui perdicium vocant, quoniam per- 41
dices ea praecipue vescantur, alii sideritim, nonnulli parthenium. Folia habet mixtae similitudinis plantagini et marrubio, cauliculos densos, leviter rubentis, semina in capitibus lappaceis adhaerescentia vestibus, unde et helxinen dictam volunt; sed nos qualis vera esset helxine diximus priori libro. Haec autem inficit lanas, sanat ignis sacros et tumores 42
collectionesque omnis et adusta, panos sucus eius cum psimithio et guttura incipientia turgescere, item veterem tussim

— *idem et*, θVTd. *idem*, β. — *radicem*, Vd. — *discuti*, d. *discutit*, RV. — *suppuraverit*, R. — *compleri*, RVd. *complerique*, βγ.

§ 39. *scorpio*, θVTd. *scorpios*, R. *scorpius*, β. V. Theophr. hist. plant. VI. 4, 2. et Dioscor. 4, 192. — *habet et similitudinem*, R. *habet et ad similitudinem*, Vd. — *nomen animalis*, RVd. Num Plin. *nominis animal* scripsit? — *effectusque*, Vd. *effectus eius*, R. — *asperge*, R.

§ 40. *Leucacantam*, R. *Leuchantham*, d. *Lecachantem*, V. — *altii*, R. — *phyllon*, Hard. e Dioscor. 3, 19. *pymon*, R. *phimum*, θV. *phinion*, d. *phyllion*, β. — *iscada*, R. *schada*, Vd. — *polycomaton*, V. — *cypiri*, θV. *cypirit*, R. *cypri*, d. *cyperi*, βγ. — *commanducat*, R. — *dolores*, θRVd. *dolorem*, β. — *eadem*, RVTd. *eademque*, β. — *convulsis*, RVd. *convulsisque*, T. *et convulsis*, K.

§ 41. *Helixinen*, R. — *sideritim*, ita nos scripsimus. *sideritin*, βγ, Dioscor. 4, 86. *sideritem*, θVd. *siderite*, R. *sideriten*, T. — *marruvio*, RV. — *adhaerescentia*, θVTd. *adnerescentia*, R. *adhaerentia*, βγ. — *helxinen*, d. *helxinem*, Vβγ. *helexineti*, R. — *vera*, om. K. — *helxine*, Vd. *helexine*, R. *ixine*, K. — *dicimus*, R. — *priori*, RV. *proximo*, Td. Vid. 21, 96.

§ 42. *omnis* — *psimithio et*, om. R. — *eius*, V. Omitt. dγ. — *psimithio*, ita nos scripsimus. *psinithio*, V. *psinthio*, d. *psimmythio*, βγ. Huic voci subiicit verba *ignes sacros humores collectiones* d, *ignes sacros, tumores collectionesque* β, omitt. RVTγ.

cyatho hausto et omnia in umido, sicut tonsillas et varices cum rosaceo; inponitur et podagris cum caprino sebo ceraque Cypria.

20. Perdicium sive parthenium, — nam sideritis alia est, — ab 43
nostris herba urceolaris vocatur, ab aliis astercum, folio similis ocimo, nigrior tantum, nascens in tegulis parietinisque. Medetur cum mica salis trita iisdem omnibus quibus lamium et eodem modo, item vomicae calfacto suco pota, sed contra volsa, rupta lapsusque et praecipitia aut vehiculorum eversiones singularis. Verna carus Pericli Atheniensium principi, 44
cum is in arce templum aedificaret repsissetque super altitudinem fastigi et inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus monstrata Pericli somnio a Minerva, quare parthenium vocari coepta est adsignaturque ei deae. Hic est vernula cuius effigies ex aere fusa est et nobilis ille splanchnoptes.

XVIII. 21. Chamaeleonem aliqui ixiam vocant. Duo genera 45
eius: candidior asperiora habet folia, serpit in terra echini modo spinas erigens, radice dulci, odore gravissimo. Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum, maxume circa canis ortum, quo modo tura nasci dicuntur, unde et ixia appellatur; hac mastiche utuntur mulieres. Quare et chamaeleon vocetur, varietate foliorum evenit; mutat enim cum terra colores, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus atque aliis coloribus. Ex his candidus hydro- 46

cyato, R. *ciato*, V. *quiata*, d. — *in humido*, R. *ut in umido*, θ V T d. — *varices*, R. *arietes*, V d (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 74.) *aurium dolores*, Cornar. — *sebo*, R V. *sevo*, d β γ. — *Cypiria*, V.

§ 43. *nam*, V d. *sive nam*, R. — *ab nostris*, θ V d. *a nostris*, R β γ. — *urcheolaris*, V. — *astercum*, T (in ind. h. l. R T d). *altercum*, θ R V. *astericum*, d β γ. *abstergum*, Salmas. de hyle p. 10. b. G. — *ocimo*, R. *ocimis*, θ V T. *ocimus*, d. — *mica salis*; pro his vv. habent *medica salis* V d, *medicas aliis* R. — *tritam isdem*, V. — *calefacto*, V [2]. — *pota, sed*, V T d. *potas et*, R. *potu sed*, θ γ. *pota. Et*, β. — *volsa*, θ R V T d. *hulcera*, β γ. — *praecipiti aut*, R V. *praecipitatus*, d. — *vehicolorum eversionis*, V.

§ 44. *Verna*, θ R V T d. *Vernula*, β. — *Pericli*, R T d. *periculi*, V. — *his*, V. — *arche*, V. — *repsitque*, V. *repsisque*, d. *reptisque*, R. — *inde*, V d. *ante*, R. — *haec*, V. — *Pericli*, R. *periculi*, V. *periculis*, d. — *somnio*, R V. *omnino*, d. — *fusa*, d. *effusa*, V. *fussas*, R. — *nobilis ille*, R d. *nobilis iluae*, θ. *nobili silvae*, V. — *splanchnoptes*, R. *spanchinoptes*, d. *spachinoptes*, θ. *spacchinoptes*, V.

§ 45. *Chamaeleon*, d. Ceterum v. Theophr. hist. plant. IX. 12, 1. et Dioscor. 3, 8. — *ixion*, R V d. — *habet folia*, R V d. *folia habet*, β γ. — *terra echini*, V d. *terrecinis*, R. — *gravissimo*, R. *gravi*, θ V T d. — *in locis*, V d. *locis*, R. — *viscum*, R d. *suis cum*, V. — *exia*, R V d. — *hac mastiche*, θ. *haec mastice*, R. *has mastiche*, V. *hac et mastiche*, T. *has et mastiche*, d. *hoc ut mastiche*, Barbar. β γ.

picos sanat suco radicis decoctae; bibitur drachma in passo. Pellit et interaneorum animalia acetabuli mensura suci eiusdem in vino austero cum origani scopis; facit ad difficultatem urinae. Hic sucus occidit et canes suesque in polenta; addita aqua et oleo contrahit in se muris ac necat, nisi protinus aquam sorbeant. Radicem eius aliqui concisam servari iubent funiculis pendentem decocuntque in cibo contra fluctiones quas Graeci rheumatismos vocant. Ex nigris aliqui 47
marem dixere cui flos purpureus esset, et feminam cui violaceus. Una nascuntur caule cubitali, crassitudine digitali. Radicibus earum lichenes curantur cum sulphure et bitumine una coctis, conmanducatis vero dentes mobiles aut in aceto decoctis. Suco scabiem et quadripedum sanant. Et ricinos canum necat, iuvencos quoque anginae modo, quare a quibusdam ulophonon vocatur et cynozolon propter gravitatem odoris. Ferunt et haec viscum ulceribus utilissimum; omnium autem generum eorum radices scorpionibus adversantur.

XIX. 22. Coronopus oblonga herba est cum fissuris; se- 48
ritur interim, quoniam radix coeliacis praeclare facit in cinere tosta.

XX. 23. Et anchusae radix in usu est, digitali crassitudine. Finditur papyri modo manusque inficit sanguineo colore, praeparat lanas pretiosis coloribus; sanat ulcera in cerato, praecipue senum, item adusta. Liquari non potest in aqua, oleo dissolvitur, idque sincerae experimentum est.

— *vocatur*, d. — *illic*, R V. *hic*, d. — *aliubi*, R V. *alibi*, d. — *aliubi croceus*, R. Omitt. V d.

§ 46. *et drachma*, K. Ceterum v. Dioscor. 3, 8. — *mensura*, d. Omitt. R V. — *scopiis*, V. — *facit ad*, *πρὸς δυσουρίαν τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πίνεται*, Dioscor. *facit*, θ V d. *facti*, R. — *et canes*, θ R V d. *et panos in polenta et canes suesque addita*, T. *canes*, β. *urinae panosque hic succus. Occidit et canes, sues muresque in polenta addita*, Pint. — *in polenta*, om. d. — *aquam*, R d. *quam*, V. — *decoquentque*, R V. *decoquique*, T d. — *fluctiones*, R V. *fluxiones*, d β γ. — *rheumatismus*, R V. *cirreumatismos*, d.

§ 47. *est*, R. — *et feminam*, d. *effeminam*, R. *feminam*, V. — *cui*, V d. *cuinam*, R. — *Una nascuntur*, R. *et una nascuntur*, θ V T d. *Uno nascuntur*, β γ. — *Radicibus earum*, Dioscor. 3, 9. — *et quadripedum*, R V d. *etiam quadrupedum*, β γ. — *necat*, V. *negat*, R. *necant*, d β γ. — *iuvencos*, θ V T d. *iuvencas*, R β. *sanant, in iuvencisque anginae morbum et ricinos canum necant, quare*, K. — *ulophonon*, notha ap. Dioscor. 3, 9. *ulophiton*, V T. *ulophilon*, d. *olopylon*, R. *ulophitum*, θ. *buphonon*, Sipontin. ap. Gesner. hist. anim. 1, 167. — *est et*, R V d. — *cynozolon*, R. *cynozialon*, d. *cynosialon*, θ V. — *hae*, Dalec.

§ 48. *coeliacis*, d. *cocleacis*, V. *coquiliacis*, R. Ceterum v. Dioscor. 2, 157. — *ancusae*, R semper. V. Dioscor. 4, 23. — *praeciosis*, V uti plerumque.

Datur et ad renium dolores drachma eius potui in vino aut, 49
si febris sit, in decocto balani, item in iocinerum vitiis et lienis et bile subfusis; lepris et lentigini inlinitur ex aceto. Folia trita cum melle et farina luxatis inponuntur et pota drachmis duabus in mulso alvom sistunt. Pulices necare radix in aqua decocta traditur.

24. Est et alia similis pseudoanchusa ob id appellata, a 50
quibusdam vero echis aut doris et multis aliis nominibus, lanuginosior et minus pinguis, tenuioribus foliis languidioribus. Radix in oleo non fundit rubentem sucum et hoc ab anchusa discernitur. Contra serpentis efficacissima potu foliorum vel seminis; folia ictibus inponuntur, virus serpentis fugat. Bibitur et propter spinam. Folium eius sinistra decerpi iubent magi et cuius causa sumatur dici tertianisque febribus adalligari.

XXI. 25. Est et alia herba proprio nomine onochilon quam 51
aliqui anchusam vocant, alii archebion, alii onochelim, aliqui rhexiam, multi enchrysam, parvo frutice, flore purpureo, asperis foliis et ramis, radice messibus sanguinea, cetero nigra, in sabulosis nascens, efficax contra serpentis maxumeque viperas et radice et foliis, aeque cibo ac potu. Viris habet messibus; folia trita odorem cucumeris reddunt. Datur in 52
cyathis tribus volva procidente; pellit et taenias cum hysopo, et in dolore renium aut iocineris ex aqua mulsa, si febris sit,

§ 49. *renium*, Rd. *renum*, V $\beta\gamma$. — *potū*, R. — *in iocinerum*, R. *iocinerum*, VTd. — *lienis*, R. *lieni*, VTd. — *bilem*, d. — *lentiginis*, R. *lentigines*, Vd. — *pota*, V[1]d. *potatur*, RV[2]. — *drachmas*, R. — *mulso*, Vd. *fulgo*, R.

§ 50. *Est et*, Vd. *Et est*, R. De hac planta v. Dioscor. 4, 27. — *pseudoanchusa*, Vd. *pseudoancus*, R. *pseudanchusa*, β. — *a*, Vd. *et*, R. — *echis*, θVTd. *et his*, R. *echion*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 23. *enchusa*, β. — *doris*, d. *odoris*, RV. — *languidioribus*, RVd. *et languidioribus*, $\beta\gamma$. — *in oleo*, θ. *in oleum*, VTd (Murbac.) *oleum*, Rβ. — *rubentem*, θRVTd. *sed rubentem*, β. — *potu*, d. *potū*, R. *potum*, V. — *virus serpentes*, RV (Murbac.) *virus serpentium*, d$\beta\gamma$. — *spinae*, RVd. — *magici cuius*, R. — *adalligari*, θRVTd. *alligari*, β.

§ 51. *Est et*, R. *Est*, Vd. V. Theophr. hist. plant. VII. 10, 3. et Dioscor. 4, 24. — *onochilon*, θRVTd. *onochelos*, codd. Barbari. *onochiles*, $\beta\gamma$. — *archebion*, RVTd. *arcebon*, θ. *archelion*, codd. Barbari. *arcebion*, $\beta\gamma$. *archibelion*, Barbar. — *onochelim*, Rd. *onocholin*, V. *onochilon*, θ. — *aliqui*, Vd. *alii*, R. At v. ad 33, 101. — *rhexiam*, d. *rexiam*, V. *raxian*, R. — *enchrysam*, codd. indicis. *enichrysam*, V. *enichrisam*, θ. *encrisam*, T. *enecrisam*, d. *enchysam*, R. *enchusam*, codd. Barbari, β. — *foliis*, Vd. *floris*, R. — *fabulosis*, V. — *odore*, V. — *cuccumeris*, R.

sin aliter, e vino bibitur. Lentigini ac lepris radix inlinitur; habentes eam a serpentibus feriri negantur. Est et alia huic similis flore rubro, minor et ipsa ad eosdem usus, tradunt-que conmanducata ea si inspuatur mori serpentem.

26. Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. 53 Aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii eranthemida, quoniam vere floreat, alii chamaemelon, quoniam odorem mali habeat; nonnulli melanthion vocant. Genera eius tria flore tantum distant, palmum non excedentia, parvis floribus rutae, candidis aut malinis aut purpureis. In macro solo aut iuxta semitas colligitur vere et in coronamenta reponitur; eodem tempore et medici folia tunsa in pastillos digerunt, item florem et radicem. Dantur omnia mixta drachmae unius 54 pondere contra serpentium omnium ictus; pellunt mortuos partus, item menstrua in potu et urinam calculosque. Inflationes, iocinerum vitia, bilem subfusam, aegilopia conmanducata, ulcerum eruptiones manantis sanat. Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est quae florem purpureum habet, cuius et foliorum et fruticis amplitudo maiuscula est; hanc proprie quidam eranthemim vocant.

27. Loton qui arborem putant tantum esse vel Homero 55 auctore coargui possunt; is enim inter herbas subnascentis deorum voluptati loton primam nominavit. Folia eius cum melle oculorum cicatrices, argema, nubeculas discutiunt.

§ 52. *cyatis*, R. — *procedente*, R. — *taenias*, *θ*. *tenias*, Rd. *teneas*, V. *tineas*, *βγ*. — *hysopo*, RV. *hyssopo*, d*βγ*. — *renium*, RV. *penium*, Td. *plenium*, *θ*. *renum*, *βγ*. — *iocinoris*, R. — *si*, Rd. *in*, V. — *e vino*, *θ*RVTd. *ex vino*, *βγ*. — *ac*, RV. *aut*, Td. — *inspuat*, Vd. *ins tra . at*, R.

§ 53. *leuchamtemmida*, V. De ipsa planta v. Dioscor. 3, 144. — *leuchantemum*, V. — *eranthemida*, Barbar. *erathemida*, Rd. *arathemida*, V. *eranthemon*, altera Barbari coniectura, *βγ*. — *floreant*, R. — *chamaemelon*, d. *chamaemilon*, *θ*. *chememelon*, V. *cumemelon*, R. — *melanthion*, *θ*RVTd. *melanthemon*, *βγ*. — *flore*, d. *fronde*, *θ*RV. *ταύτης εἴδη τρία ἄνθεσι μόνον διαφέροντα*, Dioscor. — *parvis*, *θ*RVTd. *parvisque*, *βγ*. — *floribus*, d. *foliis*, *θ*RVT. At v. Dioscor. — *rutae*, *θ*RVT. *ut rutae*, d*βγ*. — *candidi*, R. — *malinis*, *θ*RVTd. *melinis*, *βγ*. — *colligi*, R. — *coronamentis*, d.

§ 54. *omnium*, omitt. V*δ*. — *pellunt*, RV*δ*. *pellit*, d*βγ*. — *cauculosque*, R. — *Inflammationes*, d. — *aegilopiam*, Vd. — *iis*, R. — *cauculos*, R. — *maiuscula*, Vd. *et maiuscula*, R. — *eranthemim*, *θ*RV. *eranthemum*, d. *eranthemon*, *βγ*.

§ 55. *Homero* Iliad. *ξ*, 348. et Odyss. *δ*, 602. — *possint*, R. — *his*, V. — *dearum*, R. — *cicatrices*, Vd. *cicer*, R. — *arcema*, R. — *nubeculas*, d. *nu//culas*, V (duabus litteris erasis). *niculas*, R.

28. Est et lotometra quae fit ex loto sata, ex cuius semine 56
simili mili cibarii fiunt panes in Aegypto a pastoribus, maxume aqua vel lacte subacto. Negatur quicquam illo pane salubrius esse aut levius dum caleat; refrigeratus difficilius concoquitur fitque ponderosus. Constat eos qui illo vivant nec dysinteria nec tenesmo neque aliis morbis ventris infestari; itaque inter remedia eorum habent.

29. Heliotropi miraculum saepius diximus cum sole se cir- 57
cumagentis etiam nubilo die; tantus sideris amor est; noctu velut desiderio contrahit caeruleum florem. Genera eius duo: tricoccum et helioscopium; hoc altius, — quamquam utrumque semipedalem altitudinem non excedit, — ab ima radice ramosum; semen in folliculo messibus colligitur; nascitur nonnisi in pingui solo cultoque maxume, tricoccum ubique. Si decoqua- 58
tur, invenio cibis placere et in lacte iucundius alvom molliri et, si decocti sucus bibatur, efficacissime exinaniri. Maioris sucus excipitur aestate hora sexta; miscetur cum vino, sic firmior; capitis dolores sedat rosaceo admixto. Verrucas cum sale tollit sucus e folio, unde nostri verrucariam herbam appellavere aliis cognominari effectibus digniorem. Namque et 59
serpentibus et scorpionibus resistit ex vino aut aqua mulsa, ut Apollophanes et Apollodorus tradunt. Folia infantium destillationibus, quod siriasim vocant, inlita medentur, item contractionibus, etiam si id comitialiter accidat. Decocto quoque foveri os saluberrimum est. Potum id pellit taenias et renium harenas; si cuminum adiciatur, calculos frangit. De-

§ 56. *lothometras*, R. *lotos hemera*, Cornar. ad Dioscor. 4, 97. — *simili mili cibarii*, ita nos scripsimus. *simillimi porri*, V (sed ante *p* una littera erasa videtur). *simillime porri*, R. *simillimo porri*, θ T d γ. *simili milio*, β, quod confirmatur per ipsius Plinii verba 13, 107. *intus grana ceu milium*, Theophr. hist. plant. IV. 8, 10. *ἔστι δὲ ὁ καρπὸς παρόμοιος τῇ κέγχρῳ*, et Dioscor. 4, 112. *ἐν ᾗ καρπὸς ὡς κέγχρος*. Scriptura vulgo (γ) recepta ineptissima est, licet Hard. rem eodem recidere asseveret. *Cibarius panis*, ut verbis utar Isidori origg. XX. 2, 15., *est, qui ad cibum servis datur, nec delicatus*, coll. Plin. 18, 90. et Cic. quaestt. Tusc. V. 34, 97. Talem vero panem vulgarem h. l. intelligendum esse docent et verba *a pastoribus*, quibus optime respondent Ciceroniana *in casa* et ea, quae ipse Plin. 13, 108. de hoc pane e loto facto narrat. Vulgarem illum panem esse et delicatioribus hominibus contemptum, ei non obstat, quod statim medicae eius laudes celebrantur. — *subactio*, R V. — *quiquam*, R V. — *dum*, V d. *cum*, R. — *ventri*, V. — *habent*, V. *habentur*, R. *bntur*, d. *habetur*, $\beta\gamma$.

§ 57. *diximus* 2, 109. 18, 252. De ipsa planta v. Dioscor. 4, 190. — *se*, om. d. *saepe*, R V. — *tantus*, V. *tantū*, R. *tantum*, θ d. — *amor est*, R V T. *amorem*, d. — *noctu*, R V. *et noctu*, T d. *noctu vero*, K. — *contrahit*, θ R V T d. *contrahi*, $\beta\gamma$. — *uma*, θ R V d. — *mensibus*, V. — *mulsoque*, R.

coqui cum radice oportet quae cum foliis et hircino sebo podagris inlinitur. Alterum genus quod tricoccum appellavi- 60
mus et alio nomine scorpiuron vocatur, foliis non solum minoribus sed etiam in terram vergentibus; semen ei est effigie scorpionis caudae, quare nomen. Vis ad omnia venenata et phalangia, sed contra scorpiones praecipue inlita; non feriuntur habentes, et si terram surculo heliotropi circumscribat aliquis, negant scorpionem egredi, inposita vero herba aut uda omnino respersum protinus mori. Seminis grana quattuor pota quartanis prodesse dicuntur, tria vero tertianis, vel si herba ipsa ter circumlata subiciatur capiti. Semen et 61
venerem stimulat, cum melle panos discutit; verrucas hoc utique heliotropium radicitus extrahit et excrescentia in sedibus. Spinae quoque ac lumborum sanguinem conruptum trahit inlitum semen et potum in iure gallinacii decoctum aut cum beta et lente. Cortex seminis liventibus colorem reddit. Magi heliotropium quartanis quater, in tertianis ter adligari iubent ab ipso aegro precarique eum soluturum se nodos liberatum et facere non exempta herba.

30. Aliud adianto miraculum: aestate viret, bruma non 62
marcescit, aquas respuit, perfusum mersumve sicco simile est, — tanta dissociatio deprehenditur, — unde et nomen a Graecis, alioqui frutici topiario. Quidam callitrichon vocant, alii polytrichon, utrumque ab effectu; tinguit enim capillum et ad hoc decoquitur in vino cum semine api, adiecto oleo copiose ut crispum densumque faciat, et defluere autem pro-

§ 58. *decoquantur*, RV. — *iocundius*, V. — *cum vino*, RV. *cumino*, d.

§ 59. *Apollophanes et*, Rd. *Apollophanes*, *β*. Om. V. — *destillationibus*, V. *distillationibus*, d. *et destillationibus*, R. — *sisiasim*, R. — *accidant*, V. — *os*, Dalec. Rd. *eos*, V*β*. — *taenias*, *θ*RVTd. *tineas*, *βγ*. — *renium*, RVd. *renum*, *βγ*. — *sebo*, *θ*VT. *sevo*, Rd*βγ*.

§ 60. *scorpion*, d. V. Dioscor. 4, 191. — *quare*, RVd. *quare ei*, *βγ*. — *Visa*, R. — *sed*, *θ*RVTd. *et*, *β*. — *circumscribant*, R. — *negat*, V. — *uda*, R (codd. Gel.) Omitt. Vd. — *Semini*, R. — *grana* — *tertianis*, R. Omitt. Vd. — *ipsa*, Rd (codd. Gel.) Om. V. — *capi*, R.

§ 61. *verrucas*, Vd. *verricas*, R. *et verrucas*, *βγ*. — *Spinae quoque*, Rd. *hispane quoquae*, V. — *potum*, Rd. *potum inlitum*, V. — *decoctum*, Vd. *dectum*, R. — *seminis*, *θ*RVTd. *vero*, *β*. — *eum*, Vd. *cum*, R. — *se*, d. *se cum*, V. — *liberatum*, RVd. *et liberandum*, codd. Barbari. — *facere*, RVd. *ita facere*, codd. Barbari, *βγ*.

§ 62. *marcescit*, RVd. *maturescit*, *β*. V. Theophr. hist. plant. VII. 14, 1. et Dioscor. 4, 134. 135. — *polytricum*, RVd. — *utrumque ab*, Rd. *utrumque est ab*, *θ*VT. — *copiose*, d. *copiosū*, R. *copiosum*, V. — *et defluere*, RVd. *defluere*, *βγ*.

hibet. Duo eius genera: candidius et nigrum breviusque. 63
Id quod maius est, polytrichon, aliqui trichomanes vocant.
Utrique ramuli nigro colore nitent, foliis felicis, ex quibus
inferiora aspera ac fusca sunt, omnia autem contrariis pedi-
culis densa ex adverso inter se, radix nulla. Umbrosas pe-
tras parietumque aspergines ac fontium maxume specus se-
quitur et saxa manantia, quod miremur, cum aquas non
sentiat. Calculos e corpore mire pellit frangitque, utique 64
nigrum, qua de causa potius quam quod in saxis nasceretur
a nostris saxifragum appellatum crediderim. Bibitur e vino,
quantum terni decerpsere digiti. Urinam cient, serpentium
et araneorum venenis resistunt, in vino decocti alvom sistunt.
Capitis dolores corona ex iis sedat. Contra scolopendrae
morsus inlinuntur, crebro auferendi ne perurant; hoc et in
alopeciis. Strumas discutiunt furfuresque in facie et capitis
manantia ulcera. Decoctum ex his prodest suspiriosis et 65
iocineri et lieni et felle subfusis et hydropicis. Stranguriae
inlinuntur et renibus cum apsinthio, secundas cient et men-
strua, sanguinem sistunt ex aceto aut rubi suco poti. Infan-
tes quoque exulcerati perunguntur ex iis cum rosaceo et
vino prius. Folium in urina pueri inpubis, tritum quidem
cum aphronitro et inlitum ventri mulierum, ne rugosus fiat
praestare dicitur. Perdices et gallinacios pugnaciores fieri
putant in cibum eorum additis pecorique esse utilissimos.

XXII. 31. Picris ab insigni amaritudine cognominatur, 66
ut diximus, folio rotundo; tollit eximie verrucas. Thesium

§ 63. *eius genera*, R. *genera eius*, V. *genera*, d. — *breviusque*, V d. *veriusque*, R. — *polycyon*, R. — *aliqui*, θ R V T d (codd. Salmas. exerc. p. 912. b. D.) *aliud*, β. — *nitent*, V¹ d (codd. Barbari). *item*, R V². — *felicis*, R V. *filicis*, d β γ. — *in quibus*, Dalec. — *ac*, om. R. — *omnia*, R V d. *trichomani*, Dalec. — *ex adverso inter se*, R. *inter se ex adverso*, V d β γ. — *sequuntur*, Dalec. — *miramur*, d. — *sentiant*, Dalec. R.

§ 64. *mire pellit*, R d. //*repellit*, V duabus litteris erasis. — *frangique*, R. — *quantum*; pro h. v. habent *quam cum* R V d. — *digiti*, R V. *dicit*, d. — *decocta*, Dalec. — *Dolores capitis*, d. — *ex iis*, R. *ex his*, V d β γ. — *auferenda*, K. — *perurant*, Gronov. *perunt*, R V. *perareant*, K. *pereant*, d β.

§ 65. *ex his*, V d. *iis*, R. — *iocineri et lieni*, d. *iocineri lienis*, V. *iocineris lienis*, R. — *et hydropicis*, R d. *hydropicis*, V. — *absintho*, R. — *rubis*, d. — *pota*, Dalec. — *ex his*, θ. — *Folium in*; pro his vv. habent *Folii* R V d. — *aphonitro*, R. *afonitrio*, V. *aphronitrio*, d. — *ne*, V d. *e*, R. — *purgatiores*, θ ρ φ ap. Gronov. ad 21, 21. — *utilissima*, Dalec.

§ 66. *diximus* 21, 105. — *folio rotundo*, R V d. *rotundo folio*, β γ. — *The-*

quoque non dissimili amaritudine est; purgat alvom, in quem usum teritur ex aqua.

32. Asphodelum de clarissimis herbarum, ut quod heroum 67
aliqui appellaverint, Hesiodus et in fluviis nasci dixit, Dionysius marem ac feminam esse; defectis corporibus et phthisicis constat bulbos eius cum tisana decoctos aptissime dari panemque ex iis cum farina subactis saluberrimum esse. Nicander et contra serpentis ac scorpiones vel caulem quem anthericum vocavimus vel semen vel bulbos dedit in vino tribus drachmis substravitque somno contra hos metus. Datur et contra venenata marina et contra scolopendras ter- 68
restris. Cocleae mire in Campania caulem eum persecuntur et sugendo arefaciunt. Folia quoque inlinuntur venenatorum volneribus ex vino, bulbi nervis articulisque cum polenta tunsi inlinuntur. Prodest et concisis ex aceto lichenas fricare, item ulceribus putrescentibus ex aqua inponere, mammarum quoque et testium inflammationibus. Decocti in faece 69
vini oculorum epiphoris supposito linteolo medentur. Fere in quocumque morbo magis decoctis utuntur, item ad tibiarum taetra ulcera rimasque corporum quacumque in parte farina arefactorum. Autumno autem colliguntur, cum plurumum valent. Sucus quoque ex tunsis expressus aut decoctus utilis fit corporis dolori cum melle, idem odorem corporis iucundum adfectantibus cum iri arida et salis exiguo. Folia 70
et supra dictis medentur et strumis, panis, ulceribus in facie decocta in vino. Cinis e radice alopecias emendat et rimas

sium, v. Theophr. hist. plant. VII. 12, 3. — *est*, VT. *est sed*, Rd$\beta\gamma$. — *purgata*, V.

§ 67. *ut quod*, RVT. *quod*, d. *quam*, $\beta\gamma$. De ipsa planta v. Dioscor. 2, 199. — *heroum*, T. *heroneon*, Rdγ. *hereneon*, V. *heroin*, β. — *appellaverint*, RV. *appellaverunt*, Td$\beta\gamma$. — *fluviis*, RTd. *silvis*, V$\beta\gamma$. — *Dionysium*, V. — *phthisicis*, Vd. *ptisis*, R. — *decoctis*, R. — *iis*, R. *his*, Vd$\beta\gamma$. — *Nicander* theriac. 534. — *et*, Rd. *e*, V. — *anthericum*, RVd. *anthericon*, $\beta\gamma$. — *vocavimus* 21, 109.

§ 68. *Coclae mirae*, V. — *Campaniam*, V. — *caulem*, d. *calem*, R. *caule*, V. — *venenatarum*, RVd. — *articulosque*, V[2]. — *tunsi*, Rd. *tussi*, V. *tusi*, $\beta\gamma$. — *fricari*, d. — *ponere*, R. — *inflammationi*, θd.

§ 69. *Decoctis*, d. — *Fere*, RVTd (codd. Gel.) *Foliis*, r. — *magis decoctis*, RV. *magis decoctis medici*, dγ. *magis medici nodis*, T. *decoctis magis medici*, β. — *arefacturum*, R. — *valenti*, V. — *ex tusis*, T. *et tussis*, RV. *et tusis*, d. *tusis*, $\beta\gamma$. *thyrsis*, r. — *decoctus*, V[2]. *decoctis*, RV[1]d$\beta\gamma$. — *odorem*, d. *dolorem*, RV. — *defectantibus*, V.

§ 70. *et*, RVd. *etiam*, $\beta\gamma$.

pedis, decoctae radicis in oleo sucus perniones et ambusta, et gravitati aurium infunditur, a contraria aure in dolore dentium. Prodest et urinae pota modice radix et menstruis et lateris doloribus, item ruptis, convolsis, tussibus drachmae pondere in vino pota; eadem et vomitiones adiuvat conmanducata; semine sumpto turbatur venter. Chryser- 71
mus et parotidas in vino decocta radice curavit, item strumas admixta cachry ex vino. Quidam aiunt, si inposita radice pars eius in fumo suspendatur quartoque die solvatur, una cum radice arescere strumam. Sophocles ad podagras utroque modo, cocta crudaque, usus est; ad perniones decoctam ex oleo dedit et subfusis felle in vino et hydropicis. Venerem quoque concitari cum vino et melle perunctis aut bibentibus tradidere. Xenocrates et lichenas, psoras, lepras 72
radice in aceto decocta tolli dicit, item si cocta sit cum hyoscyamo et pice liquida, alarum quoque et feminum vitia, et capillum crispiorem fieri, raso prius capite, si radice ea fricetur, Simus lapides renium in vino decocta potaque eximi; Hippocrates semine ad inpetus lienis dari censet. Iumentorum quoque ulcera ac scabiem radix inlita aut decoctae sucus ad pilum reducit; mures eadem fugantur, caverna praeclusa moriuntur.

pedis, ita nos scripsimus. *pedisque*, RVd. *pedum*, $\beta\gamma$. — *decocta*, R. — *suco*, R. — *ambusta*, Rdϑ. *ambustae*, V. — *et*, Rdϑ. *et ad*, $\beta\gamma$. Nihil horum habet V. — *gravitati*, ita nos scripsimus. *gravitate*, R. *gravitatem*, Vd$\vartheta\beta\gamma$. *et ambustae gravitatem*, Gronov. — *et a contraria*, Dalec. — *ex menstruis*, V. — *potata*, d.

§ 71. *Chrysermus*, V[1]. *Chryserimus*, V[2]. *Chryserinus*, R. *Cysermus*, d. — *eius*, Vd. *eius si*, R. — *quartoque*, θRVTd. *et quarta*, β. — *Sophocles*, d (?). *Socles*, θV. *Socres*, R. *Socrates*, $\delta\vartheta\rho\varphi$. *Diocles*, Gronov. Verum quidem est Plinium in indicibus librorum XXII—XXVI. Sophoclis auctoritatem prae se ferre, at non minus verum eum in ipsis naturalis historiae libris praeter hunc unum locum, ubi nemo certe de poeta tragico cogitabit et ubi ipsa scriptura valde incerta est, nullo eius testimonio uti. Iam dicas fortasse nomen poetae a Plinio, quod saepe in aliis auctoribus factum esse scimus, suppressum fuisse, sententiam eius aliquam laudatam; at id de medico aliquo vel physico inferioris ordinis statuerem, in Sophocle, Homero et aliis eiusdem loci poetis res aliter se habet; v. modo 21, 153. Hinc h. l. Gronovii sententiae accedo; quod vero ad indices attinet, librorum supra dictorum indices non leves interpolationes expertos esse censeo; nimis sunt sibi similes et eadem nomina auctorum Romanorum et externorum ubique eodem ordine recurrunt, quod in indicibus ceterorum librorum, ubi similis repetitionis vera causa erat ut in geographicis, non factum esse videmus. De auctoribus medicis in hisce libris medicis talem repetitionem facilius fero. — *pernitiones decocta*, V. — *concitare*, R. — *tradidere*, θRV. *tradiderunt*, dβ.

33. Asphodelon ab Hesiodo quidam halimon appellari exi- 73
stumavere, quod falsum arbitror; est enim suo nomine halimon, non parvi et ipsum erroris inter auctores. Alii enim fruticem esse dicunt densum, candidum, sine spina, foliis oleae sed mollioribus, coqui haec ciborum gratia, radice tormina discuti drachmae pondere in aqua mulsa pota, item rupta, convolsa. Alii olus maritimum esse dixere salsum et 74
inde nomen, foliis in rotunditatem longis, laudatum in cibis; duorum praeterea generum, silvestre et mitius; utrumque prodesse dysintericis etiam exulceratis cum pane, stomacho vero ex aceto; ulceribus vetustis inlini crudum et volnerum recentium inpetus lenire et luxatorum pedum ac vesicae dolores; silvestri tenuiora folia, sed in eisdem remediis effectus maiores et in sananda hominum ac pecorum scabie; prae- 75
terea nitorem corpori fieri dentibusque candorem si fricentur radice ea, semine linguae subdito sitim non sentiri; hoc quoque mandi et utraque etiam condiri. Crateuas tertium quoque genus tradidit longioribus foliis et hirsutioribus, odore cupressi, nasci sub hedera maxume, prodesse opisthotonis, contractionibus nervorum tribus obolis in sextarium aquae.

§ 72. *lichenas psoras lepras*, R V *δϑφ*. *lichenas psoras et lepras*, T d. *lichenas et psoras*, *β*. — *cocta sit cum*; pro his vv. habent *coccum* R V d. — *et capillum*, R d. *capillus*, V, sed ante h. v. una vel duabus litteris erasis. — *Timon*, *θ* R V T d *ϑ*. *Halimon*, *δρφ*. — *renium*, R V d *δϑρφ*. *renum*, *β*. — *decocta potaque*, V T d. *potaque decoctaque*, R. *decocta atque pota*, *βγ*. — *eximi*, R V T. *eximit*, d *βγ*. *eximitur*, *ϑ*. — *semine*, *θ* R V d. *semen eius*, *βγ*. — *decocta*, R V d. — *mures*, R V T d. *Mures etiam*, *βγ*.

§ 73. *Haspodelum*, V. — *Hesiodo*, v. Proclus ad Hesiod. op. 41. — *halimon*, *θ* (vetustiora exemplaria ap. Salmas. exerc. p. 122. a. E.) *halimum*, V. *alimon*, R *βγ*. — *halimon*, *θ* V d. *alimon*, R *β*. — *Alii enim*, R d. *elienem*, V. Ceterum v. Dioscorid. 2, 120. — *sed in mollioribus*, R. — *coqui*, *θ* T d. *coci*, R V (codd. Salmas.) *coqui autem*, *γ*. *coquitur autem*, *β*. — *haec*, R V T d. *hoc*, *θβ*. — *radice*, *θ* R V T (codd. Salmas.) *radix*, d *βγ*. — *discuti*, *θ* V[1] T d (codd. Salmas.) *discutit*, R V[2] *βγ*. — *drachmas*, R V d. — *potata*, d. — *rupta convulsa*, *θ* V T d. *conrupta*, R. *convulsa et rupta*, *βγ*.

§ 74. *Halimon alii olus marinum*; ita haec vv. tacite laudat Schneider. ad Theophr. hist. plant. IV. 16, 5. p. 412. — *holus*, V. — *amaritudinum*, d. — *falsum*, V. — *rotunditatem*, R V T d. *rotunditate*, *β*. — *laudatis in cibos*, Pint. — *illinitur*, r. — *crudum*, V[1] (uti videtur) d. *crurum*, R V[2] *δϑρφ*. — *lenire*, R V d. *lenire perhibetur*, r. *leniri*, *γ*. — *luxatorum*, R V[2]. *laxatorum*, *θ* V[1] d. — *maiores et*, R. *maior sed*, V d.

§ 75. *corpore*, R. — *radice eius*, Dalec. — *genus*, R. Omitt. V T d. — *foliis et hirsutioribus*, om. R. — *cupressi*, R d. *cum psi*, V. — *opisthotonis*, *θ*. *epistotonis*, R V. *epistonis*, d. *opisthotonicis*, *β*.

34. Acanthi topiariae et urbanae herbae lato longoque fo- 76
lio, crepidines marginum adsurgentiumque pulvinorum toros vestientis, duo genera sunt, aculeatum et crispum quod brevius, alterum leve quod aliqui paederota vocant, alii melamphyllum. Huius radices ustis luxatisque mire prosunt, item ruptis, convolsis et phthisim metuentibus incoctae cibo, maxume tisana; podagris quoque inlinuntur tritae et calefactae calidis.

35. Bupleuron in sponte nascentium olerum numero Graeci 77
habent, caule cubitali, foliis multis longisque, capite aneti, laudatum in cibis ab Hippocrate, in medicina a Glaucone et Nicandro. Semen contra serpentis valet, folia ad secundas feminarum vel sucum ex vino inlinunt et strumis folia cum sale et vino; radix contra serpentis datur in vino et urinae ciendae.

36. Buprestim magna inconstantia Graeci in laudibus ci- 78
borum etiam habuere iidemque remedia tamquam contra venenum prodiderunt, et ipsum nomen indicio est boum certe venenum esse, quos dissilire degustata fatentur, quapropter nec de hac plura dicemus. Est vero causa, quare venena monstremus inter gramineas coronas, nisi libidinis causa expetenda alicui videtur, quam non aliter magis accendi putant quam pota ea?

§ 76. *Acanthi*, θRVTd. *Acanthos est*, β. Ceterum v. Dioscor. 3, 17. — *topiariae*, θRT. *topariae*, Vd. *topiaria*, β. — *urbanae herbae*, θVTd. *urbana herba*, Rβ. — *lato*, VTd. *eleto*, R. *elato*, θβγ. — *longoque*, RV. *longinque*, θT. *longinquo*, d. — *vestientis*, θVTd. *vestientes*, R. *vestiens*, β. — *genera*, θRVTd. *genera eius*, β. — *alio qui*, V. — *paederotae*, RV. — *melan phyllum*, V. — *incoctae*; pro h. v. habent *id coctae* RVd. — *tisana*, R. *ptisana*, Vdβγ. *ptisanae*, Dalec. — *calefactae*, Rdβγ. *calfactae*, V.

§ 77. *Bupleoron*, V. — *holerum*, V. — *cubitali*, Rd. *cubitale*, θV. — *aneti*, RV. *anethi*, dβγ. — *in cibis*, RV. *incipitis*, d. — *ab Ipocrate*, V. *x ipocrate*, R. *apacrate*, d. — *a*, omitt. RVd. — *Nicandro* ther. 586. — *feminarum*, RV. *mulierum*, Td. — *contra*, RVd. *et contra*, θT. — *urinae ciendae*, Rd. *urina eiciendae*, V. *eiiciendae*, θ.

§ 78. *Bupraestim*, V. — *magnam*, V. — *idemque*, V. — *remedio*, Gronov. — *prodierunt*, R. — *indicium*, θ. — *boum esse venenum*, r. — *disseri*, R. — *degustata*, RV. *gustata*, θTd. — *dicimus*, R. — *Nec vero causa est*, K. Hanc interpolationem excogitarunt qui locum, uti vulgo (βγ) interpungitur, nullum sensum praebere intelligentes simplicissimam eius explicandi rationem non perspexerunt. Vulgo scilicet tota haec enuntiatio per affirmationis formam profertur, qua admissa ineptissime sane loquitur Plinius; at est ea per interrogationem proferenda, quam sequitur responsio negativa. Vulgatam scripturam explicaturus obscurissime loquitur Hand. Tursell. 4, 234. — *pota ea*, Pint.

37. Elaphoboscon ferulaceum est, geniculatum digiti cras- 79
situdine, semine aneti, corymbis dependentibus silis effigie, sed non amaris, foliis olusatri, et hoc laudatum in cibis; quippe etiam conditum prorogatur ad urinam ciendam, lateris dolores sedandos, rupta, convolsa sananda, inflationes discutiendas colique tormenta, contra serpentium omniumque aculeatorum ictus; quippe fama est hoc pabulo cervos resistere serpentibus. Fistulas quoque radix nitro addito inlita sanat, siccanda autem in eo usu prius est ne suco suo madeat, qui contra serpentium ictus non facit deteriorem eam.

38. Scandix quoque in olere silvestri Graecis ponitur, ut 80
Opion et Erasistratus tradunt; item decocta alvom sistit, semine singultus confestim ex aceto sedat. Inlinitur ambustis, urinas ciet; decoctae sucus prodest stomacho, iocineri, renibus, vesicae. Haec est quam Aristophanes Euripidi poe- 81
tae obicit ioculariter, matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse sed scandicem. Eadem erat anthriscum, si tenuiora folia et odoratiora haberet. Peculiaris laus eius, quod fatigato venere corpori succurrit marcentisque senio iam coitus excitat; sistit profluvia alba feminarum.

39. Et iasione olus silvestre habetur, in terra repens, cum 82
lacte multo; florem fert candidum, concilium vocant. Et huius

et Gronov. Confirmat R. *postea*, VTd. *pote*, *ϑ*. *potu*, *δρφβ*. *potu eius*, altera Pintiani coniectura. *eius potu*, r.

§ 79. *semine aneti*, ita nos scripsimus ex Dioscor. 3, 73. *semine in*, *θ*K (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 3, 70.) *semine*, RVd*βγ*. — *silis*, *θ*RVTK. *filio*, d. *simili*, *β*. — *effigies et*, V. — *amari*, V (Murbac.) — *quippe etiam* — *aculeatorum ictus*; haec vv. bis deinceps habet V. — *porrogatur*, R. — *colique*, *θ*RVTd. *coli quoque*, Murbac. *β*. — *tormenta* — *ictus*, Vd. *tormentorum ictuus*, R. — *et contra serpentium morsus omniumque*, Dalec. — *cervos hoc pabulo*, Td. — *Fistilas*, R. — *eo usu*, VTd. *eos usu*, R. *eos usus*, *βγ*. — *mandeat*, RV[2]. — *non facit*, RVd*δϑρφ*. Negationem male deleverunt Pint., Gronov. et Hard. — *deteriorem eam*, Rd. *eam deteriorem*, V*βγ*.

§ 80. *Graecis*, R. *a Graecis*, Vd*βγ*. De ipsa planta v. Dioscor. 2, 167. — *Opion*, d. *Opinion*, *θ*RV. — *et Erasistratus*, Vd. *e cerasistratus*, R. — *ea decocta*, Dalec. — *iugineri*, R.

§ 81. *Aristophanes* Acharn. 455. cum schol. — *obi titiocularitер*, V. — *bolus*, V. — *venditas esse ducandicem*, V. — *anthriscum*, ita nos scripsimus. *anthriscus*, Barbar. *βγ*. *enthriscum*, V. *entriscum*, d. *hentris ne cu*, R. Quibus ex codicum lectionibus facile quis colligere possit Plinium h. l. alios quam 21, 89. fontes esse secutum; v. Schneider. ad Theophr. hist. plant. VII. 7, 1. p. 594. — *tenuiora*, R. *teneriora*, *θ*VTd. — *Peculiari*, R. — *eius*, R. *ei*, *θ*VTd. — *corpore*, *θ*V. — *senio iam*, R. *iam senio*, VTd. — *alba*, om. d.

§ 82. *iasione*, Barbar. coll. 21, 105. *lasine*, RVd (codd. Salmas. de hyle p. 54. b. B.) *Asine*, Gesner. hist. anim. 1, 629. *iasine*, Salmas. — *multa*, V. — *concylium*, RV.

eadem commendatio ad stimulandos coitus; cruda ex aceto in cibis et mulieribus lactis ubertatem praestat; salutaris est phthisim sentientibus, infantium capiti inlita nutrit capillum tenacioremque eius cutem efficit.

40. Estur et caucalis feniculo similis, brevi caule, flore 83
candido, cordi utilis. Sucus quoque eius bibitur, stomacho perquam commendatus et urinae calculisque et harenis pellendis et vesicae pruritibus; extenuat et lienis, iocineris reniumque pituitas. Semen menses feminarum adiuvat bilemque a partu siccat; datur et contra profluvia genituae viris. Chrysippus et conceptionibus eam putat conferre multum; bibitur in vino ieiunis; inlinitur et contra venena marinorum, sicut Petrichus in carmine suo significat.

41. His adnumerant et sium latius apio, in aqua nascens, 84
pinguius nigriusque, copiosum semine, sapore nasturti. Prodest urinis, renibus, lienibus mulierumque mensibus sive ipsum in cibo sumptum, sive ius decocti, sive semine in vino drachmis duabus. Calculos rumpit aquisque quae gignunt eos resistit; dysintericis prodest infusum, item inlitum lentigini et mulierum vitiis in facie noctu inlitum momentoque cutem emendat et ramices lenit, equorum etiam scabiem.

42. Sillybum chamaeleoni albo similem, aeque spinosam, 85
ne in Cilicia quidem aut Syria aut Phoenice, ubi nascitur,

crudae, RVd. — *exacto*, V. — *cibis et*, VTd. *cibis set*, R. *cibo sumpta*, $\beta\gamma$. — *salutaris est*; pro his vv. habent *salutare* RVd. — *capiti ita*, R. — *tenerioremque*, VT.

§ 83. *Eostur*, V. *Eosture*, R. *Costur*, d. De ipsa planta v. Dioscor. 2, 168. — *caucalidis*, R. — *brevi*, d. *breve*, θRV. — *candido flore*, d. — *commendatus*, Td. *commodatus*, RVβ. — *cauculisque*, R. — *et vesicae*, R. *vesicae*, Vd. — *cruritibus*, R. — *extenuat et*, RV. *extenuatque*, d. — *reniumque*, Brot. *renumque*, β. *lieniumque*, Vd. *lienumque*, R. — *meses*, V. — *adiuvat*, RVd. *iuvat*, θ. — *bilem a partu*, θ. *bilem* (*vilem*, R) *adiuvatque a partu*, RVd. *locheionque partu provocat*, K. — *siccat*, RV. *sicca*, d. *Sic ea*, θ. — *profluvium*, d. — *putavit*, T. — *venena marinorum*, R. *marinorum venena*, VTd. — *sicut*, Vd. *nisi*, R. — *Petrichus*, Td. *Petricus*, RVβ.

§ 84. *et sium*, codd. Brot. *esium*, θRVTd. *et sion*, r. *sion*, β. De ipsa planta v. Dioscor. 2, 153. — *nasturci*, V. — *ipsum*, R. *ipso*, θVTd. — *eius*, R. — *semine in*, θRVTd. *semen e*, $\beta\gamma$. — *Cauculos*, R. — *aquisque quae*, d. *aquis quaeque*, V. *aliquis quae*, R. — *lentiginis*, Vd. — *noctu illitum momentoque*, Rd. *noctuque*, V. — *equorum etiam scabiem*, RVTd. *et scabiem equorum*, β.

§ 85. *Sillybum*, R. *Syllibum*, Vd. *Silybum*, $\beta\gamma$. — *chamaeleoni*, R. *chamaeleonti*, Vd. — *cocere*, V.

§ 86. *Scolymum*, RVd. *Scolymon*, $\beta\gamma$. — *cibis*, R. — *recipit*; pro eo reponendum esse puto *recepit* propter sequentia. — *limoniam*, θRVTdr. *limonion*, β.

coquere tanti est; ita operosa eius culina traditur. In medicina nullum usum habet.

43. Scolymum quoque in cibos recipit oriens et alio no- 86
mine limoniam appellavit. Frutex est numquam cubitali altior cristisque foliorum ac radice nigra sed dulci, Eratostheni quoque laudata in pauperi cena. Urinam ciere praecipue traditur, sanare lichenas et lepras ex aceto, venerem stimulare in vino, Hesiodo et Alcaeo testibus, qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse et mulieres libidinis avidissimas virosque in coitum pigerrimos scripsere, velut providentia naturae hoc adiumento tunc valentissimo. Item gra- 87
veolentiam alarum emendat radicis emedullatae uncia in vini Falerni heminis tribus decocta ad tertias et a balineo ieiuno itemque post cibum cyathis singulis pota. Mirum est quod Xenocrates promittit experimento, vitium id ex alis per urinam effluere.

44. Estur et sonchos, — ut quem Theseo apud Callima- 88
chum adponat Hecale, — uterque, albus et niger; lactucae similes ambo, nisi spinosi essent, caule cubitali, anguloso, intus cavo sed qui fractus copioso lacte manet. Albus, qui e lacte nitor, utilis orthopnoicis lactucarum modo ex embammate. Erasistratus calculos per urinam pelli eo monstrat et oris graveolentiam conmanducato corrigi. Sucus trium 89

V. Theophr. hist. plant. VI. 4, 3. et Dioscor. 3, 14. — *appellavit*, RT. *appellant*, V. *appellat*, d $\beta\gamma$. — *nunc quam*, R. — *cristisque*, d. *tristisque*, V. *cristis quam*, R. *thyrsisque*, r. — *ac radice*, V. *acu radice*, R. *acu raduce*, d. — *Eratostheni*, v. Bernhardy. Eratosth. p. 234. — *pauperi*, RTd. *pauperis*, V $\beta\gamma$. — *Hesiodo* op. et dies 582. — *Alcaeo* ap. Proclum ad Hesiodi l. l. ex emendatione Seidleri in Museo Rhenano 1829. fasc. 2. p. 217. coll. Aristotel. probl. 4, 26. — *florente ea*, V. *florente ex ea*, R. *florentes ex ea*, d. — *mulieris*, R.

§ 87. *Item*, Rd. *Idem*, Tr. *id est*, θV. — *graviolentiam*, RV. — *vinis*, V. — *et a*, R. *et*, Vd. — *post*, Vd. *poscit*, R. — *quiatis*, R. — *pota*, RV. *postea*, d. — *alis*, V. *aliis*, Rd.

§ 88. *sonchos*, d. *soncos*, V. *yoncos*, R. V. Dioscor. 2, 158. — *Callimachum* fragm. 63. ed. Bentl. — *adponat*, R. *opponat*, Vd. — *Hecale*, Sabell., Beroald., Barbar. *Hecaule*, R. *Hecalet*, d. *hae . calet*, V. — *similis*, R. — *cano*, d. — *nitro*, R. *manet*, *albus* — *nidor*, Pint. *cui est lactis nitor*, Dalec. Mihi legendum esse videtur *cui e lacte nitor* scil. *intra sonchum versante*. — *lacnicarum*, V. — *ex embammate*, θd (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 2, 117.) *ex embambate*, RVT. Om. β. — *Erasistratus*, θd (Murbac.) Omitt. RVT. — *cauculos*, RV. — *pelli*, Murbac. *pellit*, RVTd. — *commanducato*, T. *commanducata*, Vd. *commanducatā*, R. — *corrigi*, RV. *corrigit*, Td.

§ 89. *triumque torum*, V.

cyathorum mensura in vino albo et oleo calefactus adiuvat partus ita ut a potu ambulent gravidae; datur et in sorbitione. Ipse caulis decoctus facit lactis abundantiam nutricibus coloremque meliorem infantium, utilissimus his quae lac sibi coire sentiant. Instillatur auribus sucus calidusque in stranguria bibitur cyathi mensura et in stomachi rosionibus cum semine cucumeris nucleisque pineis; inlinitur et sedis collectionibus; bibitur contra serpentis scorpionesque, radix 90
vero inlinitur; eadem decocta in oleo, punici mali calyce, aurium morbis praesidium est; haec omnia ex albo. Cleemporus nigro prohibet vesci ut morbos faciente, de albo consentiens; Agathocles etiam contra sanguinem tauri demonstrat sucum eius, refrigeratoriam tamen vim esse convenit nigro et hac causa inponendum cum polenta; Zeno radicem albi in stranguria suadet.

45. Condrion sive chondrylle folia habet intubi circum- 91
rosis similia, caulem minus pedalem, suco madentem amaro, radice fabae simili, aliquando numerosa; habet proxumam terrae mastichen tuberculo fabae quae adposita feminarum menses trahere dicitur. Tunsa cum radicibus tota dividitur in pastillos contra serpentis argumento probabili, siquidem mures agrestes laesi ab iis hanc esse dicuntur. Sucus ex vino coctae alvom sistit; eadem palpebrarum pilos inordina-

a potu, Dalec. *aput*, R. *a partu*, V d $\beta\gamma$. — *detur*, R. — *caulis decoctus*, R. *coctus*, V T d. — *his quae*, R. *isque*, V. *his qui*, d. — *sentiunt*, Dalec.

§ 90. *decocta*, θ R V T d. *decocto*, β. *decocta cum oleo in punici*, Dalec. — *calyce*, R V. *et*, T d. — *morbis praesidium morbis*, V d. — *omnia de albo*, Dalec. — *sucum eius*, R (codd. Gel.) *suco eius*, V T d. *succo eius uti*, K. — *Zeno*, R. *Zenon*, V T d $\beta\gamma$. — *radicem*, θ T. *radicē*, R. *radice*, V d $\beta\gamma$. — *in stranguria*, ita nos scripsimus. *stranguria*, θ R V T d. *stranguriam*, $\beta\gamma$. — *suadet*, θ R V T d r. *docet sanari*, $\beta\gamma$.

§ 91. *Condrion*, θ R V T d (et fere codd. indicis libri primi). *Condrillon*, $\beta\gamma$. — *chondrylle*, ita nos scripsimus coll. ad 21, 89. *chondrille*, β. *condryle*, R. *chrondile*, V d. *condrille*, Hard. ex Dioscor. 2, 160. γ. — *pedalem*, R d. *pedale*, V. *pedali*, β. — *numerosa*, R d. *numerosam*, θ V. — *masticen*, R V. — *meses*, R. *messes*, V. — *probabilis*, V d. — *ab iis*, R. *ab his*, V d $\beta\gamma$. — *hanc esse*, R V. *necari*, T d. — *inordinatos*, Dalec. — *cummi*, V. *gummi*, R d $\beta\gamma$. — *aliqui*, d. *alioqui*, θ R V. — *generatioque*, R.

§ 92. *et boletos*, θ V T d. *boletos*, R β. — *opimi*, R. *opimis*, V T. *optimi*, d (codd. Gel.) $\beta\gamma$. *Optimus*, θ. — *hos cibi sed*, R (codd. Gel.) *omnes cibi sed*, r. *his cibus et*, V T d. *his cibus sed*, θ. *est et is cibus sed*, K. — *adductus*, θ R V T K d. — *Tiberio*, R d. *cibi*, T. *ib:*, V[1]. *cib:*, V[2]. *veneno Claudio principi per hanc cibi occasionem*, Dalec. — *per*, R. *posuerim per*, V d. — *a*, R d. *ab*, V. — *coniugi*, R. — *Neroni suo*, T d. — *iis*, R. *his*, V d $\beta\gamma$. — *facere*, R V. — *libido*, V.

§ 93. *veris similes*, Salmas. de hyle p. 206. a. A. *veri similes*, R (codd. Sal-

tissimos pro cummi efficacissime regit. Dorotheus stomacho et concoctionibus utilem carminibus suis pronuntiavit; aliqui feminis et oculis generationique virorum contrariam putavere.

46. Inter ea quae temere manduntur et boletos merito po- 92
suerim, opimi quidem hos cibi sed inmenso exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occasionem a coniuge Agrippina dato, quo facto illa terris venenum alterum sibique ante omnis Neronem suum dedit. Quorundam ex iis facile noscuntur venena diluto rubore, rancido adspectu, livido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro. Non sunt haec in quibusdam, siccique 93
et veris similes veluti guttas in vertice albas ex tunica sua gerunt; volvam enim terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in volva, ceu in ovo est luteum. Nec tunicae minor gratia in cibo infantis boleti; rumpitur haec primo nascente, mox increscente in pediculi corpus absumitur, raro umquam geminis ex uno pede. Origo prima causaque e limo et ace- 94
scente suco madentis terrae aut radicis fere glandiferae, initioque spuma lentior, dein corpus membranae simile, mox partus, ut diximus; illa pernicialia, prorsus inprobanda; si caligaris clavos ferrive aliqua robigo aut panni marcor adfuerit nascenti, omnem illico sucum alienum saporemque in

mas.) *veri simile*, Vd. *nitri similes*, $\beta\gamma$. — *veluti*, RVd. *veluti cunctas*, T. — *guttas vertice albas in tunica*, K. — *vulvam*, θV. — *prius*, om. R. — *vulva*, V. — *ceu*, Vd. *ce*, R. — *miror*, V. — *infantes*, R. — *increscente*, θVTd. *crescente*, K. Omitt. Rβ. — *in pediculi*, VTd. *in peduculi*, R. *in pediculo*, Kβ. *pediculo*, θ. — *raro umquam*, K. *rarum umquam*, RVd$\vartheta\rho$. *rarum nunquam*, T. *rarum e*, φ. *rarum est*, δ. *raroque unquam*, $\beta\gamma$. *rarumque*, Gronov. De locutione *raro umquam* v. Spalding. ad Quintil. IV. 1, 4. — *geminis ex*, RVdρ. *geminus geminis ex*, δ. *gemini ea*, K. *geminus*, Gronov.

§ 94. *accrescente*, K. — *radices*, V. — *grandiferae*, R. *grandis*, Vd. — *similem ex*, V. — *partus ut diximus*, r. *partus. Ut diximus*, RVd$\beta\gamma$. At illa verba referuntur ad novissima verba paragraphi proximae. *Quae diximus*, K. — *illa pernicialia*, Rr. *pernicilia*, K. *illa permitti alia*, V$\vartheta\rho$. *illa permittit alia*, Td. *illa permixti alia*, φ. *illa permixti alias*, δ. — *prorsus improbanda*; pro hac foedissima interpolatione codices longe alia exhibent. *probandi alia*, R. *quod probandi alia*, Vϑ. *quod probandi alia alias*, Td. *illa prorsus ableganda*, K. Nihil horum habent r$\delta\rho\varphi$. *Illa pernicialia quae probandi alea?*, Gronov.; alia tentarunt Pint. et Salmas. de hyle p. 204. b. C. At magna pars huius et initium sequentis paragraphi mire est corruptum, et sine meliorum codicum auxilio vix aliquid profici posse puto. — *si caligaris*, r. *si caligari*, R. *sic aliguri*, V. *sic alligari*, Td. *sicca ligari*, $\rho\varphi$. *siccas rigari*, δ. *si enim caligaris*, K$\beta\gamma$. Ceterum v. Dioscor. 4, 83. — *clavos*, RV$\delta\rho\varphi$. *clavis*, Td. *clavus*, Kr$\beta\gamma$. — *ferrive*, codd. Gel. *ferri vel*, RVTd. — *affuit*, T. — *omnem illico*, RVKd. *Etenim illic*, r. — *succum in alienum saporem atque venenum concoquit*, K.

venenum concoquit; deprehendisse qui nisi agrestes possunt atque qui colligunt? Ducunt ipsi alia vitia, et quidem si ser- 95
pentis caverna iuxta fuerit, si patescentis primo adhalaverit, capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum; itaque caveri conveniet prius quam se condant serpentes. Signa erunt tot herbae, tot arbores fruticesque ab emersu earum ad latebram usque vernantes, et vel fraxini tantum folia nec postea nascentia nec ante decidentia. Et boletis quidem ortus occasusque omnis intra dies septem est.

XXIII. 47. Fungorum lentior natura et numerosa genera, 96
sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi qui rubent callo, minus diluto rubore quam boleti; mox candidi, velut apice flaminis insignibus pediculis; tertium genus suilli venenis adcommodatissimi. Familias nuper interemere et tota convivia, Annaeum Serenum praefectum Neronis vigilum et tribunos centurionesque; quae voluptas tanta ancipitis cibi? Quidam discrevere arborum generibus, fico, ferula et cum- 97
mim ferentibus, non item fago, robore, cupresso, ut diximus; sed ista quis spondet in venalibus? Omnium colos lividus; hic habebit veneni argumentum, quo similior fuerit arborum umor fici. Adversus haec diximus remedia dicemusque; interim sunt aliqua et in his. Glaucias stomacho utilis putat 98
boletos; siccantur pendentes suilli, iunco transfixi, quales e

deprehendisse, Rd. *deprendisse*, V. Mihi scribendum esse videtur *concoquit, quod deprehendisse*, pronomine per praecedentem syllabam *quit* absorpto; aliter oratio nimis est abrupta. — *qui*, Gronov. R. *quae*, V. *q;*, d. *que*, *β*. — *nisi* — *atque qui*, Vd. Om. R. *Quin deprehendisse agrestes ipsi dicunt alia vitia*, K. — *colligunt*, Vd. *nigunt*, R.

§ 95. *Dicunt*, *δρφ*. Omitt. RVTd. — *et quidem*, Hard. e codd. (?). *ne quidem*, *θ*RVTd. *equidem*, *δρφ*. *nunc quidem*, *β*. *aliqui colligunt ipsi alia vitia in quibus* vel *atque qui colligunt? Ducunt ipsi al. v. e quibus*, Gronov. — *patescentes*, R. *patescentem*, *θ*Vd*γ*. *pascentem*, T. — *rapaci*, K. — *conveniet*, V. *conveniat*, RTd. — *Signaverunt*, Vd. — *emerso*, V. — *nec ante*, RVd. *aut ante*, T. — *infra*, VT.

§ 96. *sed*, Vd. *et*, R. — *ex*, R. *e*, Vd. — *Tutissime*, R. — *qui rubent callo minus*, RVd. *quibus rubet caro magis*, K. — *bole*, R. — *insignitis*, K. — *suilli*, V. *suillis*, RTd. — *venenis*, Rd. *veneni*, VT. — *accommodatissimi*, *θ*VTd. *accommodatissimis*, R. *accommodatissimum*, *β*. — *intemere*, RV. — *convivio*, RVd. — *Annanum*, R. — *Neronis*, Vd. *venenis*, R. — *centurionesque; quae*, *θ*. *centuriones quaeque*, V. *centurionesque quaeque*, R. *centuriones quoque*, d. *et centuriones; quae*, *β*. — *voluntas*, V. — *cibo*, R.

§ 97. *arbori*, Vd. — *ferulae*, RV. *ferulę*, d. *betula*, Dalec. — *cummim*, ita nos scripsimus. *cūmi*, R. *cummi*, d. *gummim*, V*γ*. *gūmū*, *δ*. *gūmī*, *φ*. *gumin*, *ρ*. *guminum*, *θ*. *gummi*, *β*. — *non*, RVd. *nos*, *βγ*. — *saxo*, Vd. *taxo*, R. Altero loco 16, 31., quo Plin. nos remittit, pro fago dicitur pinus. — *robore cupresso*,

Bithynia veniunt. Hi fluctionibus alvi quas rheumatismos vocant medentur excrescentibusque in sede carnibus; minuunt enim eas et tempore absumunt, item lentiginem et mulierum in facie vitia; lavantur etiam ut plumbum in oculorum medicamenta. Sordidis ulceribus et capitis eruptionibus, canum morsibus ex aqua inlinuntur. Libet et coquendi 99
dare aliquas conmunis in omni eo genere observationes, quando ipsae suis manibus deliciae praeparant hunc cibum solum et cogitatione ante pascuntur, sucinis novaculis aut argenteo adparatu comitante. Noxii erunt fungi qui in coquendo duriores fient, innocentiores qui nitro addito coquentur, si utique percoquantur; tutiores fiunt cum carne cocti aut cum pediculo piri; prosunt et pira confestim sumpta. Debellat eos et aceti natura contraria iis.

48. Imbribus proveniunt omnia haec, imbre et silphium. 100
Venit primo e Cyrenis, ut dictum est; ex Syria nunc maxume inportatur, deterius Parthico sed Medico melius, exstincto omni Cyrenaico, ut diximus. Usus silphii in medicina: foliorum ad purgandas volvas pellendosque emortuos partus; decocuntur in vino albo et odorato, ut bibatur mensura acetabuli a balineis. Radix prodest arteriis exasperatis, collectionibus sanguinis inlinitur, sed in cibis concoquitur aegre; inflationes facit et ructus, urinae quoque noxia, suggillatis

V d. *aut robore cupresso*, R. *aut robore aut cupresso*, $\beta\gamma$. — *color*, d. — *hic habebit*, θVTd. *hic haberit*, R (codd. Salmas. de hyle p. 204. a. B.) *his aberit*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 71. β. *huic aberit*, Salmas. — *arborum humor*, Murbac. *arborum*, RVd$\beta\gamma$. — *ficis*, R. — *diximus dicemusque*, v. ind. rerum s. v. *fungus*. — *iis*, R.

§ 98. *Glaucitas*, Vd. *Glauciatas*, R. — *putatur. Boleti*, d. — *e*, Vd. *a*, R. — *alvi*, R. *albis*, VTd. — *rheumatisthon*, RV. — *lentiginem*, θRVd. *lentigines*, β. — *in facie vitia*, Rd. *vitia in facie*, V$\beta\gamma$. — *in oculorum*, R. *oculorum*, Vdγ. — *medicamenta*, RVd. *medicamento*, γ. — *Sprdis*, V.

§ 99. *eo genere*, Vd (codd. Gel.) *ego genere*, R. — *solum cibum*, Vd. — *sucinis*, RVd. *succineis*, $\beta\gamma$. — *argento*, Vd. — *adparat'*, R. — *Noxia*, R. — *si utique*; pro his vv. habent *utique* RV, *utique si* Td. — *fiunt*, θRVTd. *fient*, β. — *periculo*, R. — *pira*, Rd. *piri*, V. — *ageti*, R. — *contra his*, V.

§ 100. *silphium*, RV. *silphion*, d$\beta\gamma$. De re v. Dioscor. 3, 84. — *e Cyrenis*, omitt. RVd. — *dictum est* 19, 38. — *nunc*, R. *nunc hoc*, V. *nunc quo*, d. *nunc quoque*, T. — *deterior*, R. — *Medicos*, R. — *Cyrenaico*, R. *quireumatico*, Vd. — *diximus* 19, 39. — *silphi*, V. — *foliorum*, RVd. *nam folia*, β. — *ad purgandas*, Vd. *depurgandas*, R. *ad expurgandas*, β. — *mortuos*, d. — *et odorato*, θRVTd. *odorato*, β. — *acetabuli. Ad lienas radix*, r. — *arteriis*, Rd. Idem fuit in V, sed eo eraso *arcteriis* suprascriptum. — *collectionibus*, Rd. *et collectionibus*, V$\beta\gamma$. — *inflationibus*, R. — *facit et*, Vd. *faciet*, R. — *ruptus*, Vd. *truncos*, R. — *noxiae*, R.

cum vino et oleo amicissima et cum cera strumis. Verrucae sedis crebriore eius suffitu cadunt.

49. Laser e silphio profluens quo diximus modo inter exi- 101
mia naturae dona numeratum plurumis compositionibus inseritur, per se autem algores excalfacit, potum nervorum vitia extenuat. Feminis datur in vino et lanis mollibus admovetur volvae ad menses ciendos; pedum clavos circumscariphatos ferro mixtum cerae extrahit; urinam ciet ciceris magnitudine dilutum. Andreas spondet copiosius sumptum nec infla- 102
tiones facere et concoctioni plurumum conferre senibus et feminis, item hieme quam aestate utilius, et tum aquam bibentibus; cavendum ne qua sit exulceratio intus. Ab aegritudine recreationi efficax in cibo; tempestive enim datum cauterii vim optinet, adsuetis etiam utilius quam expertibus. Extera corporum indubitatas confessiones habent; venena 103
telorum et serpentium exstinguit potum; ex aqua volneribus his circumlinitur, scorpionum tantum plagis ex oleo, ulceribus vero non maturescentibus cum farina hordeacia vel fico sicca, carbunculis cum ruta vel cum melle vel per se visco superlitum ut haereat; sic et ad canis morsus; excrescentibus circa sedem cum tegmine punici mali ex aceto decoctum, clavis qui volgo morticini appellantur nitro mixto. Alopecias nitro ante subactas replet cum vino et croco aut 104
pipere aut murium fimo et aceto; perniones ex vino fovet et ex oleo coctum inponitur; sic et callo. Clavis pedum superrasis praecipuae utilitatis; contra aquas malas, pestilen-

candent, R.

§ 101. *diximus* 19, 43. — *modo*, Rd. *modia*, V. — *plurimis*, θRVTdr. *pluribus*, β. — *inseritur*, Vd. *inferitur*, R. *infertur*, r. — *circumscariphatos*, R. *circumscarifatos*, Vd (vett. libri ap. Salmas. exerc. p. 416. b. B.) *circumscarificatos*, βγ. — *extrahit* — *dilutum*, Vd. *extrahitur*, R.

§ 102. *Andrias*, RV. — *tum aquam*, R (codd. Gel.) *cum aquam*, Vd. *cum aqua*, T. — *bibentibus*, RVd (codd. Gel.) *bibendum*, T. — *cavendum*, RVTd. *cavendumque*, βγ. — *sit exulceratio intus*, RV. *sit intus exulceratio*, Td. *intus sit exulceratio*, βγ. — *cauterii vim*; pro his vv. habent *cauterium* RVd. *theriacae vim*, Pint.

§ 103. *Extera*, RVd. *Ad extera*, βγ. — *indubitas*, V. — *habent*, RVd. *habet*, βγ. — *ex aqua*, Rd. *et aqua*, V. — *iis*, R. — *hordeacia*, RV. *hordeacea*, dβγ. — *cum ruta, nitro et melle*, Dalec. — *visco*, RV. *fico*, d. — *sicut ad*, θRVTd. — *semen*, RVd. — *tegmine*, *τὰς περὶ δακτύλιόν τε ἐξοχὰς αἴρει σιδίῳ σὺν ὄξει ἑψηθεῖσα καὶ κατακλασθεῖσα*, Dioscor. *germine*, θRVTdr. — *mali punici*, Td. — *clavis*, θRVTd. *clavis pedum*, β.

tis tractus vel dies, in tussi, uva, fellis veteri subfusione, hydropisi, raucitatibus; confestim enim purgat faucis vocemque reddit; podagras in spongea dilutum posca lenit. Pleu- 105
riticis in sorbitione vinum poturis datur, contractionibus, opisthotonicis ciceris magnitudine cera circumlitum; in angina gargarizatur; anhelatoribus et in tussi vetusta cum porro ex aceto datur, aeque ex aceto his qui coagulum lactis sorbuerint; praecordiorum vitiis syntecticis, comitialibus cum vino, in aqua mulsa linguae paralysi; coxendicibus et lumborum doloribus cum decocto melle inlinitur. Non cen- 106
suerim quod auctores suadent, cavernis dentium in dolore inditum cera includi, magno experimento hominis qui se ea de causa praecipitavit ex alto; quippe tauros inflammat naribus inlitis, serpentis avidissimas vini admixtum rumpit; ideo nec inungui suaserim cum Attico melle, licet praecipiant. Quas habeat utilitates admixtum aliis, inmensum est referre et nos simplicia tractamus, quoniam in his naturam esse adparet, in illis coniecturam saepius fallacem, nulli satis custodita in mixturis concordia naturae ac repugnantia; qua de re mox plura.

XXIV. 50. Non esset mellis auctoritas in pretio minor 107
quam laseris, ni ubique nasceretur. Illud ipsa fabricata sit natura, sed huic gignendo animal, ut diximus, innumeros ad usus, si quotiens misceatur aestumemus. Prima propolis alvorum, de qua diximus, aculeos et omnia infixa corpori ex-

§ 104. *Alopecias* — *replet*, θVTd. *ante subactas replet*, R. *ante subactum. Carnes replet*, β. — *aut murium*, R. *ac murium*, θVTd. — *et clavis*, Dalec. — *et contra*, Dalec. — *contra* — *raucitatibus*, om. R. — *veteris*, d. — *hydropicis*, Vd. *hydrope*, Dalec. — *podagris*, d. — *in*, om. R. — *posca*, Vd. *post ea*, R.

§ 105. *Pleuriticis*, R. *Pleureticis*, d. *Pleuritis*, V. — *potaturis*, d. — *anguina*, V. — *gargarizaturum helatoribus*, V. — *ex aceto*, RV. *et aceto*, d. — *aeque*, codd. Gel. *ad*, R. Omitt. VTd. — *coagulum lactis*, Rd. *quagulum lactis*, V. *coagulatum lac*, K[1]. *colostra lactis*, K[2]. — *syntecticis*, d. *sinte ticis*, V una littera erasa. *syntheticis*, R. — *cum vino*, R. *cum cibo*, VTd. *in cibo*, θ. *in vino*, βγ. — *et lumborum*, Vd. *lumborum*, R.

§ 106. *ea de*, codd. Gel. *eadem*, θRVd. — *inflammat naribus*, d. *inflammat maribus*, V. *inflammatinaribus*, R. — *illitos*, R. — *inunguis*, R. — *licet melle*, RVd. — *iis*, R. — *qua*, Vd. *quae*, R. — *plura dicemus*, K. V. § 117. 118.

§ 107. *minore*, K. — *nisi*, Td. — *sedet*, Td. — *fabricata sit*; hic coniunctivus cum nullo modo explicari possit, scribendum *fabricatast* i. e. *fabricata est*; v. ad 10, 169. 12, 9. 21, 91. — *alvorum*, d. *arborum*, RV, in quo *alborum* exstitisse videtur. *alveorum*, β. — *diximus* 11, 16.

trahit, tubera discutit, dura concoquit, dolores nervorum mulcet ulceraque iam desperantia in cicatricem cludit. Mel- 108
lis quidem ipsius natura talis est ut putrescere corpora non sinat, iucundo sapore atque non aspero, alia quam salis natura; faucibus, tonsillis, anginae omnibusque oris desideriis utilissimum arescentique in febribus linguae, iam vero peripneumonicis, pleuriticis decoctum, item volneribus a serpente percussis et contra venena fungorum, paralyticis in mulso, quamquam suae mulso dotes constant. Mel auribus instillatur cum rosaceo, lendes et foeda capitis animalia necat. Usus despumati semper aptior; stomachum tamen inflat, 109
bilem auget, fastidium creat et oculis per se inutile aliqui arbitrantur; rursus quidam angulos exulceratos melle tangi suadent. Mellis causas atque differentias nationesque et iudicationem in apium ac deinde florum natura diximus, cum ratio operis dividi cogeret miscenda rursus naturam rerum pernoscere volentibus.

51. In mellis operibus et aqua mulsa debet tractari. Duo 110
genera eius, subitae ac recentis, alterum inveteratae. Repentina despumato melle praeclaram utilitatem habet in cibo aegrotantium levi hoc est alicae elutae, viribus recreandis, ori stomachoque mulcendo, ardori refrigerando; frigidam enim dari utilius ventri molliendo invenio apud auctores; hunc potum bibendum alsiosis, item animi humilis et prae-

tubercula, K. — *nervorum dolores*, V d. — *desperantia*, R V d. *disparantia*, *θ*. *desperata*, K. — *in cicatricem cludit*, R. *in cicatricem claudit*, T d. *cicatricem cludit*, V. *cicatrice includit*, *β*.

§ 108. *iocunda*, V. — *tonsillis anguinae*, R. *tonsilli sanguine*, V. *tonsillis sanguine*, d. V. Dioscor. 2, 101. — *oris*, om. R. — *desiderii*, R. — *perigneumonicis*, R. — *pleureticis*, d. — *decoctum*, d. *decoctii tū*, R. *decoctura*, *θ* V. — *et a serpente*, Dalec. Mihi vox *vulneribus* adulterina videtur; centies Plin. *percussi a serpente*, numquam *vulnera a serpente percussa* dixit neque, puto, dicere potuit. — *fungos*, *θ* V d. *fisgos*, R. — *paralyticos*, R V d. — *quamquam* — *mulso*, om. R.

§ 109. *inflat bilem*, d. *inflant bilem*, R. *inflabilem*, V. — *russus*, V. — *iudicationem*, R V d. *indicationem*, Barbar. *βγ*. — *diximus* 11, 32. 21, 74. — *nolentibus*, R.

§ 110. *qua*, V. — *debet tractari*, R V d. *tractari debet*, *βγ*. — *despumatum*, V d. — *praeclarum*, d. — *ori*, Dalec. *ore*, R V d *βγ*. — *ardori*, Dalec. *ardore*, R *βγ*. *ardores*, V T d. — *frigidam*, Dioscor. 5, 17. — *autem*, K. — *dari utilius*, R V d. *utilius dari*, *βγ*. — *ventri*, d. *ventrē*, R. *ventrem*, V. — *hoc potum*, d. *hoc potu*, R V. — *praeparet*, R. — *dixerunt*, d. — *micropsycos*, V. *micropsicos*, R. *eropsycos*, d. *microsphyctos*, K.

§ 111. *Et est ratio*, R. *ut stratio*, V d. *Est et ratio*, *β*. — *immensae subtilitatis*,

parci quos illi dixere micropsychos. Et est ratio subtilitatis 111
inmensae a Platone descendens, corpusculis rerum levibus, scabris, angulosis, rotundis, magis aut minus ad aliorum naturam accedentibus; ideo non eadem omnibus amara aut dulcia esse; sic et in lassitudine proniores esse ad iracundiam et in siti. Ergo et haec animi asperitas seu potius animae dulciore suco mitigatur, lenito transitu spiritus et molliore facto meatu, ne scindat euntem redeuntemque. Experimenta in se cuique; nullius non ira luctusque, tristitia et omnis animi inpetus cibo mollitur, ideoque observanda sunt quae non solum corporum medicinam sed et morum habent.

52. Aqua mulsa et tussientibus utilis traditur, calefacta 112
invitat vomitiones, contra venenum psimithi salutaris addito oleo, item contra hyoscyami cum lacte maxume asinino et contra halicacabi, ut diximus. Infunditur et auribus et genitalium fistulis; volvis inponitur cum pane molli, subitis tumoribus, luxatis leniendisque omnibus. Inveteratae usum damnavere posteri minus innocentem aqua minusque vino firmum; longa tamen vetustate transit in vinum, ut constat inter omnis, stomacho inutilissimum nervisque contrarium.

53. Semper mulsum ex vetere vino utilissimum facillime- 113
que cum melle concorporat, quod in dulci numquam evenit;

d. — *minus*, om. d. — *ad aliorum naturam accedentibus*, R d (a quo tamen *ad* abest). *aut aliorum naturam accipientibus*, V. *aliorum naturas accipientibus*, θ T. — *amara aut dulcia*, v. Hand. Tursell. 1, 544. — *in lassitudine*, V d. *illassitudine*, R. — *in siti*, V d. *institit*, R. — *haec animis*, R V. *animi haec*, d. — *lenito*, T. *lenit*, V d β γ. *lenit is*, K. *venit*, R. — *transitu spiritus*, R V T d. *transitum spiritus*, β γ. — *molliore facto meatu*, θ V T d. *molliores facto meatu*, R. *molliores facit meatus*, β γ. — *scindat*, R V T d. *scindant*, β γ. — *redeuntemque*, om. R. — *Sperimenta*, R V. *Spiramenta*, d. — *luctusque*, R. *luctus*, V d. — *tristitiae omnis*, R. — *habet*, R.

§ 112. *calefaciat invita*, R. — *psimithis*, V. *psimithiis*, R. *psimmythii*, β γ. — *hyoscyami*, sc. venenum; ita nos scripsimus. *hyoscyamum*, R V d β γ. At statim infra omnes codd. genetivum commendant, qui hoc loco facillime transire potuit in accusativum propter vicinitatem praepositionis *contra*; cur infra accusativus a librariis in genetivum sit mutatus, nulla adest causa. — *alicaccabi*, R. *hallicaccabi*, V. *balli cacabi*, d. *halicacabum*, β γ. — *diximus* 21, 182. — *fistulis*, R. *fistulae*, θ V d. — *in subitis*, Dalec. — *timoribus*, Barbar. — *luxatis leniendisque*, R. *luxalendisque*, V. *luxatisque*, d. — *Inveteratae*, d. *Inventa et*, R. *Inventa*, V duabus litteris, uti videtur, erasis. — *usum*, R. *ad usum*, V d. — *innocentem*, Barbar. d. *innocente*, R V. — *aquam*, V. — *minusque*, R. *in usuque*, V d.

§ 113. *concorporat*, θ R V. *concorporatur*, d β γ. De ipso mulso v. Dioscor. 5, 16. — *quod*, R V d. *et quod*, Hard. et γ vitio operarum.

ex austero factum non inplet stomachum neque ex decocto melle, minusque inflat, quod fere evenit; adpetendi quoque revocat aviditatem cibi; alvom mollit frigido potu, pluribus calido sistit, corpora auget. Multi senectam longam mulsi 114
tantum intrita toleravere neque alio ullo cibo, celebri Pollionis Romili exemplo; centesimum annum excedentem eum divos Augustus hospes interrogavit quanam maxume ratione vigorem illum animi corporisque custodisset, at ille respondit: intus mulso, foris oleo. Varro regium cognominatum arquatorum morbum tradit, quoniam mulso curetur.

54. Melitites quo fieret modo ex musto et melle docuimus 115
in ratione vini. Saeculis iam fieri non arbitror hoc genus inflationibus obnoxium; solebat tamen inveteratum alvi causa dari in febre, item articulario morbo et nervorum infirmitate laborantibus et mulieribus vini abstemiis.

55. Mellis naturae adnexa cera est, de cuius origine, bo- 116
nitate, nationibus suis locis diximus. Omnis autem mollit, calefacit, explet corpora; recens melior; datur in sorbitione dysintericis, favique ipsi in pulte alicae prius tostae. Adversatur lactis naturae, ac mili magnitudine decem grana cerae hausta non patiuntur coagulari lac in stomacho. Si inguen tumet, albam ceram in pube fixisse remedio est.

56. Nec huius usus quos mixta aliis praestat enumerare 117
possit medicina, sicuti nec ceterorum quae cum aliis prosunt; ista, ut diximus, ingeniis constant. Non fecit ceratum, ma-

non inflat, θRVTd (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 5, 12.) — *stomachum*, om. Pint. — *minusque inflat*, d. *minusque inflet*, Murbac. *minusque implet*, θRVT. — *appetendi*, codd. Barbari. *appetendum*, d. *adpetentum*, RV.

§ 114. *Multis*, d. — *mulsis*, Vd. — *intrita*, θRVTdr (Murbac.) *nutritu*, βγ. *intinctu*, Barbar. — *ullo alio*, d. — *celebri*, Rd. *cerebri*, V. *Vedii*, Pint. — *Romili*, θRV¹ϑφ. *Romuli*, V²d (Murbac.) β. *Romilii*, Gronov. γ. *nobili*, Pint. — *centensimum*, V. — *eum*, Vd. *cum*, R. — *quanam*, codd. Gel. *unam*, RVd. — *vigoremque*, d. — *ad*, V. — *arquatorum morbum*, θT. *marquatorum morbum*, R. *ad quartorum morbum*, V. *ad quortorum morbum*, d. *morbum arquatum*, codd. Barbari, βγ.

§ 115. *Melitite*, R. V. Dioscor. 5, 15. — *musto et melle*, R. *melle et musto*, Vd. — *docuimus* 14, 85. — *in febri dare*, T. — *et nervorum*, R. *nervorum*, Vd. — *infirmitati*, RV. — *absteneis*, R.

§ 116. *Melli*, R. De ipsa re v. Dioscor. 2, 105. — *originis*, Vd. — *locis diximus*, RVd. *diximus locis*, βγ. V. 11, 18. 21, 83. — *calefacit*, dβγ. *calfacit*, RV. — *lactis naturae*, d. *latis naturae*, V. *lacti naturae*, R. *lacti*, r. — *hausta*, Vd. *Nusta*, R. — *lac in*, Vd. *lactinis*, R. — *stomacho*, R. *stomachum*, d. *stomam*, V. — *inguen*, d. *ingen*, V¹. *ungen*, RV². — *tumet*, R. *tume t*, V (una littera erasa). *tumeat*, dβγ.

lagmata, emplastra, collyria, antidota parens illa ac divina rerum artifex; officinarum haec, immo verius avaritiae commenta sunt. Naturae quidem opera absoluta atque perfecta gignuntur, paucis ex causa, non ex coniectura rebus adsumptis, ut suco aliquo sicca temperentur ad meatus aut corpore alio umentia ad nixus. Scripulatim quidem colligere ac mi- 118
scere viris non coniecturae humanae opus sed inpudentiae est. Nos nec Indicarum Arabicarumque mercium aut externi orbis attingimus medicinas; non placent remediis tam longe nascentia, non nobis gignuntur, immo ne illis quidem, alioqui non venderent. Odorum causa unguentorumque et deliciarum, si placet, etiam superstitionis gratia emantur, quoniam ture supplicamus et costo; salutem quidem sine istis posse constare vel ob id probabimus, ut tanto magis sui delicias pudeat.

57. Sed medicinas e floribus coronamentisque et hortensiis 119
quaeque mandantur herbae persecuti quonam modo frugum omittimus? XXV. Nimirum et has indicare conveniat. In primis sapientissima animalium esse constat quae fruge vescantur. Siliginis grana conbusta et trita in vino Amineo oculis inlita epiphoras sedant, tritici vero ferro conbusta iis quae frigus usserit praesentaneo sunt remedio. Farina tritici 120
ex aceto cocta nervorum contractionibus, cum rosaceo vero et fico sicca myxisque decoctis furfures tonsillis faucibusque gargarizatione prosunt. Sextus Pomponius praetorii viri pa-

§ 117. *quos*, V d. *quod*, R. — *possit medicina*, R V d. *medicina possit*, $\beta\gamma$. — *ita*, V. — *diximus* § 106. — *constat*, V. — *ceratum*, θ R V T d. *cerotum*, Hard. e codd. (?) γ. *cerata*, β. — *malagmata*, d. *malacmata*, R. *malemata*, V. — *ut*, V d. Om. R. — *temperentur*, V d. *temperatur*, R. — *nixus*, R. *nexus*, V d $\beta\gamma$. — *humentia*, R. *menti*, V. *alimento*, d.

§ 118. *Scripulatim*, R V d $\delta\vartheta\rho\varphi$. *Scrupulatim*, β. — *externis*, R. — *gignuntur*, R V. *nascuntur*, θ T d. — *alioqui*, V. *alioquin*, R d. — *supraestitioni*, R. — *gratia emantur*, R. *gratiae rimantur*, θ V. *gratia rimantur*, d. — *istis*, θ R V T d. *his*, β. — *contrare*, V. — *ut*, V d. *et*, R. — *suis*, R V.

§ 119. *mandantur*, θ. *mandanter*, V. *manduntur*, R d $\beta\gamma$. — *herbae*, θ R V d. *herbis*, $\beta\gamma$. — *persecuti*, θ R d. *prosecuti*, V $\beta\gamma$. — *quoniam*, V. — *omittimus*, θ R V d. *omittemus*, β. — *conveniat*, θ R V d. *convenit*, β. — *fruges*, R. — *amineo*, V d. *camineo*, R. *ammineo*, β. — *trittici*, R. — *iis quae*, R d. *isque*, V. — *iusserit*, R.

§ 120. *trittici*, R. — *cum rosa vero*, Dalec. — *myxisque*, R. *mysisque*, d. *misisque*, V. — *gargaridiatione*, R. — *prosunt. Suppuratis nervis farina cum hyoscyami succo illinitur, ex aceto et melle lentigini*, K. Haec verba si vere h. l. in K legebantur, ex § 124. cum nonnullis mutationibus huc translata esse apparet. — *praetori*, V.

ter, Hispaniae citerioris princeps, cum horreis suis ventilandis praesideret, conreptus dolore podagrae mersit in triticum super genua sese levatusque siccatis pedibus mirabilem in modum hoc postea remedio usus est; vis tanta est ut cados plenos siccet. Paleam quoque tritici vel hordei calidam in- 121
poni ramicum incommodis experti iubent quaque decoctae sint aqua foveri. Est et in farre vermiculus teredini similis, quo cavis dentium cera incluso cadere vitiati dicuntur, etiam si fricentur. Olyram arincam diximus vocari; hac decocta fit medicamentum quod Aegyptii atheram vocant infantibus utilissimum, sed et adultos inlinunt eo.

58. Farina ex hordeo et cruda et decocta collectiones in- 122
petusque discutit, lenit, concoquit; decoquitur alias in mulsa aqua aut fico sicca; iocineris doloribus cum posca coqui opus est in vino; cum inter concoquendum discutiendumque cura est, tunc in aceto melius aut in faece aceti aut in cotoneis pirisve decoctis; ad multipedae morsus cum melle, ad serpentium in aceto et contra suppurantia, ad extrahendas suppurationes ex posca addita resina Gallica; ad concoctiones 123
vero et ulcera vetera cum resina, ad duritias cum fimo columbarum aut fico sicca aut cinere; ad nervorum inflammationes aut intestinorum vel laterum vel virilium dolores cum papavere aut meliloto et quotiens ab ossibus caro recedit; ad strumas cum pice et inpubis pueri urina, cum oleo; cum Graeco feno contra praecordiorum tumores vel in febribus

ceterioris, V. — *correptum*, R. — *in*, om. V. — *super genua sese*, RVd. *sese super genua*, $\beta\gamma$. — *est*, RVd. *eius*, T.

§ 121. *sint*, θRV. *sunt*, d$\beta\gamma$. — *foveri*, d. *fovere*, θV. *foveret*, R. — *Est et*, VTd. *Est*, Rβ. — *vermiclus*, V. — *teredinis*, R. — *cavis*, d. *causis*, RV. *cera incluso et dentium cavis indito*, Dalec. — *inclusu*, V. — *fricentur*, R. *refricentur*, Td. *refrigerentur*, θV. — *coricam*, R. — *diximus* 18, 92. — *haec*, V. — *pulmentum*, Dalec., at v. Gronov. — *atheram*, θVTd. *ateram*, R. *atharam*, Barbar. β. V. Dioscor. 2, 114. — *eos*, RVd.

§ 122. *impetusque*, Vd. *que*, R. De ipsa re v. Dioscor. 2, 108. — *concoquit*, R. *concoquitque*, Vdγ. *et concoquit*, β. — *siccat*, V. — *iocineris doloribus*, θRVTd. *ad iocineris dolores*, β. — *cum pos*, θ. *cum pus*, R. *compus*, V. *eam bis*, T. *cum bis*, d. *eam cum posca*, codd. Barbari, β. — *coqui*, ita nos scripsimus. *concoqui*, RVd$\beta\gamma$. At syllaba *con* orta est ex syllaba *ca* prioris vocis corrupta. — *est*, om. d. — *in vino*, d. *cum vino*, RV. *aut cum vino*, $\beta\gamma$. — *cum inter*, RV. *cum ter*, d. *cum vero inter*, $\beta\gamma$. — *concoquendum*, ita nos scripsimus sensu flagitante. *coquendum*, RVd$\beta\gamma$. — *tunc et in*, V. — *aut cotoneis*, RVd. — *multipedae morsus*, VTd. *multitudinē orsus*, R. *multipedarum morsus*, $\beta\gamma$. — *ad serpentium*, R. *ac serpentium*, Vd. — *resine*, V. — *Gallica*, VTd. *galla*, R.

cum melle vel adipe vetusto. Suppuratis triticea farina multo 124
lenior; nervis cum hyoscyami suco inlinitur, ex aceto et melle lentigini. Zeae, ex qua alicam fieri diximus, efficacior etiam hordeacia videtur; trimestris mollior. Ex vino rubro ad scorpionum ictus tepida et sanguinem exscreantibus, item arteriae; tussi cum caprino sebo aut butyro. Ex feno Graeco 125
mollissima omnium; ulcera manantia sanat et furfures corporis, stomachi dolores, pedes et mammas cum vino et nitro cocta. Aerina magis ceteris purgat ulcera vetera et gangraenas, cum raphano et sale et aceto lichenas, lepras cum sulphure vivo et capitis dolores cum adipe anserino inposita fronti; strumas et panos concoquit cum fimo columbino et lini semine decocta in vino.

59. De polentae generibus in frugum loco satis diximus 126
locorum ratione. A farina hordei distat eo quod torretur, ob id stomacho utilis. Alvom sistit inpetusque rubicundi tumoris; et oculis inlinitur et capitis dolori cum menta aut alia refrigerante herba, item pernionibus et serpentium plagis, item ambustis ex vino, inhibetque pusulas.

60. Farina in pollinem subacta vim extrahendi umoris habet, 127
ideo et cruore subfusis in fascias usque saniem perducit, efficacius in sapa. Inponitur et pedum callo clavisque; nam cum oleo vetere ac pice decocto polline condylomata et alia omnia sedis vitia quam maxume calido mirabilem in modum curantur. Pulte corpus augetur. Farina qua chartae gluti-

§ 123. *vel laterum vel virilium*; pro his vv. habent *vel aurium* θRVTd. At laterum dolores certe abesse non possunt, cum Dioscor. dicat: *σὺν μελιλώτῳ δὲ καὶ κωδίαις ἀνωδυνίαν παρέχει τοῖς πλευρὰν ἀλγοῦσι.* — *pubis*, R. — *cum Graeco feno*, θRVTd. *et feno Graeco*, β. — *praecordiorum tumores*, Rd. *tumores praecordiorum*, Vβγ.

§ 124. *ex aqua*, V. De ipsa re v. Dioscor. 2, 107. — *diximus* 18, 112. — *hordicia*, V. — *tremenstris*, V. — *melior ex vino*, r. — *excreantibus*, R. — *sebo*, θRVd. *sevo*, β. — *buturo*, R. *butyro vel feno Graeco*, Dalec.

§ 125. *herina*, V. De ipsa re v. Dioscor. 2, 122. — *rafano*, V. — *sulpurae*, V. — *vino*, R. — *dolore*, V. — *palnos*, R. — *concoquit*, RVd. *coquit*, βγ. — *in vino*, Vd. *cum vino*, R.

§ 126. *diximus* 18, 72. — *locorum*, R. *medicorum*, θVTd. — *ob id*, Vd (codd. Gel.) *id*, R. — *impetusque*, Vd. *impetus*, R. — *menda*, R. — *haerba*, V. — *inhibetque*, θVTdr. *inhibet quoque*, Rβγ. — *pusulas*, θRVdr. *pustulas*, β.

§ 127. Totam hanc paragraphum omitt. Vd. — *redacta*, K. De ipsa re v. Dioscor. 2, 107. — *saniem*, ita nos scripsimus. *sanē*, R. *sanguinem*, βγ. — *perducat*, R. *proiicit*, K.

nantur sanguinem exscreantibus datur tepida sorbenda efficaciter.

61. Alica res Romana est et non pridem excogitata; alioqui 128
non tisanae potius laudes scripsissent Graeci. Nondum arbitror Pompei Magni aetate in usu fuisse, et ideo vix quicquam de ea scriptum ab Asclepiadis schola. Esse quidem eximie utilem nemo dubitat, sive eluta detur ex aqua mulsa sive in sorbitiones decocta sive in pultem. Eadem in alvo 129
sistenda torretur, dein favorum cera coquitur, ut supra diximus; peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem redactis subvenit ternis eius cyathis in sextarium aquae sensim decoctis, donec omnis aqua consumatur, postea sextario lactis ovilli aut caprini addito per continuos dies, mox adiecto melle. Tali genere sorbitionis emendantur syntexes.

62. Milio sistitur alvos, discutiuntur tormina, in quem usum 130
torretur ante. Nervorum doloribus et aliis fervens in sacco inponitur, neque aliud utilius, quoniam levissimum mollissimumque est et caloris capacissimum; itaque talis usus eius est ad omnia quibus calor profuturus est. Farina eius cum pice liquida serpentium et multipedae plagis inponitur.

63. Panicum Diocles medicus mel frugum appellavit. Effectus 131
habet quos milium; in vino potum prodest dysintericis; similiter his quae vaporanda sunt excalfactum inponitur; sistit alvom in lacte caprino decoctum et bis die haustum; sic prodest et ad tormina.

§ 128. *alioqui*, RV. *alioquin*, dβ. — *tisanae*, RV. *ptisanae*, d$\beta\gamma$. — *in usu* — *vix*, om. R. — *ea*, Vd. *eos*, R. — *schola. Esse*, Rd. *scholessae*, V. — *sive in sorbitionem decocta sive*, Vd. Om. R. — *in pulte*, V^{2}d. *in polte*, V$^1\theta$. *in pube*, R.

§ 129. *eadē malvosis tenda*, R. — *torretur* — *cera*, om. R. — *diximus* § 116. — *ad*, Rd. *aut*, V. — *tabitudinem*, RVdr. *habitudinem*, codd. Gel. β. At v. Plin. Valer. 1, 62. — *in sextario aquae*, Dalec. — *ovilis*, Td. — *per continuos dies*; excidit hic numerus dierum. — *genere sorbitionis*, RVd. *sorbitionis genere*, $\beta\gamma$. — *syntexis*, Vd. *suntexis*, R.

§ 130. *levissimum mollissimumque*, R. *levisimumque*, V. *levissimum*, Td. De ipsa re v. Dioscor. 2, 119. — *caloris*, d. *calores*, V. *doloris*, R. — *eius usus*, d. — *profutura*, d.

§ 131. *μελίαν frugem*, Dalec., quod non improbat Voss. ad Caes. bell. civ. 2, 22.

§ 132. *Sesima*, VTd. *Sessama*, R. *Sesama*, $\beta\gamma$. De ipsa planta v. Dioscor. 2, 121. — *in vino sumpta*, d. *in ovo sumpta*, θV (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 2, 87.) Om. R. — *dum in herba est*, RVd. *eiusdem herba*, K. — *hoc*, RVd (codd. Gel.) *haec*, K (Murbac.) — *in cibis*, R. *cibis*, V. *cibus*, d$\beta\gamma$. —

64. Sesima trita in vino sumpta inhibet vomitiones; aurium 132
inflammationi inlinitur et ambustis. Eadem efficit et dum in herba est; hoc amplius oculis inponitur decocta in vino. Stomacho inutilis in cibis et animae gravitatem facit; stellionum morsibus resistit, item ulceribus quae cacoethe vocant; et auribus oleum quod ex ea fit prodesse diximus. Sesimoides a similitudine nomen accepit, grano amaro, folio 133
minore; nascitur in glareosis. Detrahit bilem in aqua potum; semen inlinitur igni sacro, discutit panos. Est etiamnum aliud sesimoides Anticyrae nascens quod ideo aliqui Anticyricon vocant, cetera simile erigeronti herbae, de qua dicemus suo loco, grano sesimae. Datur in vino dulci ad detractiones quantum tribus digitis capitur; miscent ibi et ellebori albi unum et dimidium obolum, purgationem eam adhibentes maxume insaniae melancholicae, comitialibus, podagris; et per se drachmae pondere exinanit.

65. Hordeum optumum quod candidissimum. Sucus decocti 134
in aqua caelesti digeritur in pastillos, ut infundatur exulceratis interaneis et volvis. Cinis eius ambustis inlinitur et carnibus quae recedunt ab ossibus et eruptionibus pituitae, muris aranei morsibus; idem adsperso sale ac melle candorem dentibus, suavitatem oris facit. Eos qui pane hordeacio 135
utuntur morbo pedum temptari negant; novem granis furunculum si quis circumducat, singulis ter manu sinistra, et omnia in ignem abiciat, confestim sanari aiunt. Est et herba

stelionum, V. V. Lachm. ad Lucret. 1, 313. p. 33. — *cagoethae*, R. — *diximus*. Cum Plin. sesiminum oleum supra quidem commemoraverit (15, 28. 30. 18, 96.), at infra demum 23, 95. vim eius auribus salutarem laudet, Hard. h. l. *dicemus* coniicit.

§ 133. *Sesamoidest*, R. *Sesamodides*, V d. Et hoc loco et bis infra formam per *i* praetuli; v. modo supra et ad 15, 28. Ceterum v. Dioscor. 4, 151. — *folia minora*, R. — *glariosis*, R. *gloriosis*, V d. — *sacro igni*, d. — *sesamoidest*, R. *sesamoydes*, d. V. Dioscor. 4, 150. — *Anticyrae*, R. *antiquire*, V d. — *Anticyricon*, R. *antiquiricon*, V d. — *similia*, d. — *erigerunti*, V. — *dicemus suo*, R V d. *suo dicemus*, $\beta\gamma$. V. 25, 167. — *grano sesamae*, R V d. *granum sesamae*, β. — *Datur in vino*; novam hinc periodum incepit Hard. ex Dioscoride, cum antea (β) haec verba superioribus iungerentur. — *miscent ibi et*, R T d. *miscent ibi*, V. *miscentque*, $\beta\gamma$. *miscetur et elleboris albis unus et dimidius obolus. Purgationem eam adhibent maxime*, K. — *insanae*, R. — *podagris*, R V d. *podagricis*, β. — *exinanit*, R (codd. Gel.) *exinanivit*, V d.

§ 134. *infundantur*, R V d. — *vulvis*, R. *biblis*, V. *bilis*, d. — *dentibus*, V. *dentibus et*, d $\beta\gamma$. Nihil horum habet R.

§ 135. *novem*, R V T d. *novemque*, β. — *furunculum si quis*, V T d. *furunculis si quis*, R. *si quis furunculum* $\beta\gamma$. — *circumtangat*, Dalec.

phoenice appellata Graecis, nostris vero hordeum murinum; haec trita e vino pota praeclare ciet menses.

66. Tisanae quae ex hordeo fit laudes uno volumine condidit 136
Hippocrates, quae nunc omnes in alicam transeunt, quanto innocentior alica. Hippocrates tamen sorbitionis gratia laudavit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim arceret, quoniam in alvo non intumesceret, quoniam facile redderetur et adsuetis hic cibus solus in febri bis die posset dari, tantum remotus ab istis qui medicinam fame exercent; sorbitionem tamen dari totam vetuit aliudve quam sucum tisanae, item quamdiu pedes frigidi essent, tunc quidem nec potionem dandam. Fit et ex tritico glutinosior arteriaeque exulceratae utilior.

67. Amylon hebetat oculos et gulae inutile contra quam cre- 137
ditur; item alvom sistit, epiphoras oculorum inhibet et ulcera sanat, item pusulas et fluctiones sanguinis; genas duras emollit. Datur cum ovo his qui sanguinem reiecerint, in vesicae vero dolore semuncia amyli cum ovo et passi tribus ovis suffervefacta a balineo. Quin et avenacea farina decocta in aceto naevos tollit.

68. Panis hic ipse quo vivitur innumeras paene continet me- 138
dicinas. Ex aqua et oleo aut rosaceo mollit collectiones, ex aqua mulsa duritias valde mitigans. Dant ex vino ad discutienda aut quae praestringi opus sit et, si magis etiamnum,

phoenice, ita nos scripsimus. *phynice*, θVd. *phinice*, R. *phoenicea*, βγ. Dioscoridi 4, 43. dicitur φοίνιξ. — *appellata*, R. *appellatur a*, θd. *appellatur ad*, V. — *murynum*, V[2]. *urynum*, V[1]. — *trita e*, Vd. *trite*, R. — *cohibet*, Dalec. — *messes*, V.

§ 136. *Tisanae*, RV. *Tipsanae*, d. *Ptisanae*, βγ. — *volumine condidit Hippocrates quae*, om. V. At v. 18, 75. — *edidit*, K. — *quanto*, θVTd. *Contra quanto*, Rβγ. *Etenim multo*, K. — *innocentior*, θRV. *innocentiore*, Td. *innocentior est*, β. — *Hippocrates* de victu in morbis acutis T. II. p. 30. ed. Kühn. — *tamen*, RVTd. *tantum*, β. — *laudavit*, R. *laudabit*, V. *laudabat*, Td. — *arcet*, RVd. — *intumescere*, V. — *cibus solus*, R. *solus cibus*, Vdβγ. — *febri bis*, d. *febribus*, RV. τῆς ἡμέρης δίς, Hippocr. l. l. — *posset*, R. *possit*, Vdβγ. — *in totum*, r. — *item vetuit quamdiu*, RVd. — *et tunc*, K. — *et*, om. T. — *exulceraque*, V.

§ 137. *Amoelon*, R. *Hamoelon*, V. *Hamelon*, d. De amylo v. Dioscor. 2, 123. — *habetat*, RV. — *et gulae*, RVd. *gulae*, Dalec. γ. — *item alvum sistit*, RVd. *et alvum sistit*, T. *item sistit alvum*, βγ. — *duras genas*, d. — *ovo*, d. *opto*, θV. *opid*, R. *opio*, K (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 2, 89.) — *iis*, R. — *semuntia*, V. — *ovis*, RVd (codd. Gel.) *unciis*, K. *obolis*, Pint. — *avenacea*, codd. Gel. *avenetiaeta*, R. *avenae*, θ. *avinae*, V. *anenae*, d. — *novos*, V.

§ 138. *Panis ipse*, K. — *qui*, R. — *mitigans*. *Dant*, ita nos scripsimus. *mi-*

ex aceto, adversus acutas pituitae fluctiones quas Graeci rheumatismos vocant, item ad percussa, luxata; ad omnia autem fermentatus qui vocatur autopyrus utilior. Inlinitur et paronychiis et callo pedum in aceto. Vetus aut nauticus panis tunsus atque iterum coctus sistit alvom. Vocis studio- 139
sis et contra destillationes siccum esse primo cibo utilissimum est. Sitanius, hoc est e trimestri, incussa in facie aut desquamata cum melle aptissime curat. Candidus aegris aqua calida frigidave madefactus levissimum cibum praebet; oculorum tumori ex vino inponitur, sic et pusulis capitis adiecta arida myrto. Tremulis panem ex aqua esse ieiunis statim a balineis demonstrant. Quin et gravitatem odorum in cubiculis ustus emendat et vini in saccos additus.

69. Et faba auxiliatur; namque solida fricta fervensque in 140
acre acetum coniecta torminibus medetur; in cibo fresa et cum alio cocta contra deploratas tussis suppurationesque pectorum cotidiano cibo sumitur et conmanducata ieiuno ore et ad furunculos maturandos discutiendosve inponitur et in vino decocta ad testium tumores, ad genitalia. Lomento quo- 141
que ex aceto decocto tumores maturat atque aperit, item livoribus, conbustis medetur; voci eam prodesse auctor est M. Varro. Fabalium etiam siliquarumque cinis ad coxendices, ad nervorum veteres dolores cum adipis suilli vetustate prodest; et per se cortices decocti ad tertias sistunt alvom.

tigandas, RVd. *mitigat. Datur*, *βγ*. Vid. 21, 157. — *ex vino*, RVd. *et ex vino*, *βγ*. — *discutienda*, *θ*. *discutiendam*, RVd. *discutiendum*, K. — *aut quae*, *θ*RVd. *quae*, *βγ*. *Valet ad ea quae*, K. — *ex aceto*, d. *aceto*, RV. — *acutas*, R. *occultas*, *θ*VTd. — *luxataque*, Td. — *autem*, RVd. *autem haec*, *βγ*. — *autopyrus*, RVd. *autopyros*, *βγ*. — *Illinuntur*, R. — *paronyclis*, R. — *pedum in*, Vd. *dentium*, R. — *Vetus aut*, R. *vetus*, V. *veteri*, Td. — *nauticus*, VTd. *uticus*, R. Ceterum v. Dioscor. 2, 107. — *atque*, Vd. *accedit*, R.

§ 139. *studiosis*, *θ*RVTd. *studiosos*, *β*. — *destillationes*, RV. *distillationes*, d*βγ*. — *utilissimus*, R. — *e trimestri*, d (codd. Gel.) *et trimestri*, RV. — *adiecta*, *θ*V. *aut adiecta*, Rd*βγ*. — *ab alienis*, V. — *in cubiculis* — *et*, om. R. — *vini*, RVd. *viri*, T. *iuri*, *θ*. — *saccos*, Vd (codd. Gel.) *saccas*, R. *saccis*, K. — *additos*, R.

§ 140. *Et faba auxiliatur*, Vd. *Faba auxiliatur*, R. *Auxiliatur et faba*, *βγ*. *Auxiliatur morbis et faba*, K. — *hacre*, V. *acro*, Rd. — *aceto*, d. — *fresa*, RV. *fressa*, d*βγ*. — *allio*, Vd. *ϑlio*, R. — *tussi*, R. — *et ad*, RVd. *etiam ad*, *βγ*. — *furenculos*, V. — *et discutiendosve*, R. — *ad testium*, Vd. *et testium*, R. — *ad genitalia*, *θ*RVd. *et genitalium*, *βγ*.

§ 141. *decocta*, V. — *liboribus*, V. — *coxendicis*, R. — *ad nervorum*, RVd. *et ad nervorum*, *βγ*. — *adipe suillo vetusto*, Dalec. At v. Gronov. ad h. l. et nos ad 17, 105. — *corticis*, R.

70. Lens optuma quae facillime coquitur et ea quae maxume 142
aquam absorbet. Aciem quidem oculorum optundit et stomachum inflat sed alvom sistit in cibo magisque caelesti aqua discocta; eadem solvit minus percocta. Pusulas ulcerum rumpit, ea quae intra os sunt purgat et abstergit; collectiones omnis inposita sedat maxumeque exulceratas et rimosas, oculorum autem epiphoras cum meliloto aut cotoneo; contra suppurantia cum polenta inponitur. Decoctae sucus ad oris 143
exulcerationes et genitalium adhibetur, ad sedem cum rosaceo aut cotoneo; in iis quae acrius remedium exigant cum putamine punici, melle modico adiecto; ad id demum, ne celeriter inarescat, adiciunt et betae folia. Inponitur et strumis, panis vel maturis vel maturescentibus ex aceto discocta, rimis ex aqua mulsa et gangraenis cum punici tegmine, item podagris cum polenta et volvis et renibus, pernionibus, ulceribus difficile cicatricem trahentibus. Propter dissolutionem 144
stomachi triginta grana lentis devorantur. In choleris quoque et dysinteria efficacior est in tribus aquis cocta, in quo usu melius semper eam torrere ante et tundere ut quam tenuissima detur vel per se vel cum cotoneo malo aut piris aut myrto aut intubo erratico aut beta nigra aut plantagine. Pulmoni est inutilis et capitis dolori nervosisque omnibus et felli, nec somno facilis, ad pusulas utilis ignique sacro et mammis in aqua marina decocta, in aceto autem duritias et

§ 142. *et ea*, θRVTad. *eaque*, β. Ceterum de lente v. Dioscor. 2, 129. — *absorbet*, Va. *obsolbet*, R. *sorbet*, d. — *caelesti aqua discocta*, RVTad. *discocta caelesti aqua*, βγ. — *Pusulas*, θRVTdr. *Crustulas*, β. — *ea*, RV. *eaque*, adβγ. — *os*, Ra. *hos*, V. *ossa*, d. — *abstergit*, θ. *adstringit*, RVadβγ. — *meliloto*, a. *melito*, Rd. *milito*, V. — *pulenta*, V uti saepe.

§ 143. *ad oris*, Rad. *odoris*, V. — *iis*, R. *his*, θVTadγ. — *exigant*, θRVTad. *exigunt*, β. — *putamine*, a. *petamine*, RVd. — *modico*, Va[1]. *modice*, Ra[2]d. — *inarescant*, Vd. — *panis*, RVad. *panisque*, βγ. — *vel maturis — rimis*, omitt. Ra. — *ex aqua*, RV. *et aqua*, d. — *punici — cum*, om. d. — *tegmine*, V. *germine*, Ra.

§ 144. *choleris*, a. *cholcris*, R. *choris*, Vd. — *in quo usu*, RTad. *in usum*, θV. — *semper eam torrere*, Rad. *semper torrere*, V. *torrere semper*, T. — *ante et*, Td. *ante*, Ra. *et ante*, V. *et*, θ. *aut*, β. — *tundere*, VTd. *tendere*, Ra. — *quam*, omitt. Ra. — *piris*, ad. *pyris*, V. *phyris*, R. Haec vox huius paginae eademque huius libri in R ultima est; altera folii pagina vacua est relicta; in folio sequente incipit liber XXV. In margine huius paginae vetus manus adscripsit: *Deficit hic de isto libro.* — *Pulmoni est*, a. *Pulmonis*, V. *Pulmoni*, d. — *doloris*, V. — *somno*, Vd. *conno*, a.

§ 145. *sint*, V. — *cribum*, V. — *aditum*, V. — *profluenti*, θVTd. *profluente*, γ. *fluente*, β. — *et cum*, Va. *cum*, d. — *interinea*, V.

strumas discutit. Stomachi quidem causa polentae modo po- 145
tionibus inspergitur. Quae sunt ambusta, aqua semicocta curat, postea trita et per cribrum effuso furfure, mox procedente curatione addito melle; ex posca coquitur ad guttura. Est et palustris lens per se nascens in aqua non profluenti, refrigeratoriae naturae, propter quod collectionibus inlinitur et maxume podagris et per se et cum polenta; glutinat et interanea procidentia.

71. Est silvestris elelisphacos dicta Graecis, aliis sphacos, sa- 146
tiva lente levior et folio minore atque sicciore et odoratiore. Est et alterum genus eius silvestrius, odore gravi; haec mitior. Folia habet cotonei mali effigie sed minora et candida, quae cum ramis decocuntur. Menses ciet et urinas et pastinacae marinae ictus sanat, torporem autem obducit percusso loco. Bibitur cum apsinthio et dysinteriae; cum 147
vino eadem conmorantis menses trahit, abundantis sistit decocto eius poto; per se inposita herba volnerum sanguinem cohibet. Purgat et serpentium morsus et, si in vino decoquatur, pruritus testium sedat. Nostri qui nunc sunt herbarii elelisphacum Graece, salviam Latine vocant mentae similem, canam, odoratam; partus emortuos ea adposita extrahunt, item vermis ulcerum auriumque.

72. Cicer et silvestre est, foliis sativo simile, odore gravi. Si 148
largius sumatur, alvos solvitur et inflatio contrahitur et tormina; tostum salubrius habetur. Cicercula etiamnum magis

§ 146. *Est silvestris*, V d (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 233. b. G.) *Est et silvestris*, T β. Ceterum v. Dioscor. 3, 35. — *elelisphacos*; pro hac voce habet *et elisphacos* Rigalt., *et elispacus* V, *et hisphacos* a, *elisphacos* T d, *et elelisphacos* γ. — *dicta Graecis*, Salmas. *dicta a Graecis*, V T a d $\beta\gamma$. — *aliis*, θ a d. *alis*, V. *ab aliis*, $\beta\gamma$. — *sphacos*, Hard. e codd. indicis huius libri. *facos*, d. *faces*, V. *faenacos*, a. *phacos*, codd. Salmas. β. — *sativa lente*; pro his vv. habent *dicta sativa lente* V d (codd. Salmas.), *dicta satim valente* a, *Est ea sativa lente* β, *Ea est sativa lente* γ. Participium *dicta* e superioribus male est repetitum. Multa in his tentat Pint. — *levior*, a. *leviore*, V d (codd. Salmas.) — *sicciore*, a d. *siccior*, V. — *odoratiore*, a. *odoratior*, V d. — *silvestrius*, V a d. *silvestris*, β. — *effigie sed*, a. *effigies et*, V d. — *decoquntur*, V. — *Meses*, V. — *marinae*, V a d. Omiserunt Hard. et γ operarum, ut videtur, vitio. — *torporem*, V a. *corpore*, d.

§ 147. *et dysinteriae*, V d. *et dysinteria*, a. *et dysentariae*, θ. *ad dysenteriam*, $\beta\gamma$. — *meses*, V. — *potu*, d. — *Purgat*, θ V d. *Pugna*, a. *Sanat*, $\beta\gamma$. — *lelisphacum*, V d. *rilelispacum*, a. — *salviam Latine*, V a d. *Latine salviam*, $\beta\gamma$. — *emortuos*, V a. *mortuos*, θ d. — *extrahit*, K. — *ulcerum auriumque*, a d. *ulcera auriumque*, V. *aurium ulcerumque*, $\beta\gamma$.

§ 148. *sativo*, *γίνεται δὲ καὶ ἄγριος ἐρέβινθος, ὅμοιος τοῖς φύλλοις τῷ ἡμέρῳ*, Dioscor. 2, 126. Omitt. V a d.

in alvo proficit. Farina utriusque ulcera manantia capitis sanat, efficacius silvestris, item comitialis et iocinerum tumores et serpentium ictus. Ciet menses et urinas, grano 149
maxume; emendat et lichenas et testium inflammationes, regium morbum, hydropicos. Laedunt omnia haec genera exulceratam vesicam et renis; gangraenis utiliora cum melle et his quae cacoethe vocantur. Verrucarum in omni genere prima luna singulis granis singulas tangunt eaque grana in linteolo deligata post se abiciunt, ita fugari vitium arbitrantes. Nostri praecipiunt arietinum in aqua cum sale disco- 150
quere, ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus urinae; sic et calculos pellit morbumque regium. Eiusdem foliis sarmentisque decoctis aqua quam maxume calida morbos pedum lenit, et ipsum calidum tritumque inlitum. Columbini decocti aqua horrorem tertianae et quartanae minuere creditur; nigrum autem cum gallae dimidio tritum oculorum ulceribus ex passo medetur.

73. De ervo quaedam in mentione eius diximus, nec potentiam 151
ei minorem veteres quam brassicae tribuere contra serpentium ictus ex aceto, ad crocodilorum item hominumque morsum. Si quis ervom cotidie ieiunus edat, lienem eius absumi certissimi auctores adfirmant. Farina eius varos sed et maculas cutis toto corpore emendat. Serpere ulcera non patitur, in mammis efficacissimum; carbunculos rumpit ex vino. Urinae 152
difficultates, inflationem, vitia iocineris, tenesmon et quae cibum non sentiant atropha appellata tostum et in nucis abellanae magnitudinem melle collectum devoratumque corrigit, item inpetigines ex aceto coctum et quarto die solutum;

§ 149. *silicenas*, V. — *eaque*, a. *easque*, V d. — *obiciunt*, a.

§ 150. *arietinum in aqua*, a. *arietinumina*, V d. — *cum sale*, V d. Omitt. a r. — *discoquere*, a. Omitt. V d. — *ex eo*, V d. *ex aqua ex eo*, a. — *pellit*, om. d[1]. — *Eiusdem*, librariorum interpolationi deberi videtur, cum pronomen tertiae personae rationi grammaticae adversetur. — *aquam* et *calidam*, V. — *lenit*, θ V T d. *tollit*, r. *mollit*, a β γ. — *dimidium*, V d. — *medetur*, a d. *miscetur*, θ V.

§ 151. *hervo*, V. De ipso ervo v. Dioscor. 2, 131. — *quidem*, K. — *diximus* 18, 139. — *ei*, omitt. V a d. — *minorem*, d. *minores*, V a. — *brasicae*, V. — *ex aceto*, om. d. — *ad*, V a (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 2, 97.) *ac*, d. *et ad*, Dalec. — *crocodiliorum*, V. — *item*, Murbac. Omitt. V a d β γ. — *morsus*, d. — *quotidie ervum*, d. — *edat*, d. *edit*, θ V a. — *Farinam*, V. — *varos sed et*, T. *varos sede*, V. *varios et*, θ K. *varos sedem*, d. *varos et*, Murbac. *varro sed et*, a ϑ. *ut ait Varro*, β. — *maculas cutis*, θ V T K d. *macula eius*, a. *maculas*,

panos in melle inpositum suppurare prohibet. Aqua decocti 153
perniones et pruritus sanat fovendo; quin et universo corpori, si qui ieiunus cotidie biberit, meliorem fieri colorem existumant. Cibis idem hominis alienum; vomitiones movet, alvom turbat, capiti et stomacho onerosum. Genua quoque degravat, sed madefactum pluribus diebus mitescit, bubus iumentisque utilissimum. Siliquae eius virides prius quam indurescant cum suo caule foliisque contritae capillos nigro colore inficiunt.

74. Lupini quoque silvestres sunt, omni modo minores sativis 154
praeterquam amaritudine. Ex omnibus quae eduntur sicco nulli minus ponderis est nec plus utilitatis. Mitescunt cinere aut aqua calidis; colorem hominis frequentiores in cibo exhilarant, amari contra aspidas valent; ulcera atra aridi decorticatique triti, supposito linteolo, ad vivom corpus redigunt; strumas, parotidas in aceto cocti discutiunt. Sucus 155
decoctorum cum ruta et pipere vel in febri datur ad ventris animalia pellenda minoribus triginta annorum, pueris vero etiam inpositi in ventrem ieiunis prosunt, et alio genere tosti vel in defruto poti vel ex melle sumpti. Iidem aviditatem cibi faciunt, fastidium detrahunt. Farina eorum aceto subacta papulas pruritusque in balineis inlita cohibet et per se siccat ulcera; livores emendat, inflammationes cum polenta sedat. Silvestrium efficacior vis contra coxendicum et 156
lumborum debilitatem. Ex iisdem decocta lentigines et foventium cutem corrigunt; si vero ad mellis crassitudinem decoquantur vel sativi, vitiligines nigras et lepras emendant.

$\beta\gamma$. — *toto*, VTad (codd. Gel.) *in toto*, θK. *ex toto*, r. — *emundat*, r. — *volnera*, a. *vulnera*, Vd.

§ 152. *inflationis*, d. — *tenesmos*, d. — *sentiant*, Vd. *sentiunt*, a$\beta\gamma$. — *magnitudine*, V. — *melle*, om. a. — *corrigit*, a. *colligit*, Vd. — *quarta*, a. — *cum melle*, Dalec.

§ 153. *si qui*, V. *si quis*, ad$\beta\gamma$. — *ieiunus cotidie*, V. *quotidie ieiunus*, ad$\beta\gamma$. — *existimat*, V. — *Cibus* et *alienus*, d. — *bobus*, V. — *suo*, ad. *succo*, θV. — *contritum*, Vad.

§ 154. *quoque*, Vad. *vero*, T. De lupinis v. Dioscor. 2, 132. 133. — *sativis*, omitt. VTad. — *calida*, Kr. — *discolores homines*, r. — *frequentatiores*, d. — *armari*, Vd. — *atra*, Vad. *tetra*, K.

§ 155. *et pipere*, Va. *ex pipere*, Td. — *vel*, a. *ve*, Vd. — *febritu*, θV. — *vero etiam*, VT. *vero*, ad$\beta\gamma$. — *vel in*, VT. *iidem*, d. *et in*, a$\beta\gamma$. — *defrito*, T. — *per se siccat*, Vd. *persiccat*, a.

§ 156. *vis*, Vd. *vis est*, a$\beta\gamma$. — *coxendicium*, V. — *foventium cutem*, V. *cutem foventium*, Tad. — *emendat*, V. Omitt. ad.

Sativi quoque rumpunt carbunculos inpositi, panos, strumas minuunt aut maturant, cocti ex aceto cicatricibus candidum colorem reddunt; si vero caelesti aqua discoquantur, sucus ille zmegma fit, quo fovere gangraenas, eruptiones pituitae, ulcerum manantia utilissimum. Expedit ad lienem bibere et 157
cum melle haerentibus menstruis. Lieni crudi cum fico sicca triti ex aceto inponuntur. Radix quoque in aqua decocta urinas pellit. Medentur pecori cum chamaeleone herba decocti, aqua in potum colata; sanant et scabiem quadripedum omnium in amurca decocti vel utroque liquore postea mixto. Fumus crematorum culices necat.

75. Irionem inter fruges sesimae similem esse diximus et a 158
Graecis erysimon vocari; Galli velam appellant. Est autem fruticosum, foliis erucae, angustioribus paulo, semine nasturti, utilissimum tussientibus cum melle et in thoracis purulentis exscreationibus; datur et regio morbo et lumborum vitiis, pleuriticis, torminibus, coeliacis, inlinitur vero parotidum et carcinomatum malis, testium ardoribus ex aqua, alias cum melle, infantibus quoque utilissimum, item sedis vitiis et articulariis morbis cum melle et fico, contra venena etiam efficax potum. Medetur et suspiriosis, item fistulis cum axungia veteri ita ne intus addatur.

76. Horminum semine, ut diximus, cumino simile est, cetero 159
porro, dodrantali altitudine, duorum generum; alteri semen

strumas, Vad. *et strumas*, $\beta\gamma$. — *zmegam*, Vd. *zmegan*, a. — *sit*, V. — *quod*, d. — *ulcerum*, θV. *ulcera*, ad$\beta\gamma$. — *utilissimum*, a. Omitt. θVd.

§ 157. *Expediat ad*, θVd. *Expellat ad*, a. — *haerentibus menstruis*, Vad. *menstruis haerentibus*, $\beta\gamma$. — *crudi*, Vad. *crudi vel*, T. — *fico*, a. *ficu*, θVTd. — *sicca triti*, ad. *cicatrici*, θV. — *chamaeleone*, VTad. *chamaeleonte*, β. — *decocti*, a. *decocta*, VTd. — *colata*, r. *collecta*, θVTad. *collata*, $\beta\gamma$. — *utroque*, a (codd. Barbari). *nitro quo*, d. *vitro*, V. Ceterum hic locus corruptela non caret; amurca enim et lupini ea decocti minime *uterque liquor* dici possunt; deinde adverbium *postea* non habet, quo referatur. Hinc ante verba *vel utroque* — *mixto* nonnulla excidisse opinor, quae pariter a particula *vel* inciperent.

§ 158. *diximus* 18, 96. Ceterum v. Dioscor. 2, 187. — *velam*, VTadr. *velum*, θ. *velarum*, β. *velam alterum*, Dalec. — *coracis*, Vd. — *pleureticis*, Vd. — *ficu*, d. — *contra venena*, Vd. *convenena*, a. — *etiam* — *addatur*, om. a. — *potu*, θVd. — *vetere*, V.

§ 159. *Orminum*, V. Ceterum v. Dioscor. 3, 135. — *diximus* 18, 96. — *stimulandam*, Vad. *stimulandam utuntur*, K[1]. *stimulandam valet*, K[2]. — *albugines*, Vad. *et albugines*, $\beta\gamma$. — *altera*, a. — *candidius*, a. *candidus*, V. *candidum*, Td. — *ex corpore*, ad. *et corpore*, V. — *illito*, K[1]a. *illitum*, Vdβ. *vel illito*, K[2]. — *ferunculos*, V[1]. — *faciunt*, a.

§ 160. *sunt usu*. *Infelix*, ad. *sumptus vim*. *Felix*, V. — *dictum est*, Va.

nigrius et oblongum, — hoc ad venerem stimulandam et ad oculorum argema, albugines, — alteri candidius semen et rotundius. Utroque tunso extrahuntur aculei ex corpore per se inlito ex aqua; folia ex aceto inposita panos per se vel cum melle discutiunt, item furunculos priusquam capita faciant omnisque acrimonias.

77. Quin et ipsae frugum pestes in aliquo sunt usu. Infelix 160
dictum est a Vergilio lolium; hoc tamen molitum, ex aceto coctum inpositumque sanat inpetigines celerius quo saepius mutatum est; medetur et podagrae aliisque doloribus cum oxymelite. Ratio haec: aceti sextario uno dilui mellis uncias duas iustum est; ita temperatis sextariis tribus, decocta farina loli sextariis duobus usque ad crassitudinem calidumque inponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit ossa fracta.

78. Miliaria appellatur herba quae necat milium; haec 161
trita et cornu cum vino infusa podagras iumentorum dicitur sanare.

79. Bromos semen est spicam ferentis herbae; nascitur inter vitia segetis avenae genere; folia et stipula triticum imitantur, in cacuminibus dependentis parvolas veluti locustas habet. Semen utile ad cataplasmata aeque ut hordeum et similia; prodest tussientibus sucus.

80. Orobanchen appellavimus necantem ervom et legumina; 162
alii cynomorion eam appellant a similitudine canini genitalis.

dictum, Td. — *Vergilio* georg. 1, 153. — *lollium*, a. V. Dioscor. 2, 122. — *mutata*, V. — *podagrae*, Vad. *podagris*, $\beta\gamma$. — *cum*, Va. *mox*, Td. *ex*, $\beta\gamma$. — *oxymeu*, a. — *Ratio*, θVTad. *Curatio*, $\beta\gamma$. — *haec*, θVTd. *haec a ceteris*, a. *haec a ceteris differt*, $\beta\gamma$. — *aceti*, θVTd. Om. a. — *diluuntur mellis unciae duae*, θVTad. — *decoctae farinae*, VTad. — *sextariis duobus*; pro his vv. habent *sextarios* VTad. — *calidumque*, θVTd. *calidumque ipsum*, $\beta\gamma$. Ingens totum hunc locum inquinavit corruptela, quam unus sentiens Pint. coniicit ita legendum esse: *mellis duos iustum. His ita temperatis sextariis tres decoqui farinae lolii sextarios usque ad crassit.* Sed ut nihil dicam de violentia ipsius mutationis et de oratione a simplicitate Plinio in talibus praeceptis tradendis, uti par est, usitata remota, ita quoque multa perquam dubia remanent, quae enumerare longum est ac putidum. Sine melioribus libris huic loco succurri non potest.

§ 161. *quae*, om. a. — *podagris*, a. — *Bromos*, Dioscor. 2, 116. — *nascentis*, Salmas. exerc. p. 154. a. G. *censetur*, Dalec. — *genere*, om. V. *genus*, Dalec. — *folia*, θT. *folio*, ad$\beta\gamma$. — *imitantur*, θVT. *imitatur*, ad$\beta\gamma$. — *veluti*, VTad. *velut*, codd. Barbari, $\beta\gamma$. — *Semen*, a. Omitt. Vd. — *aeque ut*, K[1]. *ad quae*, K[2]. *atque*, Vad$\beta\gamma$. Receptam scripturam confirmat Dioscorides: *τὸ σπέρμα χρήσιμον εἰς καταπλάσματα, ὡς ἡ χριθή*; de *aeque ut* v. 23, 89.

§ 162. *Orobachen*, V. — *appellavimus* 18, 155. — *cynamorion*, V.

Cauliculus est sine foliis, pinguis, rubens; estur et per se et in patinis, cum tener est, decoctus.

81. Et leguminibus innascuntur bestiolae venenatae quae 163
manus pungunt et periculum vitae adferunt, solipugarum generis; adversus has omnia eadem medentur quae contra araneos et phalangia demonstrantur. Et frugum quidem haec sunt in usu medico.

82. Ex iisdem fiunt et potus, zythum in Aegypto, caelia 164
et cerea in Hispania, cervesia et plura genera in Gallia aliisque provinciis, quorum omnium spuma cutem feminarum in facie nutrit; nam quod ad potum ipsum attinet, praestet ad vini transire mentionem atque a vite ordiri medicinas arborum.

sine, V d. *sine sanguine*, a γ. — *pinguis*, V d. Omitt. a γ. *χαυλίον ἐστὶν ὑπερέρυθρον — — ἄφυλλον, ὑπολίπαρον*, Dioscor. 2, 171. — *estur et*, T a d. *est urens*, V. — *et in*, T. *in*, V a d (codd. Gel.) γ. — *pastinis*, d. — *tener*, V T. *tenera*, a d β γ. — *decoctus*, T. *decocta*, V a d β γ.

§ 163. *nascuntur*, V a d. — *solipugarum*, V¹ T a d. *solifugarum*, V² β.

§ 164. *gytum*, V d. — *caelia*, V. *celia*, a d γ. — *cerea*, T a d. *caereae*, V. *ceria*, β γ. — *cervesia*, V T d. *cerevisia*, a β γ. — *praestet*, θ V. *praestát*, a d β γ. — *avide*, V. *vite*, a d. — *ordiri*, a d. *or diri*, V¹. *or dicere*, V².

INDEX CRITICUS LIBRI XVI—XXII.

XVI. 1. *dididimus*, nos. *constant*, *β*. *primo*? 2. *situm an*, nos. 4. *cibos et*, *β*. 5. *replent*? *proras*, *β*. 11. *iligna*, *β*. *Iovi sacra*, *β*. 12. *civem*, *β*. *hostis*? *civis*, *β*. 15. *Glandes*, *β*. 16. *alia quernae*, *β*. *obtinent*, *β*. 17. *notam*, *β*. 20. *echinato*, *β*. 22. *aegilops*, *β*. 23. *carbo in*, Harduin. 24. *haliphloeos*, Pintian. *icitur*, *β*. 25. *diffusam* — *dulcissima*? 27. *cavernae*, *β*. 29. *gallae*, *β*. 30. *Ferunt*, *β*. 31. *roboris*, *β*. 33. *aegilops*, *β*. *odoratos*, *β*. 35. *recenti*, *β*. 37. *Q.*, *β*. *teneret*, *β*. 38. *picem*? 42. *Resina ei*, *β*. *materies*, *β*. 43. *incorrupta est*, nos. *lentiore* — *durescentis*? 44. *parcior*, *β*. *lumini sacrorum*, *β*. 45. *a peritis*, *β*. 46. *at*, *β*. *picea repullulat*, Barbar. 47. *etiamnum*, *β*. 48. *in totum*, *β*. 49. *phthirophoron*, *β*. 50. *etiamnum*, *β*. 51. *adigatur*, *β*. 52. *e*, *β*. *cedrium*, Barbar. 53. *e*? 54. *assula*, *β*. 55. *sartagine*, *β*. *ex*, *β*. 56. *zopissam*, Barbar. 57. *assula*, Dalecamp. 60. *aliae*, *β*. 61. *in*, *β*. *caesarum e genere*, *β*? 64. *et*? 65. *tunicae*, Dalecamp. 67. *glinon*, *β*. *ligno*, *β*. *et*, *β*. 70. *quies est*, nos. *proceriores*, nos. 71. *flore*, *β*. *mellis*. *Semen illius*, *β*. 72. *fruticosa*, *β*. *Atiniae*, *β*. 73. *linamenta*, Harduin. 75. *comitatur*, *β*. 76. *Aquas odere*, *β*. 77. *mancupiis*, Turneb. 78. *quoniam*, nos. 80. *andrachle*, Salmas. 84. *matrem*, nos. 85. *appellatur*, *β*. 86. *candidae* — *et ut villi*, Salmas.? 90. *punicae*, *β*. 92. *densa*, *β*. *ilignaque*, *β*. 93. *ex a. d.*, Pontedera. *aequinoctiali*, *β*. 94. *laborum*? 98. *ceterae*, *β*. *nimia*, *β*. *elassescit*, *β*? 99. *praeterque*, *β*. 101. *secutis*? 102. *Serotino*, *β*. 103. *maturat*, *β*. *Armeniaca dein*, *β*. *urbanarum*, *β*. 106. *Sed*, *β*. 107. *nullo*, *β*. 108. *aperiuntur*, *β*. 110. *frugiperda*, *β*. *torvum*, *β*. 111. *in iisque*? 113. *umbrosissimumque*, *β*. 115. *mare*, *β*? *biferam*, *β*. *Tacapensi*, *β*. 117. *Est*, *β*. *ceterae*, *β*. *vinum*, *β*. 119. *talia*, Barbar. *oboedit*, nos. 120. *quas*, *β*. 121. *buxo*, *β*. 126. *ut*? 128. *haec* et *hirsuta*? *ut*, *β*? 135. *nasci Assyria*, *β*? *peregrinari*, *β*. 137. *teporis*, *β*. 139. *Natu*, *β*. 140. *operis topiarii*, Pintian. 141. *plantaria*, *β*? 142. *vi naturali*? *emicat*, *β*. 143. *has*, *β*. *imbrium*. *Aquae*, Harduin. *ut*, *β*. 144. *nec in*, *β*. *ei*, *β*. 146. *hae*, *β*. *selenitium cuius*, *β*? 148. *habet*, *β*. 151. *racemi*, *β*. 152. *Est et in*, *β*. 153. *ederae e Cilicia*, *β*. 155. *quis omnino*, *β*? 156. *tecta alta*? 157. *Chartisque*, *β*. *Anaiticum*, Barbar. 158. *lignosiore*, Pintian. 159. *noxia*, *β*. *obumbrant*, *β*. 160. *Bactros*, *β*. 161. *Belgicis*, *β*. *commendatioribus*? 163. *a dextera*, nos. 164. *Orchomenius* — *pervius*, *β*? 167. *teneritate*, *β*. 168. *lacus*, *β*. *natam illam*, *β*. 169. *et saepe; Lebaida vocatur*? 171. *lingulis*, Bodaeus bis. *solstitia*, *β*. 172. *vero e*, nos. *Panhormo*, *β*. 173. *asparagi*, *β*. *salices*, nos. *alnis*, *β*. *tutelam*, Dalec. *densius*? 174. *lentitiae*, *β*. 175. *quam ut e corio fiant*, *β*. *aptissimae*, *β*. 178. *scirpi*, *β*. *et tegulum tegetesque*, *β*? *eorum*, *β*. 179. *Sui*, nos. *canoram*, *β*. *caesa*, *β*. 180. *Tenuior est*, nos. 185. *sicut*, nos. *Fagis*, *β*. 187. *fissile*, *β*. *faciunt*, *β*? 188. *reddentur*, *β*. 191. *coitus*, *β*. 192. *Duelli*, *β*. 194. *ni quam*, Gesner. 195. *Ad*, Barbar.? *opera medulla*? 196. *haec*, *β*. *decorticatur*, *β*. *infernas*, Barbar. 198. *Vaccaeis*,

Harduin. 199. *oraculorum*, nos. 201. *diribitorio*, *β*. 202. *Ostiensis*, *β*. *pluris*, *β*. 203. *undeciremem*, *β*. 205. *quem*, *β*. *oleo*, Barbar. 208. *excudendum*, *β*. *silvestris*, *β*. 209. *fici*, *salix*, *β*. *ficus*, *β*. 210. *lentitia*, *β*. *crassamentisque*? *sic*, *β*. 211. *Palmae* — *materies*, Harduin.? *et*? *sed fragile*? *differentiam*, nos. 213. *claro*, *β*. 214. *Endoeon*, nos. *quoque non*, *β*. *nardo*, *β*. 215. *urbe*, *β*. 216. *e*, nos. *habent*, nos. 217. *aedis*, nos. *eas et*, Salmas. 218. *perflatu*, *β*. 219. *pandantur*, *β*. 220. *Infestantium*, *β*. 221. *vitri*, *β*. 223. *Cetera*, Harduin. 224. *Antandro*, *β*. *Obrutae*, *β*. 225. *curribus*, *β*. 226. *glutini ratio*, *β*? *abdicant*, *β*. 227. *tilia*, *β*. *Serrabilia*, Harduin. *teras*? 228. *vitem*, *β*? 229. *sectilibus*, *β*. 230. *immaturae*, *β*. 231. *tuber*, *β*. 232. *pretiosiores*, *β*. 235. *CCCLXXIX*, Pigh. *CCCCL*, *β*. 236. *altera*, *β*. *de*, *β*. 238. *Caphyis*, *β*. *ipso*, nos. 239. *vaccam*, *β*? *a supremo die*? 240. *ab*, *β*. 242. *fagei nemoris*, Barbar. 244. *Tempe*, Sabellic. *phaulias*, Salmas. 246. *suffecere*, *β*. *visco*, *β*. *amittant*, *β*. 248. *ligandis inglandis*, *β*. 250. *admodum*, *β*.

XVII. 1. *mirari*, *β*. 3. *Crassus atque*? *HS*, nos bis. 5. *CLXXX*, *β*. 8. *credidisse*, *β*. *taxaverant*, *β*. 11. *pluvere*, nos. 12. *amissione*, *β*. 17. *germinationem antecedentibus*? 18. *alio vero*, *β*. 20. *et viti*? 24. *alunt*, Ian. 25. *rubrica*, Barbar. *Ticinensi*, *β*. 28. *senescunt*, Gesner. *aqua*, *β*. *salici*, *β*. *Laborino*, *β*? 29. *scaber*, *β*. *a*, *β*. *perite fodiat*, *β*. *soles*, *β*. 30. *comperta*, *β*. *cultor elapidato*, *β*. 31. *Pucina*, Sabellic. 33. *quis probare velit*? 34. *cariosam*, *β*. 35. *abominatur*, *β*. *canescentis*, *exesae*, *β*. 36. *totius*, *β*. *et satis*, Pintian.? 37. *a deo*, Sabellic. *nigrescentis*, Barbar. 38. *Italica*, nos. 39. *ex sole*, *β*. 41. *siccus*, *β*. *iugi anu* — *trahente*, *β*. 42. *ipsae* . . . . *genusque*? *leucargillon*, *β*. 43. *rufa*, *β*. *manus*? *ususque*, *β*. *tractatu*, *β*. *si nimia*, nos. 44. *contunditur*, *β*. *minimo*, *β*. 45. *qui bis*, *β*. *hanc*, *β*. 48. *aliquantulum*, *β*. 49. *iumentorum*? *exurunt*, *β*. 51. *coriariorum*, Sabellic. 52. *solus*, *β*. 53. *inventa ingeniorum*, nos. 54. *bubulo*, *β*. *siliquetur*, *β*. *versa*, *β*. 55. *facias*, Pintian. *altam*, Klotz. *bubus*, nos. *erit*, Harduin.? *ibidem*, *β*. 57. *dio*, *β*. 59. *dumtaxat*, *β*. *quae et aliis*, *β*. 60. *seruntur*, nos. *tinus*, *β*. *ad satum*, *β*. *urina*, *β*. 61. *nasci*, *β*. *repastinato*, *β*. *palmi*, *β*. 62. *Tarentinam*, Pintian. *sepis*, *β*. 63. *Mago*, *β*. 64. *palmo*, *β*. *avulsione*, *β*. 66. *mansuescuntque*, *β*. 67. *auferunt*, *β*. 68. *quam*, *β*. 71. *e tam*, *β*. 72. *arbores*, *β*. *naturae vis*, *β*. 73. *volgiolis*, *β*. 75. *cotoneo*, *β*. 76. *refracto*, *β*. *minutatim*, *β*. 77. *carent*, *β*. *latitudine*, *β*. *terni*, *β*. *Intervalla ex*, *β*. *loci*, *β*. 78. *quincuncialis*, *β*. *semine*, *β*. 79. *praefodere* — *prius*? 80. *pronis*, Harduin. *Eadem mensura*? 81. *sulcos*, nos. *sesquipedis*, Schneider. *trahantur*, *β*. *adiiciendum*, *β*. *sat est si*, *β*. *ternos*, *β*. 82. *Excide* rel.? *secures iussit*. *Est*, Harduin. *vel*, nos. 83. *translatae*, nos. 88. *diiudicabit*, *β*. *quae*, *β*. *circinant*, Dalecamp. 90. *resistit*, *quoniam*? *haud*, *β*. *operiente toros*, *β*. 92. *in*, *β*. 94. *conveniet*, *β*. *aut plerumque*? *foedius*, *β*. *gestae*, *β*. *poenitentia*, *β*. 95. *incipiunt*, *β*. *pseudocypirus*, *β*. 96. *natura et hederis*, nos. 97. *prunum*, *β*. *post biennium*, *β*. 100. *autem*, *β*. *gemmae*, *β*. 102. *succurrere persuasa*, *β*. 103. *sicciora*, *β*. 104. *cognationem*, Barbar. 105. *vetustati*, nos. *gemmatione*, *β*. 106. *latitudinem*, *β*. *retorridum*, *β*. *si*, *β*. *ut*, *β*. 107. *deprimitur*, *β*. 108. *rima*, *β*. 109. *ut*, *β*. *Quidam*, *β*. *figunt*, *β*. *plantario*, *β*. *ne*, *β*. 112. *per* — *per*, Pontedera. *et*, *β*. *fascibus*, *β*. *sarcire libro*? *insito*, *β*. 113. *quaeque*, Broter. 114. *infixos*, *β*. *exstent*, Duker. 115. *adraso*, *β*. 116. *ubertati*, *β*. 118. *Emplastratio*, Huet. *mamma*, *β*. 119. *oblini*, *β*. 120. *surculo*, *β*. *per omnia*, nos. 122. *Etereius*, Harduin. *Etereiana*, Harduin. 123. *talea*, *β*. 124. *neve*, *β*. 126. *demittas*, *β*. *emineant*. *Semine*, Schneider. *oculo*, nos. 127. *ventus*, *β*. *Qua*, *β*. *artatoque*, Pontedera. *si male arabit*, nos. *fient*, *β*. 128. *iuberet*, nos. *subriguo solo*, Pintian. *quidem*, *β*. *serit*, *β*. 129. *quattuor*, Harduin. *quod* — *inserit*, nos. 130. *inhumare*, *β*. *secare*, Pontedera. 131. *non aeque*, *β*. 133. *Cos*, *β*. *aestivi non sunt*, *β*. 136. *ad idus*, *β*. 137. *qua*, *β*. 138. *ipsumque*? 140. *ablaqueant*, *β*. 141. *satio fit*, *β*. *refosso*, *β*. 147. *glaream*, Pintian. 148. *nisi ex*, *β*. 149. *novitatem castanea*, nos. 150. *stolones*, *β*. *bifida ex*, Schneider. 151. *e*, *β*. *sarritur*, Dalecamp. 153. *dextrum*, *β*. 155. *quas*, *β*. *pariunt*? 157. *nodorum*, *β*. 159. *longiore super quos*, *β*. *pinguiore*, *β*. 160. *Nec minus*, *β*. *duos*,

β. 161. *luxuriosa*, *β*. 162. *caules*, *β*? *fimo*, *β*. 164. *adminiculo*, *β*. 165. *quem*, *β*. 166. *Tribus vero*, nos. 168. *sulcis fimoque*, *β*. 173. *et intra*, *β*. 174. *ridicae*, Sabellic. *e robore*, Dalecamp. *laburno*, Barbar. 175. *insilit. Aliqui*, nos. 176. *adiiciant*, *β*. *reddit*, *β*? 177. *attollentur*, nos. 178. *et ea est*? 179. *moretur*, *β*. *speretque*, *β*. 180. *ex quibus*, *β*. 181. *at ubi*, *β*. *furunculus*, *β*. 182. *traducere*, *β*. 185. *breves*, *β*. *innitendum*, *β*. *metit*, *β*. 189. *putent*, *β*. 190. *eam*, *β*. 191. *Sed hoc*, *β*. 192. *conlevata*, Pintian. 194. *flatu*, *β*. 195. *per sementem ablaqueato. Vineam*, Pintian. *sic occato*, nos. 196. *viviradicem*, Sabellic. 197. *horum quo rectius valeat*, nos. *varia*, *β*. 199. *ac ne a*, *β*. 200. *eliguntur*, *β*. 201. *opulo*, Pintian. 202. *tonsili*, *β*. *Intervallum*, *β*. 203. *malleolis*, *β*. 205. *omni*, *β*. *reponiturque*, *β*. 210. *ut*, *β*. 211. *Gallica*? *Oneratis*, *β*. 213. *Carseolano*, *β*. 214. *tamen etsi*, nos. *nimis*, Barbar. *quae in arbustis*, *β*. *certa*, *β*. 215. *adprehensa*, *β*. *serendas*, *β*. *aut*, *β*. *utique*, *β*. 216. *est*, Broter. *frigidiore*, Barbar. *quamquam*, nos. 219. *aliquando*, *β*. 220. *delicatiores sunt*, *β*. 221. *ei*, *β*. 222. *tepore*, *β*. 223. *siccitatum*, *β*. 225. *largiores*, Dalec. *perfundunt arborem*, *β*. *scalpunt. Scabie*, nos. *si vel*, Harduin. 226. *vi*, *β*. 227. *vites colentium*? 228. *tepores*, *β*. 230. *Adurunt*, *β*. *sub cute*, Harduin. cum Pintian. *fuere*, *β*. *eum*, *β*. 233. *si*, *β*. *in terris*, Harduin. *aquarum*, Dalecamp. 234. *constant*, *β*. *orbem*, *β*. *andrachle*, nos. 236. *hae*, *β*. 239. *necatur eo*, Harduin. *odore*, *β*. 241. *sine*, *β*. 242. *in infinitum*, *β*. 244. *postea*? 246. *riguis*, *β*. *fimi*, *β*. *putatione*, *β*. 247. *marcescit*, Harduin. 250. *iaceant*? *vocant*, *β*. *solo*; *sed idem*, *β*? 252. *senecta*, *β*. 254. *cum*, *β*. 256. *taleam*, Pintian. *incipientium*, *β*. 257. *raduntur*, *β*. *plagae*, *β*. *sunt*? 258. *largius*. *Iustum*, *β*. 259. *adhibent*, *β*. 261. *salsis*, *β*. *verminosae*, *β*. 262. *aliquid*? 263. *aequa*, *β*. 264. *dio coqui*, *β*. 266. *ne*, *β*. 267. *abluatur*, *β*. *humana*, *β*. *iungente ea*, nos.

XVIII. 2. *utroque*, *β*. 3. *quae quidem*, *β*. 4. *quanto*, Huet. *contractata*, nos. 5. *ac frugi*, Barbar. 6. *finitur*, *β*? 10. *pisendo*, *β*. *Lentulorum*, Barbar. *confarreationis*, Dalecamp. 11. *bonum agricolam*, nos. *non*, *β*. 15. *nulla*, *β*. *primus*, Bentlei. *modios*, *β*. *Maelium*, *β*. 16. *T. Seius*, nos. *Verum quo*, *β*. 17. *ipso*, *β*. 20. *nudo plenoque — ore*, *β*. *cui viator*, *β*. 21. *opere*, nos. *indignante*, nos. 22. *transferenda*, *β*. 23. *sequemur*, nos. 24. *perquisitis*, *β*. *dicemus*, *β*. 27. *niteant*, *β*. 28. *segnitiem*, *β*. *arbitrantur*, *β*. *damnosius deserto agro*, *β*? 30. *quis*, *β*. *sat*, nos. 31. *sine cunctatione aedificandum*, *β*. 32. *fecerunt*, *β*? *diversis*, *β*. *et Q.*, *β*. *metantis*, nos. 33. *e*, *β*. *in*, *β*. 34. *terra at*, nos. 36. *posuisse*, *β*. 40. *ex oraculo*, nos. *profestis*, *β*. 41. *Chresimus*, nos. 42. *aedile*, nos. *familiam*, Harduin. 47. *solutiore*, *β*. *declivis imbricibus*, nos. 49. *far*, *β*. 50. *napum*, *β*. *at*, *β*. 53. *continentur*, *β*. *phoba*, Dalecampius. 54. *reducunt*? 55. *phobas*, Scaliger. 56. *farri*, *β*. 57. *pisorum*; *quod si non*, *β*? *deteriora*, *β*? *sed*, nos. *fistulosus*, *β*. 58. *multifida*, nos. *longiora erviliae*, *β*. *et irioni*, *β*. 62. *Verrius*, *β*. 63. *discernitur*, *β*. 64. *inane speudian*, nos. 66. *e*, *β*. *in*, *β*. *si qui*, nos. 69. *a satu*, *β*. 70. *Thraciae Aenum*, Pintian. 71. *et alica*, Harduin. 74. *milio*, *β*. 75. *oryzam*, *β*. 76. *tragum*, *β*. *noctu*, *β*. 77. *saccatum*, Harduin. 78. *in alvum*, *β*. *aliquot*, *β*. 81. *olyra*, *β*. 85. *Meminorumque*, *β*. 86. *Campanae*, *β*. 88. *nam quae*, *β*. 89. *semodios*, *β*. *autem*, *β*. 90. *similagini*, *β*. *secunda*, Broter. 92. *arinca*, *β*. 93. *invecta oryzae*, *β*. *ipsa*, *β*. *zea*, *β*. *ac*, *β*. 95. *Baetica*, *β*. *et*, nos. 96. *pinguius*, *β*. *irionem*, *β*. *hac*, Dalecamp. 97. *nisi intenti*, *β*. 99. *evalluntur*, *β*. *pisturarum*, *β*. *pisitur*, *β*. *apludam*, *β*. 100. *e*, *β*. 101. *nihil conficiunt*, *β*. *cum*, *β*. 102. *binos semodios*, *β*. 105. *ab*, *β*. *appellati*, *β*. *ostrearii*, *β*. 106. *maceratum*, nos. 107. *artoptam*, *β*. *an is*, *β*. 108. *coquos tum*, Turneb. *pollinaria*, *β*. *e*, *β*. 109. *saluberrimaeque*, *β*. *planitie*, *β*? 110. *fistulans*, *β*. *furni*, nos. 111. *Laboriae*, *β*? 112. *mobili ut*, Salmas. *inde*, *β*. 116. *initium*? 117. *maximus*, *β*. 118. *utique*, *β*. 119. *mos*, *β*. 120. *pabulo*, *β*. 122. *digiti*, Turneb. *in totum*, nos. *abessent*, Turneb. *papaveris*, Turneb. *triginta*, Salmas. *et odore*? *lauta*, *β*. *Chalcidices*, nos. 123. *Novembri*, *β*. 124. *capiti*, *β*. 130. *Nursino*, *β*. *Taxatio*, *β*. 133. *terrae*, Pintian.? 134. *area*, Pintian. 137. *sarritur*, *β*. 139. *exstet*, nos. 143. *ge-*

laret? 144. *Medis*, nos. *ei*, nos. *composuit*, Pintian. 145. *occatum*, *β*. 146. *aduratur*, Harduin.? 147. *sarriri*, Pintian. *in aratro*, Dalecamp. 148. *in*, *β*. 149. *causam*, *β*. 155. *orobanche*, *β*. *aera*, *β*. *qua in*, *β*. 158. *praecipue*, *β*. *sarritam*, *β*. 159. *tabulisve*, Barbar.? *digitellum*, Barbar. 161. *sed*, *β*. 162. *quinquagesimo*, *β*. *soli*, *β*. *tanta est*, nos. 163. *rapa*, Pintian. *raphanos*, Pintian. *rubricoso*, *β*. 164. *rudecto*, Pintian. *possis*, Harduin. 165. *cicere excepto legumina*, Ursin. 166. *humidiore*, nos cum Ursino. *sortiuntur*, *β*. *invenerim*, *β*. 168. *residit*, nos. 169. *graviore*, *β*. *quod*, *β*. 170. *quaeque*, *β*. 171. *inflexus*, nos. *rostrati uti*, nos. 172. *secans*, *β*. *tali*, *β*. 175. *aestates*, *β*. *terra*, *β*. *et autumni*, *β*. *tempus*, *β*. 177. *fiscellis*, *β*. *in stiva*, Pintian. 178. *in*, *β*. *laboris*, *β*. 180. *dentata*, *β*. *operiente*, Dalecamp. *unde*, *β*. 182. *Salassi*, *β*. 183. *is*, *β*. *praegelida*, *β*. *etiam*? 185. *incepit*, nos. 186. *supervacua*, *β*. *arva*, Harduin. *tantum*, Pintian. 187. *sint quae*, nos. *etsi*, nos. *priori*, *β*. 188. *magnam*, *β*. *praegrandi*, *β*. 189. *fructus*, *β*. 190. *aqua*, *β*. 191. *recipiat*, *β*. *ne cesset*, *β*. *et in annum*, *β*. 192. *confesso*, *β*. 193. *inaret*, *β*. *arescat*, *β*. *aviarii pulvere*, Harduin. 194. *denario ire*? 195. *sterile*, *β*. *genere ratio*, *β*. *per*, *β*. 196. *comesse*, *β*. 197. *Fit*, *β*. *sors*, *β*. *fecunda*, *β*. *in serotina*, *β*. 198. *quintam partem*, *β*. 199. *soli*, *β*. *emittunt*, *β*. 200. *alii quinque non*, *β*. *Huc*, Barbar. *defrudes*, Schneider. *Zoroastres*, *β*. 201. *serendi*, *β*. 202. *quo*, *β*. *digerendi*, Barbar. 203. *non corrumpente*, Harduin. 205. *omissa*, *β*. 207. *adiiciunt*, *β*. *etiamnunc*, *β*. *intercalarios*, *β*. *citius*, *β*. 208. *grandines imbres*, *β*. *ne*, *β*. *praeposteri*, *β*. *praeproperi*, *β*. *necant*, *β*. 209. *proventum*, *β*. 211. *singulos*, *β*. *perito*, *β*. *adhibito*, *β*. *comperto*, *β*. *ut*, *β*. 217. *cardines*, Pintian. 218. *se; emersum*, *β*. 219. *alio*, Barbar. 220. *noctes*, *β*. *diebusque XCII horis duodecim*, Petav. 221. *eae*, *β*. 222. *at ab*, *β*. *XLIV*, Pintian. 224. *Novembris*, *β*. 225. *servantque quoniam*, nos. *est in caelo*, nos. *pluviosam*, *β*. 228. *subsignabimus*, *β*. 229. *papaveri*, *β*. *usioni*, Harduin. 230. *una opera*, nos. 231. *quiete*, *β*. 232. *ea*, *β*. 233. *antelucana*, *β*. 236. *laminas*, Barbar. 237. *aquilonii*, Barbar. 239. *VII idus*, Pintian. *praevernat*, Pintian. 242. *occupent*, nos. *autumno*, *β*. 243. *in seminaria*, nos. *vites*, Schneider. *defendi*, *β*. *vineam fodere incipias*, Pintian. *incipias*, nos. 247. *continuo quatriduo*, Pontedera. *claritatem observationi dedit*? *stellas*, *nostri*, Pintian. 249. *cum*, nos. *ludantur*, *β*. 252. *tegatur*, *β*. *avoces*, *β*. 254. *interradere rigare*, *β*. 255. *IIII nonas*, Pontedera. 258. *simul est*, nos. *hebetentur*, *β*. 259. *siciliri*, *β*. 260. *secato*, *β*. 261. *aquariae*, Harduin. *maioris compendii*? 262. *exhalare*, *β*. 263. *ter*, *β*. *id cura*? 265. *urbanarum*, *β*. *et in his illa visantur*, *β*? 266. *stringis vitem deputas*? *quam qua*, *β*. 267. *humillima*, *β*. 270. *die*, *β*. *XIII*, Harduin. 271. *emergit*, Petav. 272. *difficili*, *β*. 273. *futuro*? *qui*, *β*. 274. *avidae*, *β*. *ita probasse*, *β*. 275. *praevalente*, *β*. *regerit*, *β*. 279. *carbunculum*, *β*. 283. *quem*, *β*. 284. *fructibus*, *β*. 285. *XXXI*, Petav. 286. *DXIII*, Pigh. 289. *ea*, nos. 290. *algentium*, Pintian. *aestuantiumque*, Pintian. 295. *iterare*, *β*. *ad*, *β*? 296. *mediae*, *β*. *destringitur*, nos. 297. *inopia est*, *β*. 298. *area*, *β*. *serius*, *β*. *eadem*, Pintian. 299. *optima e*, *β*. *substratu*, *β*. 300. *dura sparsus*, Ian. 301. *pariete*, *β*. *lateritio*, *β*. 302. *a*, *β*. 303. *conferre*, *β*? *praecipit*, *β*. 304. *vestitur*, *β*. 305. *Cerinthi*, Barbar. 306. *Hispania Africae*? 307. *fabam a*, *β*. *CCXX*, Pontedera. 310. *et etesiae*, *β*. 313. *VI idus*, Pontedera. *XVII kalendas*, Pontedera. 314. *rapa napos*, Pintian. 315. *in eius*, *β*? 316. *Acino plurimum refert*, *β*. 317. *arbori*, *β*. 318. *medio*, *β*. *decreto*? 319. *uva — despumandum*, *β*. 320. *caritati civili; sed*, *β*. *de vinis*, *β*. 321. *conduntur*, *β*. 322. *sit fieri*, *β*. 324. *horae — sicilico*, Barbar. *tertia et*? 328. *praecipiemus*, Pintian. 329. *vineamque*, *β*. *hic olivae timeatur*, nos. 330. *e sole*, nos. *specta ante*, *β*. *Clodunt*, *β*? 333. *lineae caput*, *β*. *septentrioni*, *β*. 334. *radices*, *β*. *Praedoctus*, *β*. *caeciam*, *β*. 335. *qui id ipsum*, *β*. *et etesias*, *β*. 338. *eurum*, *β*. *occidentali latere*, *β*. 339. *siccescens*, *β*. 340. *ne*, *β*. 341. *saevo*, *β*. 342. *hibernam*, *β*. 346. *ostendent*, *β*. *levem*, *β*. 347. *illum*? 351. *praestabit ac*, nos. *riguo*, *β*? 352. *fiat*, nos. *at si*, nos. *cursitabunt*, *β*. 353. *sin*, nos. *circuli*, *β*. 354. *et hiemabit*, *β*.

358. *eo*? *contectus*, Sabellic. *e se*, *β*. 359. *cursitabit*, Pintian. *murmurabitve*, nos cum Pintiano. *hieme*, nos. *tranquillo*, *β*. *tranquillo*, *β*. 360. *campis*, *β*. 362. *gaviae*, Pintian. 364. *segniterque*, *β*. *apes*, nos.

XIX. 2. *proximam*, *β*. *perhibeatur*, *β*. 3. *Balbillus*, Lips. 4. *herbam*, *β*. 5. *nexum*, nos. *naturae*, *β*. *et pervenire*? 9. *Aliana*, Turneb. *ubi a Saetabi*, *β*. *secundam*, *β*. *Retovinis*, *β*. *qui*, nos. 10. *praecipuum*, *β*. *Callaeciae*, *β*. 11. *saetas ceu per*, nos. *qua*, *β*. *sed singula*, *β*. 12. *thorace in*? *Lindi*, Pintian. 14. *molliora*, Salmas. *pexiorave*, nos. 15. *genitis*, *β*. 17. *Deinde post*, *β*. *tepefactam*, *β*. *hamis*, Barbar.? 22. *versicolori has pellente*, nos. *Antonio*, *β*. 23. *Postea*? *tantum*? *Apollinaribus*, *β*. *munere*, Barbar. 24. *stetere*, nos. 25. *etiam et*? *Thoracibus*, *β*. 27. *praeterquam cacuminum*? *manu*? 28. *perfusum*, *β*. *solio*, Sabellic. 29. *Sed*, nos. 32. *CCCXC*, Harduin. 33. *rimas agente*, *β*. 37. *maxime*, *β*. *is*, *β*. *Elim*, *β*. 38. *usu*, *β*. 42. *verno*, nos. 43. *assoque et elixo*, nos. 45. *consummantibus*, *β*. 46. *μαγόδαρις*, nos. 47. *ei caulis*, *β*. *rubrum*, Barbar.? 48. *Struthion*, Barbar. 49. *sive Assyriae rex Cyrus*? 53. *descendente*, *β*. *annona*, Budaeus. 55. *algor*, *β*. *alii aquas*, *β*. *diviti*, nos. 56. *aequabit quos pecunia*? *cum credatur*? *is*? *dio*, *β*. 57. *ei*, nos. *carnari*, nos. 58. *nec oneratura*, *β*. *sensum*, *β*. 59. *antequam*, *β*. *videamus*, *β*. 60. *puteo rota*, Turneb. *tollenonum haustu*, Victor. 61. *alia cortice*—*alia carne*, *β*. 62. *baculorum quoque*, nos. *extemplo*, Barbar. 64. *olitoriis*, nos. 65. *desecti quoque*, nos. 68. *quae vocatur culix nomine*, *β*. 69. *per parietum*, nos. 70. *repit*, *β*. *vitilibus*, *β*. 72. *at quae*, nos. 74. *in muria*, *β*. 76. *Ab eo Boeoticum*, *β*. 81. *quod e*, *β*. 82. *agrion*, *β*. 87. *Samnitium*, *β*. 88. *saporis*, *β*. *staphylinos Graece dicitur*, *β*. 90. *Martio Aprili*, *β*. 91. *caryotis*, *β*. 95. *opitiona*, *cyica*, *leucoion*, nos. *aegilipa*, nos. *sisyrinchion*, *β*. *minui ac*, nos. 99. *blitum*, *β*. *cepae*, nos. *spalax*, nos. *perdicium*, *β*. 100. *confertim*, Bodaeus. 101. *pinguitudinis earum*? 103. *tum*, nos. 104. *eaedem*, *β*. 105. *gethyon*, *β* saepius. 108. *pane*? *stercoraturque*, *β*. 109. *testa*, Salmas. 110. *flavidioris*, Dalecamp. 111. *in universum*, *β*. *tum in*, *β*. 112. *antiscorodon*, *β*. 117. *cucurbita*, nos. *quinquagesimo*, *β*. 119. *candidoque*, *β*. 120. *apium*, Bodaeus. 121. *radices*, Pintian. *anniferorum*, Barbar. *relinquuntur*, Pintian. *capitata*, Pintian. 123. *sata mentastrum*? 126. *intubi*, *β*. *picrida*, *β*. *lactucae iis lactis nomine dictae*, nos. 127. *astytida*, Salmas. 128. *Augustus*, *β*. *C. Aemili*, Hermann. *eam negaret*, Harduin. *oxymeli tum*, Salmas. 129. *ii patientiores*, nos. 131. *iis*, *β*. *ipsas*, *β*. 133. *Transferuntur*, *β*. *lentibus*, nos. 136. *tria unam*, *β*. 138. *si siccior*, *β*. 141. *teneritas*? *si*? 142. *Tritianum*, *β*. *nocent*, *β*. *excellentibus*? 143. *aut*? 144. *et caulis in medullam*, nos. 145. *in*, *β*. *eos*, *β*. *arundinetis*, *β*. 146. *caulem*, *β*. 149. *VIII aut*, nos. 150. *acervatim*, *β*. *disponunt pedalibus*, *β*. *et*, *β*. 152. *reddere areis*, Salmas. 153. *serunt*, *β*. 154. *Parilibus*, *β*. *cum hieme*, *β*. *et*, *β*. 156. *ei et*, nos. 157. *Serit et*, nos. *pruritivis*, Harduin. 158. *pila*, *β*. 159. *Non minus*, Harduin. *Genus*, *β*. 160. *menta*, *β*. *omnium*, *β*? 161. *prodest*, *β*. 163. *autumni*, *quippe cum*? *cavata*, *β*. 165. *cunila*, *β*. 166. *lepidium*, *β*. *fruticavit*, *β*. 167. *porcillaca*, nos. 168. *rhoeam*, Barbar. 170. *malva lapathum*, *β*. *igneique*, nos. 172. *in*, *β*. 176. *senectute*, Ian. *et sisymbrium*, *β*. *in mentam*, Constantin. *haemodoro*, nos. 177. *pulices*, Bochart. 179. *ervi aliquid*, nos. 182. *elices*, *β*. 184. *silvestria fere sunt et*, *β*. *seruntur*, nos. *aquas*, nos. 185. *comprehensum*, *β*. 186. *cunilae*? *thymi*, Salmas. *cicerculis*, Salmas. 187. *smyrnium*, Pintian.

XX. 1. *et antipathiam*, Pintian. *infragilem*, *β*. 3. *conspergitur*, *β*. 4. *quae*, *β*. 7. *caudae reflexum*, nos. 8. *etiam scorpionium*, nos. 9. *XX X*, Broter. 10. *infunditur.*, *β*? 11. *Pepones qui vocantur*, *β*. *et*, *β*. *farinam*, *β*. 15. *semina eius VII*, nos. *liberare*, nos. 16. *motus*, *β*. *ipsa*, *β*. 17. *recentes*, *β*. 18. *fervens*, *β*. *antidoti vim*, *β*. 20. *papaveris*, *β*. *farina*, Harduin. *ervi*—*lupini*. *Radix*, Harduin. 21. *flore aneti*, nos. *vel suci drachma*? *aquae calidae*, nos. *buniada*, *β*. 22. *armoraciam*, *β*. 24. *ad lagonoponon*, Barbar. 25. *cerastis*, Pintian. *ei*, nos. *Citieus*, *β*. *Tarentinus*, *β*. 26. *aut*, nos. *eorum poto*? 29. *cartilaginis et*, *β*. 31. *ac*, *β*. *ilium*, *β*. 33. *unde venit in*, nos. 35. *stomacho utile*? 36. *Massiliense*, *β*. 37. *commanducatum e sale*, *β*. 38. *est terram*, *β*. 39. *Somnum*, *β*. *imposuere*,

β. 43. *utiles spiritus*, nos. *pellere*, *β*. *hydropises*, *β*. *cum*, *β*. *quae sale — arefactaque*? 44. *vari*, nos. *quae et syce*, *β*. 48. *maior est*, *β*. 49. *et*, *β*. 50. *contra bestiarum omnis ictus*, nos. *inlitum*, nos. *araneorum murium*, Barbar. 52. *ileum*, *β*. 54. *taenias*, nos. 57. *et gallinis*, *β*. 59. *Contra*, *β*. 60. *Candor*, *β*. 62. *verum*, *β*. 63. *iis*, *β*. *et cyatho*, *β*. 64. *vires partim iam dictae sunt*, *β*. 65. *Stomachis dissolutis*? *obolis*? 66. *coercent initio*, *β*. *aphronitro*, *β*. 67. *capiti*, *β*. *iis*, *β*. 69. *taenias*, nos. 70. *huic*? 74. *In cibo*, *β*. *impetrare*, *β*. *Quod quidem*, *β*. 75. *Et*, *β*. 76. *ista et*, *β*. 77. *hae*, *β*. *serin*, *β*. 78. *Romanus populus*, *β*. 79. *selinoidea*, Dalec. *crambe*, *β*. 82. *et luxata*, vir doctus apud Barbarum. *humores*, Harduin. *quaeque*, *β*. 84. *iis*, *β*. 86. *Crudus quidem*, *β*. 87. *radicis*, *β*. *demonstrat*? 88. *articulis*, *β*. 89. *et fluentes*, *β*. *asserit*, *β*? 90. *cyma etsi*, Barbar. *foetere humi*, *β*. 91. *in vicem*, *β*. *psilothri evulsis*, *β*. *estur*, *β*. 92. *adfirmet*, *β*. 93. *aqua*, *β*. 95. *ac mirabile*, nos. *si*, *β*. *fervent in tantum*, *β*. *eas*, *β*. *iis*, *β*. 97. *quae masculus*, *β*? 98. *diebus binis sumptum*, nos. 101. *facias*? 102. *contractioni*, *β*. 103. *medetur*, *β*? 104. *ex aqua*, *β*. 106. *Et sativorum*, *β*. 109. *praeterquam quod*, *β*. *exhulcerat*. *Radix*, *β*. 110. *extenuat*, *β*. *ad*, *β*. 111. *cyathis duobus*, *β*. 113. *brevioris*, *β*. 114. *feminasque*, *β*. 116. *melissophyllon*, *β*. 117. *Olusatrum*, *β*. *oreoselinon*, Barbar. *palmum*, *β*. *alto*, *β*. 118. *succi*, *β*. *buselinon*, *β*. 120. *Diodotus*, Barbar. *empiricis*, *β*. 121. *odoratum*, *β*. 123. *haustum*, *β*. *atramento*, *β*. 126. *diximus*, *tria folia*? 127. *Alnum*? 130. *silvestri*, *β*. 131. *Haliacmonem*, *β*. 132. *et*, *β*. *et ex*, *β*. 134. *laetioribus*, *β*. *caprae*, Harduin. 136. *decocta conditave*, *β*. *cum vino*, *β*. 137. *indita sic*, *β*. 138. *et cerebrum*, *β*. *dederunt et*, *β*. *crudam*, *β*. 139. *illitam — inbet*? 140. *velut*, *β*. 146. *taenias*, nos. 147. *ne huius*, *β*. *data et*, nos. 148. *impetus*, *β*. *Syriation*, *β*? *illa*? *datis*, *item*? 149. *convulsa intus*, *β*. 151. *in*, *β*. *adspersam potioni*, nos. 153. *pectoris ac ventris*, *β*. 154. *in opisthotono*? 156. *In tussi ex perfrictione*, *β*. 157. *spasticis*, Pintian. *decoctum succo*? *privatimque*, *β*. 158. *prosunt*, *β*. *quam*, *β*? 159. *silvestre est*, *β*. 160. *captatione*? 161. *eclignate*, Pintian. 166. *prodest*, *β*. 169. *perfricant*; *item*? *hac se muniunt*, *β*? *ex*, *β*. 170. *in*, *β*. 172. *libanotida appellavimus*, nos. 174. *piperitis*, *β*. 175. *onitin vel prasion*, *β*. 176. *ructanti*, *β*. *peripneumonicis*, *β*. 177. *onitin*, *β*. 178. *descensione*, vir doctus apud Barbarum. *et uvis*, *β*. 180. *ita ut ne venter*, *β*. 181. *Lepidium*, Barbar. 186. *per se tritum*, *β*. 200. *Diagorae et Erasistrato*, nos. *diacodion*, Barbar. 201. *pastillos*, *β*. *lexipyretos*, Harduin. *pepticas*, *β*. 202. *ei*, Gronov. *meconion*, *β*. 204. *erraticum*, Barbar. 205. *corniculo*, nos. 207. *mensura*, *β*. *diacodion*, *β*. 208. *decoquito*, nos. *drachmas*, *β*. 209. *tithymalon*, *β*. *paralion*, *β*. 210. *presterum*, Barbar. *semen*, *β*. 216. *constat*, *β*. 217. *ad*, *β*. 219. *iuxta*, *β*. 222. *malopen*, *β*. *At e*, nos. *plistolochia*, nos. 223. *pinguius faciunt*? 224. *mobilitates*? *pungito*, Dalecamp. *dolere*, nos. 225. *panosque*, *β*. 227. *veneri*, *β*. *genitali*, *β*? *augere ad*, *β*. *tenesmo et*, *β*. 228. *ambustis*, *β*. *in oleum*, nos. 229. *tussi citissime medentur*, *β*. 230. *et asthmaticis*, *β*? 231. *sapore*? 232. *Est*, *β*. 233. *detrahunt*, *β*. *thure*, Cornar. 234. *Ad*, *β*. 235. *potae*, Gronov. *et*? 237. *taediis*, Gronov. *hydropisi*, nos. 238. *ex seseli*, *β*. *lethargus*, nos. 239. *tetanicos*, Cornar. *caligantes*, *β*. 240. *immaduerint*, nos. *Illinitur*, *β*. 241. *naturam*, *β*. *adarca*, *β*. *prasion*, *β*. 243. *gangraenas*, *β*. 244. *infundit melle*? 245. *cenchrin*, *β*. 249. *anginas*, *β*. 250. *idem*, *β*? 252. *inutile est*, *β*. 253. *Athamanticum*, *β*. *bicubitali*, *β*. *Ciet*, *β*. *urinam*, *β*. 254. *exuendo*, *β*. 256. *potum*, nos. 257. *ardentibus*, *β*. *radice*, *β*. *decocta*, nos. *tumoribus*, *β*. *radice in succo*? 258. *tritum*, *β*. *Micton*, Pintian. *hippomarathro*, *β*. 260. *muria*, nos. 261. *vulvis*, Gronov. 262. *iis*, *β*. 263. *Glaucias scripsit*, nos? *Mastiche e*, nos. 264. *mei*, Cagnat.

XXI. 1. *ludenti*, *β*. 3. *serieve*, Salmas. 6. *Dives*, nos. 7. *equosque*, Salmas. *virtutis suae*, Pintian. *duitor ei*, Gronov. 8. *e*, *β*. 10. *obierat*, Freinshem. 11. *uti iis*, nos. *in sacris*, nos. *rosaria*, Barbar. *mero folio*? *sutili*, nos. 12. *scelerata e*, nos. *saporem*, nos. 13. *Inde eductam*, Lips. 15. *iam*, *β*. 16. *Alabandicam*, *β*. 19. *macetum*? 20. *raris*, *β*? 21. *circumfossa*, *β*. 22. *lirinon*, *β*. 26. *Colligantur*, Schneider. 27. *ia*, Barbar. 30. *ei*, *β*. *haec sunt tantum*? 31. *Lycio e*, nos.

Phlegraeo, Barbar. 32. *inpositum*, nos. *crepitet*, Salmas. *silet*, Turneb. 36. *a multo flumine*? 37. *Acutus*, *β*. 40. *Drilonis*, *β*. 41. *versicolori*, Gronov. 42. *triplici*, *cum*, nos. *eam*, *β*. *Natura est*, *β*. *Cilicium*, *β*. 43. *Eporedia*, *β*. 45. *ut rubentem*, nos. *nihil*? *amethystinum*, nos. 47. *appellatio*? 49. *petilio*, *β*. *commendato*, *β*. *includente*. *Luteus*, *β*. 51. *quae et*, *β*. 53. *origanum*, Dalecamp. 54. *alii asphaltion*, *β*. *e ferulis*, Barbar. *et corymbis*? *simili*, nos. 57. *uti docemus*? *tum cum*, nos. *reditu e*, *β*. 62. *chenomychen*, nos. 64. *nuntiantium*, *β*. *phlox*, *β*. *nam*, *β*? 65. *melanion*, *β*. 66. *praeferens* et *editi*? *Helichrysus*, nos. 67. *iphyon*, nos. *alteri*, nos. *quoniam fortius*? 68. *vincapervinca*, *β*. *lineae*, *β*. 69. *adusta*, *β*. *alicubi*, *β*. 70. *cerinthen*; *ea*, nos. 77. *pendit*, Gronov. *a parte*? 80. *optimas e* — *secundas* — *tertias*, Gronov. *multi et*? *operantes*, *β*. 87. *amnibus*, Barbar. *Adeoque*, *β*. 88. *floret particula*? *igni paratum*, *β*? 89. *Arachidna*, Dalecamp. *chondrylla*, Gesner. *hypochoeris*, Barbar. *caucalis*, Barbar. *come*, Barbar. *achynops*, Salmas. *aphace*, *β*. 91. *spina est*? *spinam*, *β*. *tribulo*, Cagnat. 94. *cnecos*, Pintian. *helxine*, *β*. 96. *e radice*, nos. *qua*, *β*. 97. *Et cactos*, Barbar. *cactos*, *β*. *habet*, Schneider. *pternica*, Barbar. 98. *effigiem*, *β*. *duo*, Barbar. *arenaceum*, *β*. 99. *stat*, Gronov. *aptae stant e*, Gronov. 100. *folii*, *β*. *onochili*, Harduin. *polio*, Gronov. 101. *thryallis*, Barbar. *ei est et*, nos. 102. *semipedali*, *β*. 103. *aegilopa*, *β*. 104. *est*, *β*. 105. *Iasione*, *β*. *Chondrylla*, Barbar. 109. *hastulam*, *β*. 110. *pistanam*, *β*. 112. *melancranim*, *β*. 114. *alias*, *β*. 116. *in diem*, nos. 117 *ceteris* — *et ipsis*? 118. *praecipue*, *β*. 119. *euripicen*, *β*. 120. *Obiter*, Pintian. *quoniam*? *et sanguinem*, *β*. *vi*, nos. 123. *gargarizati*, Pint. *femina*, *β*. 124. *quantum*? *ciet*, *β*. 125. *vitiis*, *β*. 127. *Cum polio*, Gronov. 129. *exiguo e*, nos. 131. *aquae*, *β*. 133. *et in diapasmata*? 134. *sumptum*, *β*. *siccatur in umbra*, *β*. 136. *strangulatus*, Gronov. 142. *solvitur*, *β*. 145. *Medici*, nos. 146. *emortuos*, *β*. *aliqui negant*? 147. *attingat*, *β*. *et non*, *β*. 148. *illita*, *β*. 149. *tormina e*, *β*. 151. *aut*? *testes*? *recens*, *β*. *decocta*? 152. *tradi*, Barbar. 153. *quas si*, *β*. *animo adverto*, nos. 155. *Modice his*, *β*. *sit*, *β*. 156. *olfactum*, nos. *anhelationi*, *β*. 157. *novis*, Gronov. 158. *Hemerocalles*, *β*. 159. *vitae*, Gronov. 161. *convulsis ruptis*, *β*. *concocto*, *β*. 162. *extrahenda*, *β*. 164. *phrenion*, Harduin. 165. *floret*, *β*. 166. *Magi*, *β*. *quidem*, *β*. 168. *chrysanthemon*, *β*. 170. *fuco*, Gronov. *tinguitur*, *β*. 171. *Lychnis*, *β*. *e vino*, *β*. 172. *vincapervinca*, *β*. 175. *arenis*, Gronov. 176. *amaracum*, Salmas. *decocta et*, nos. 177. *nec*? *latisque*, *β*. *grandi*, *β*. 179. *parcius*? *insectabantur*, Gronov. *ut*? *perisson ne*, Barbar. 180. *halicacabon*, *β* saepius. *moly*, *β*. *innocentiae*, *β*. *e vino*, Pintian. 181. *autem*, nos interpunctione praeterea mutata. *hortensiis*, Gronov. *salutares trychnos*, Salmas. *ideo plura*, Dalecamp.? 182. *que*, nos. 183. *mori*, *β*. *invenio*, *β*.

XXII. 1. *reputantium*? 3. *granis*? 4. *frugem*, nos. *committemus*, *β*. *tutiora*, Gronov. *debeatur etiam*, Barbar. 5. *hinc*, *β*. *id est res*, *β*. 7. *graminea*, *β*. 8. *viridi*, *β*. 13. *subscripsit*, Barbar. 15. *pro nobis*, Gronov. *plerisque*, *β*. *irrisui sumus*, *β*. 18. *si*? *chersydros*, *β*. *omnibus vero*, *β*. 19. *sed et*, *β*. 20. *raram*, *β*. *inventu sed*, *β*. *Phaonem Lesbium*, *β*. 23. *acanon*, *β*. *eryngio*, *β*. 25. *quam quae*, Gronov. *linguae*, *β*. 29. *Hippophaes*, Dalecamp. *maritimisque nascitur*, *β*. *hippophaes*, nos. 30. *aliud*, Gronov. 31. *et*, *β*. *serpentibus*, *β*. *expergisci tactis*, *β*. 32. *vulvae strangulatus*, Gronov. 36. *gargarizatus*, *β*. 37. *quoque num*, Gelen. *inustis*, *β*. 38. *radicem*, Gronov. *radice*, *β*. 39. *habet ad*, *β*. *animal nominis*, *β*? 40. *phyllon*, Harduin. *ischiada*, *β*. 43. *mica*, *β*. *praecipitia*, *β*. 44. *repsissetque*, *β*. 45. *ixiam*, *β*. *ixia*, *β*. 46. *Facit ad*, *β*. *decoquuntque*, *β*. 47. *ulophonon*, *β*. *et*, *β*. 49. *lentigini*, *β*. 50. *spinam*, *β*. 52. *inspuatur*, *β*. 53. *eranthemida*, Barbar. 56. *mili cibarii*, nos. 57. *se*, *β*. *ima*, *β*. 64. *quantum*, *β*. *perurant*, Gronov. 65. *Folium in*, *β*. 68. *venenatorum*, *β*. 70. *pedis*, nos. *gravitati*, nos. 71. *Sophocles*? 72. *cocta sit cum*, *β*. *Simus*, *β*. *decoctae*, *β*. 76. *incoctae*, *β*. 77. *a*, *β*. 79. *semine aneti*, nos. 81. *anthriscum*, nos cum Barbaro. 82. *Iasione*, Barbar. *Cruda*, *β*. *salutaris est*, *β*. 83. *Estur*, *β*. 86. *recipit*? 88. *Hecale*, Sabellic. *qui*? 89. *a potu*, Dalecamp. 90. *in stranguria*,

nos. 91. *chondrylle*, nos. 92. *adductos*, β. 93. *veris similes*, Salmas. 94. *glandiferae*, β. *prorsus improbanda*, β? *concoquit; deprehendisse*? 95. *Ducunt*, β. *et quidem*, Harduin.? 96. *convivia*, β. 97. *fago*, β. 98. *Glaucias*, β. 99. *si utique*, β. 100. *e Cyrenis*, β. *ructus*, β. 102. *cauterii vim*, β. 103. *sic et*, β. *sedem*, β. *tegmine*, β. 104. *hydropisi*, β. 106. *melle licet*, β. 107. *fabricata sit*? 108. *vulneribus*? *fungorum*, β. *paralyticis*, β. 110. *ori*, Dalecamp. *ardori*, Dalecamp. *Hunc potum*, β. 111. *Experimenta*, β. 112. *hyoscyami*, nos. 113. *non implet*, β. 121. *eo*, β. 122. *coqui*, nos. *concoquendum*, nos. *aut in*, β. 123. *vel laterum vel virilium*, β. 127. *saniem*, nos. *perducit*, β. 128. *in pultem*, β. 129. *per continuos dies*? 133. *Datur in vino*, Harduin. 134. *infundatur*, β. 135. *phoenice*, nos. 136. *arceret*, β. *item quamdiu*, β. 138. *mitigans*. *Dant*, nos. 146. *elelisphacos*, β. *dicta Graecis*, Salmas. *sphacos*, Harduin. 148. *sativo*, β. 150. *Eiusdem*? 151. *ei*, β. *ulcera*, β. 153. *contritae*, β. 154. *sativis*, β. 156. *emendant*, β. 157. *Expedit*, β. *vel — mixto*? 158. *potum*, β. 160. *dilui mellis — sextariis duobus*? 163. *innascuntur*, β.

GOTHAE. — TYPIS OFFICINAE STOLLBERGIANAE.